Ayuntamiento de Madrid

625

R
591

Ayuntamiento de Madrid

26-3

en Cz
doce R.
12

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# ANNALES MICHAELI GLYCAE SICVLI,

QVI LECTORI PRAETER ALIA cognitu iucunda & utilia, BYZANTINAM hiſtoriam uniuerſam exhibent:

NVNC PRIMV`M LATINAM *in linguam tranſſcripti & editi per*

IO. LEVVENCLAIVM.

EX IO. SAMBVCI V. C. BIBLIOTHECA.

Acceſsit Index geminus locupletiſs.

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO




LIBROS
DEL DR.
L. MARCO

Cum Cæſ. Maieſt. priuilegio ad annos X.

BASILEAE PER EPISCOPIOS.
M. D. LXXII.

Ayuntamiento de Madrid

# ANNALES MICHAELI GLYCAE SICVLI,

QVI LECTORI PRAETER ALIA cognitu iucunda & utilia, BYZANTINAM hiſtoriam uniuerſam exhibent:

NVNC PRIMVM LATINAM *in linguam tranſſcripti & editi per*

IO. LEVVENCLAIVM.

EX IO. SAMBVCI V. C. BIBLIOTHECA.

Acceſsit Index geminus locupletiſs.

LIBROS DEL DR. L. MARCO




LIBROS DEL DR. L. MARCO

Cum Cæſ. Maieſt. priuilegio ad annos X.

BASILEAE PER EPISCOPIOS.
M. D. LXXII.

Ayuntamiento de Madrid

# GLYCAS SAMBVCO.

*Non proditurum me Sambuce ſperabas*
*Solum, toga recens amictum Romana,*
*Qui palliatus more antehac eram Graio.*
*Comitarier me nimirum imperatorum*
*Themis meorum, & dulcis ille debebat,*
*Mecum Manaſſes qui delituit inuitus.*
*Sed ſurripuit illam ungulæ leoninæ,*
*Nequiterq; clamq; clepſit, & fugiens ſecum*
*Quidam abſtulit, Phrygia de gente cui nomen:*
*Numquam hoc aperto pol Gradiuo facturus*
*Imbellis ille comes Berecynthiæ matris.*
*Et ſunt, uereri qui ſolent, ne tam longo*
*Dum tempore exſpectamus hunc Phrygem, demum*
*Cum riſu anus Phrygia proſultet in ſcenam.*
*Hunc alterum ante me gnarum Auſonum linguæ*
*Premens acerba ſors, & inuidum fatum,*
*Exire non ſinunt foras: ſequuturum*
*Tamen breui, ſub ipſam ſcilicet brumam.*
*Sic dum latet Themis, nos ambo prodimus.*
*Vſuuenit, iactari quod ſolet uulgo:*
*Primi ultimi fiunt, & ultimi primi.*

Ayuntamiento de Madrid

# IO. LEVVENKLAII

## AD GENEROSVM ET ILLVSTREM VIRVM, IOANnem *Baronem Kitlicianum, Craini ac Drencauiæ Dominum, in annales Glycæ Latinos procæmium.*

EST in familia Cæſaris no-
ſtri, Domine, uir præſtans
ingenio, cognitionis uarie
tate, rerum uſu, & uirtute
propemodum ſingulari, Sambucus
ille meus: cuius ego frequenter apud
amicos, & iucunde quidem, recorda
ri ſoleo. Nam ijs dotibus, ſupra com
plures huius ætatis ex doctrina cla-
ros homines, diuinitus eſt exorna-
tus, ut inter nos iam ab annis aliquot
amicitiam non uulgarem coiuiſſe,
non ex animo gaudeam ſolum: ue-
rum etiam in aliqua felicitatis parte
ponam. Cur enim illum hominem
non maximi faciam, qui publicatis e-
gregijs ingenij monumentis, emble-
matis ſollerter excogitatis, & per ar-

Ayuntamiento de Madrid

guta quædam idyllia declaratis, Dioſcoride purgato & illuſtrato, uarietatum libris non illis quidem adhuc editis, ſed ſuo tamen tempore proferendis, omnes in admirationem ſui rapit. Ne dicam, quantum in eo laudis mereatur peruestigandæ antiquitatis indefeſſum ſane ſtudium, quo non ſine magnis impenſis tot rariſsima priſcorum numiſmata conquiſiuit, tot eximios in omni diſciplinarum genere libros ab interitu uindicauit: quos ipſos aliorum quorundam inuidorum more non intra carceres & ſepta priuata coercet, ſed animo lubente (quæ uiri perhumana benignitas, & memoranda liberalitas eſt) cum uniuerſis communicat. Immo non ipſe tantum ijs expoliendis, & ad editionis maturitatem perducendis incumbit, ut publicam ad utilitatem in medium prodeant: ſed etiã alijs pleraq; uelut extrudenda mittit, ne quod no

Ayuntamiento de Madrid

ſtrum ſcilicet commodum remore-
tur,dum ipſe grauioribus curis & oc
cupationibus impeditus, bonorum
deſiderio, theſauris longe pulcerri-
mis ex caligine quarumdam quaſi la-
tebrarũ eruendis, ſatisfacere nequit.
Atque huius ſane tam ſancti, tam lau
dabilis inſtituti fructus ampliſsimos
percipit, dum & à litteratis ubique
gentium ſe coli atq; obſeruari uidet,
& in magnorũ illuſtriumq́; uirorum
gratia ſuauiter adquieſcit. Cæſar qui-
dem, ceu Philadelphus alter, alterum
quemdam Demetrium Phalereum,
bibliothecæ præfecit, ac hiſtorici mu
nus ei mandauit: quas ad res quem a-
lium magis idoneum reperiret, equi-
dem non uideo. Nec eſt, cur eius uiri
conſilia, qui uniuerſitatis hiſtoriam,
cum uariarum diſciplinarum ſcien-
tia, tam feliciter complexus ſit ani-
mo, maximis in momentis rerum ab
auguſto ſapientiſsimoq́; principe &

 requi-

Ayuntamiento de Madrid

requiri lubenter, & magnopere pro-
bari dubitem. Vt autẽ id exponam,
quod hic locus, & inſtituta oratio po
ſtulat: miſit ad me quoq; Sambucus
ſuperioribus his annis proximis du-
os annalium ſcriptores Græcos, MI-
CHAELVM GLYCAM, cognomen-
to SICVLVM, & CONSTANTINVM
MANASSEM: quorum utrumq; La-
tinum in ſermonem conuerterem, ac
publici iuris facerem. Solet enim pu-
tare, noſtras (ut cum poëta loquar) eſ-
ſe aliquid nugas: hoc eſt, eam nos lin-
guæ Græcæ cognitionem conſequu
tos eſſe, quæ tranſſcribendis in Lati-
nam ueterũ ſcriptis utcumq; par ſit:
in quo ut amici plenum inſignis erga
me beneuolentiæ iudiciũ ſatis agno-
ſco, ita meas uires ac in utraq; lingua
facultatẽ nemo me rectius metiri uel
poteſt, uel debet. Quoniam uero non
prorſus reiecturos homines eruditos
ſperabam, quod auctore tali uiro præ
ſtan-

Ayuntamiento de Madrid

ſtandum reciperem, præſertim oſten dente per literas, ſe auctoritatem con ſilij ſui numquam defugiturũ: feci ſa- ne, quod ille iubebat, & utrumq; Ro mana ciuitate donaui, non ut impera tor quiſpiam, ſed uelut unus ex mul- tis, quĩ eius rei curandæ mandatũ ab imperatore haberet. Quumq́; prior hoc tempore Glycas in publicum e- xeat, Conſtantino mox ſubſequutu- ro: libet hoc loco ſpectatoribus ho- minis Græci, & omnino hactenus in- cogniti, quid ius ciuitatis adeptus, ui ciſsim reipublicæ fructus ex ſe pro- mittat, quàm fieri breuiſsime poterit, indicare. Nimirum agnoſcit, in ciui- tatem admitti ſe non debere nudum ac inopem: ne luſtro appetente, cenſo ribus peruulgatum illud, EX ANI- MI SENTENTIA, præfantibus, ege ſtatem mox ipſe ſuam fateri cogatur, & loco motus uel ærariorum in nu- merum ordinemq́; redigi, uel capite

 cenſe-

Ayuntamiento de Madrid

cenſeri,uel prorſus iure ciuitatis exci-
dere,quod quidem amittere turpius,
quàm ab initio non impetraſſe. Quã-
obrem diuiſo in triunces facultatum
huius aſſe, deq; ijs æſtimatione facta
uideamus,an in cenſum redigi poſsit.
Vniuerſa Glycæ commentatio qua-
tuor in partes eſt diſtributa. Earum
prima rerum primis ſex diebus ab or-
tu mundi conditarũ enumerationem
præclaram continet, immiſtis paſsim
arcanis naturæ, cum admirabili expo
ſitionis uarietate, quæ religioſum &
amantẽ opificij prouidentiæ'que di-
uinæ lectorem non poteſt non ſingu
lari uoluptate quadam adficere. Se-
cunda temporũ ſeriem ab initio mun
di uſq; ad Chriſtum ex Eccleſiæ do-
ctrina præcipue tradit, & eius cauſſa,
cui librum elaborauit, (appellat autẽ
hunc filium) plurima de ſacris inter-
texit. Quippe primorũ imperiorum
tam initia, quàm progreſſus ex ijs,

tam-

Ayuntamiento de Madrid

tamquã certis teſtibus, petere maluit: quum de Nabuchodonoſore, de liberis eius, totoq́ꝫ Aſsyriorum imperio ( ut omittã antiquiora) perpauca, uel nulla potius memoratu digna in extrariorum, quos gentiles dicimus, ſcriptorum monumentis reperiantur. Sic autem hæc tractat, ut obiter de quæſtionibus minimè uulgaribus diſſerat, citatis auctorum grauiſsimorum teſtimonijs: quorum quum non pauci nobis plane ſint incogniti, pretium nos operæ facturos exiſtimabamus, ſi antiquitatis ſtudioſorũ in gratiam, illorũ nomina ſtatim huic procœmio ſubijceremus. Et iudicat profecto Glycas noſter de maximis rebus haud abſurde, quibus in rebus recte conformata eſſe, ac præſertim illorum iudicia, quorum animi per ætatem adhuc nonnihil cæcutiunt, nec uerum peruidere poſſunt, plurimũ intereſt: uerbi gratia, de prædictionibus aſtrologicis:



Ayuntamiento de Madrid

gicis: de ui ſiderum, an ea mentes ho-
minum regant: de mõſtroſis fetibus:
de diuinationibus: de fato: de bonis
& malis genijs: de animo: de præuiſio
ne diuina, num illa peccati cauſſa ſit: de
obdurationibus impiorum: de magi-
corum & uerorum prodigiorum di-
ſcrimine, quo loco de Antichriſti etiã
miraculis ac præſtigijs agit: de uarijs
tam philoſophorum, quàm hęretico-
rum opinionibus. Quod ſi quis arbi-
tratur, hiſce de rebus minime diſſeren
dum uel in hiſtoria, uel in annotatio-
ne temporũ: is ſciat, primum hæc iu-
nioribus eſſe perſcripta, quorum ani-
mos rectis ſententijs (ut paullo ante
ſignificabamus) imbui, permagni re-
fert. Deinde uelim Glycæ noſtro uel
illã ob cauſſam ſit æquior, quod ple-
raq; non ita prolixe, nec confuſe tra-
diderit, ut Cedrenũ & alios factitaſſe
uidemus: qui compendia quædã pro
mittentes, uolumina prorſus ingẽtia,
quæq;

Ayuntamiento de Madrid

quæqꝫ ſine tædio pellegi nequeunt, poſteris reliquere. Poſt Chriſtum na-
tum, parte ſcilicet operis tertia, cũ im-
perio Romano hiſtoriã Eccleſiæ con-
iungit. Eſt autem heic accuratus ad-
modum in breuiſsimis annorum no-
tationibus, quibus imperatores ſin-
guli rerum potiti fuerunt. Nõ omnia quidem illorum uel dicta, uel facta re-
cenſet: (nec enim hoc uel inſtituerat, uel etiã facere debebat, annales mundi breues ſcripturus) memoria tamẽ, in-
dicationeqꝫ digna minime præterit. Et quia tamdẽ imperium Romanum Byzantium ſiue Conſtantinopolim Græcos ad homines translatum fuit, eius ipſius regni ſeriem, ac res ab regi-
bus geſtas, diligenter extrema in par-
te proſequitur: quod exiſtimaret, ibi principis atqꝫ maximi per orbem ter-
rarum imperij ſedem eſſe, cũ quo res occidẽtis, hoc eſt noſtras, minime con-
ferendas ſtatueret. Hanc ipſam ob

cauſſam

Ayuntamiento de Madrid

cauſſam noſtra ſilentio prætererit, quo-
rum ex aliis noticia peti non difficulter
poteſt. Viciſsim noſtri fere nihil de
orientalibus iſtis principibus, poſt
factam Caroli magni temporibus im
perij diuiſionem, memoriæ prodide-
runt; conantibus utriſque ſuæ nationis
hominibus opera ſua ſeruire. Poſſum
autem uere polliceri lectoribus, in hac
extrema parte multa notatu apprime
digna reperiri, quorum ne uerbo qui
dem prolixarum hiſtoriarum ſcripto-
res meminerũt. Atque harum in rerum
expoſitione peruenit ad ea tempora,
quæ noſtram hanc ætatẽ annis paullo
amplius CCCC præceſſerunt: hoc
eſt, ad Ioannem Alexij F. Comnenũ,
cui Pulcri cognomen datum fuit. Ar-
bitror ex his abunde iam liquere, Gly-
cam noſtrum quoſuis apud cenſores
facile dignum ſe probaturum, qui Ro
manam in ciuitatem admittatur. Cete-
rum ut partim non eſſent, qui forte res
ab ſe-

Ayuntamiento de Madrid

ab ſequentibus Ioannem principibus geſtas deſideraret, partim ut ipſe Glycas eò confidentius in hominum oculis hac etiam commendatione fretus appareret: adijcere quoddam uelut ἐπίμετρον de noſtro uoluimus, quo cenſus eius nonnihil augeretur. De certiſsimis enim ſcriptoribus, in quibus locum facile principem obtinet, Choniatas Acuminatus, Nicephorus Gregoras, Laonicus Athenienſis, Byzantinam hiſtoriam, filum ipſius Glycæ ſequuti, ad eius regni per Turcos euerſi finē contexuimus: ut quod ſparſim hactenus, & ex uarijs petendum erat, uno iam libro commode lectores compræhenſum inuenirēt. Apud te uero, Domine, nouum hunc ciuem Romanū ab initio ſiſtere uolui, quod futurum plane mihi perſuaderem, ut ſi tibi, cenſori polito & incorrupto, probaretur: eo facilius aliorū ſibi gratiam atq; beneuolentiam conciliaret.

Præ-

Ayuntamiento de Madrid

Præterea iure quodam tuo tibi ſe offert, quod hominis opera, degentis in tua familia, ueſtem Romanam induerit. Deniq; Sambucum, qui princeps in eum beneficium hoc lucis liberioris contulit, in os laudare præ uerecundia non auſus: apud te uirum præclarè de litteris meritum, & adhuc cottidie merentem prædicare uoluit, quem ſciret eruditorum ſtudijs, ad reipublicæ commoda ſpectantibus, quam honeſtiſsime cupere.

DIXI.

Ayuntamiento de Madrid

## AVCTORES ET LIBRI NON editi, de quibus Glycas ſua collegit. Nam editos omittere libuit, quorum tamen fragmenta quædam habet, in editis non exſtantia.

A.

*Alexander Monachus.*
*Amphilochius.*
*Anabatianus, liber Caianitarum.*
*Anaſtaſius Sinaites.*
*Anaxagoras.*
*Anaximander.*
*Andreas Cretenſis.*
*Apolinarius Laodicenſis.*

B.

*Barlaamus.*

C.

*Cæſarius.*
*Caius hiſtoricus.*

D.

*Diodorus, eccleſiaſticus ſcriptor.*
*Dionyſius Corinthius.*

E.

*Ephramus.*
*Epiphanius presbyter, non epiſcopus.*
*Euſtathius Antiochenus.*

G.

*Gennadius.*
*Georgius Syncellus hiſtoricus.*
*Germanus patriarcha Byzantius.*

H.

*Hermes termaximus.*
*Hippolytus Thebanus.*

I.

*Iamblichus.*
*Iſidorus Peluſienſis.*
*Ioãnes auctor Scalæ.*
*Iulianus imp.*
*Iuuenalis Hieroſolymorum antiſtes.*

*Liber*

Ayuntamiento de Madrid

L.

*Liber de Baſilij miraculis, qui Amphilochio ſcriptus putatur.*

M.

*Maximus.*

N.

*Nemeſius Emeſenus.*

*Nicephorus patriarcha Byzantinus.*

P.

*Parua Geneſis.*

*Patricius Pruſenſis.*

*Paulus Sinopenſis.*

*Petrus ad Fauſtum.*

*Philolaus.*

*Pionius.*

*Porphyrius.*

προσευχὴ τοῦ ἰωσὴφ, *liber apocryphus.*

*Pſellus.*

*Pyron Chronographus.*

*Philonis philoſophi eccleſiaſtica hiſtoria.*

R.

*Rufus ſcriptor Medicus.*

S.

*Seuerianus.*

*Seuerus.*

*Symeon metaphraſtes.*

T

*Theophanes cõfeſſor, chronographus.*

X.

*Xenophanes.*

Ayuntamiento de Madrid

# MICHAELI GLYCAE SICVLI; ANNALES MVNDI breues:

QVORVM PRIMA PARS TOtius Vniuerſitatis rerum à Deo conditarum hiſtoriam continet, illuſtri expoſitionis uarietatè admirandam.

IOANNE LEVVENKLAIO interprete.

HVNC *etiam breuem commentariū tibi, cariſsime fili, cōficere lubuit. Quanquam enim ſcriptores annalium in eo nimiopere laborare uideo, ut ambitioſo quodam orationis genere cogitationes ſuas exponant: ego tamen meum ſequutus inſtitutum, quæ ab iis eſſent tradita, paucis comprehendere malui, quòd cognitum habeam, prolixis orationibus aures hominū obrutas tædio quodam adfici. Ante omnia uerò ſcire debes, Deum ſex dierum ſpatio mundum hunc condidiſſe, ac die ſeptimo rerum creationi finè impoſito quieuiſſe.* Poterat quidem uno die res uniuerſas in ortum producere, nimirum cælum, terram, mare, piſces, uolucres, quadrupedes beſtias, & in his hominem ipſum: ſed ne occaſionem erroris hinc ſui arriperent, qui

Cur non uno die cuncta condidit.



Ayuntamiento de Madrid

ſortuito caſu orta perhibent omnia, diebus ſex mundum hunc abſoluere uoluit, quemadmodum aureus orator ille Ioannes tradit. Nam ſi hoc etiam modo creatis abſolutiſq; rebus, auſi quidā ſunt imaginari, caſu quodam ortas: multo magis id feciſſent, ſi pariter eodemq; tempore conditæ fuiſſent. Placuit itidem Deo ſex tantùm diebus, non pluribus, nec paucioribus opificium mundi huius abſoluere: ut ſciremus, nobis quoq; ſex cuiuslibet ſeptimanæ diebus laborandū, ſeptimumq; diē ſoli celebrationi diuinæ impendendū. Nam ea de cauſſa opifex quoq; noſter ab omnibus operibus ſuis ſeptimo die quieuit. Nec eſt quòd Dominū in Euangelio dicere mireris: Pater meus operatur hactenus, & ipſe operor. Nam tum quidem temporis, ut Chryſoſtomus ait, ab operibus uniuerſis quieuit, hoc eſt, creare deſijt. quippe poſt ſextum diem haudquaquā in ortum de nihilo quidquam produxit. Quia uerò ſecundum id creata conſeruare non ceſſauit, abſq; quo foret, in hodiernum illa diem non duraſſent: iccirco etiam modò non abs re operari dicitur. Enimuerò primo die cælum ac terram condidit, cælum inquā illud princeps, perpulcrum, ſideribus carens, de cuius imagine Ioannes Euangelicæ auctor hiſtoriæ, de ſequutura ſecundum hæc rerum inſtauratione loquens in reuelatione ſua, ſic ait: Videbam cælum nouum, terramq; nouam, & mare prius nuſquam erat.

Cur diebus ſex condita.

Declaratio dicti Chriſti.

## DE CAELO, TERRA, uentis.

DEus, ait hiſtoriæ ſcriptor, initio cœlū & terram creauit. Animaduerte, fili, dubiū hoc loco quiddam incidere: quî cælum prius condiderit, ac deinde terram. Quum enim priore loco fundamenta iaciantur,

Cur terra poſterius creata.

Ayuntamiento de Madrid

tur, atq; ita deinde tectum imponatur ædificijs: omnino terra prius in ortum producenda erat, ac tum demum cælum quoq; creandum. Verùm aliter egiſſe Deum, nequaquam tibi mirum uideatur. Nam quum opera ipſius omnia naturæ leges excedant, & omnem artis ſeriem: nihil nouum, ſi etiam in mundi creatione cælum priore loco, terram ſecundo condidit. Hoc modo diuinus ille Ioannes hanc dubitationem explicauit. Alij uerò dicunt, Deum ſummum artificem primùm cælo condito, deinde terram creaſſe: ut hoc ipſo ineffabilem ſapientiam artemq; ſuam declararet. Nam quum de ſententia Gregorij Nyſſenſis, hominis rerum diuinarum peritiſsimi, per cæleſtis corporis motum celerrimum ſuo in loco terra ſtabiliatur, & quaſi conſtringatur: omnino conueniebat id prius creari, quod alterum contineret, quàm quod cõtineretur. Quòd ſi iam quis amplius dubitet, quî factum ſit, ut terra de fundamento ſuo non fuerit emota, quo tempore cœlum non agitabatur, motúue ſuo ferebatur, (hanc enim quæſtionem eximius ille Maximus in ijs, quæ ad Thalaſsium ſcripſit, mouet) Ieſu Naue F. dicente: Sol apud Gabaonem ſubſiſtat, & luna ad Vallem Aelonem: ei reſpondebimus, ubi Deus uelit, ordinem naturæ uinci. Nam ſi eius in manu ſunt terræ limites, ſi terræ columnas ipſe ſtabiliuit, ut Dauides loquitur, ſi terræ fundamẽta certa firmaq; iecit, ut perpetuùm ea loco nõ moueantur: deſine mirari, quòd aliquando cæli motu quieſcente de fundamento ſuo terra non exciderit. Quamquam enim omnia ratione naturæ conſentanea fiant hodie, tamen ſi quidem ita naturæ Dominus ille uelit, etiam ſupra naturæ leges accidere non pauca uidemus. Creauit igitur initio cælum & terram. Et quia, ſicut eximius ille Baſilius ait, ex obſtructione

Maximi quæſtio.



Ayuntamiento de Madrid

corporis cæleſtis aer caliginem altam induerat, (erant enim, inquit Moſes, offuſæ abyſſo tenebræ) lucem hanc ſenſilem produxit Deus, ut in terris ea luceret. Quippe non conueniebat, ut riuus quaſi quidam & particula lucis illius intellectilis, quæ expertibus craſſæ materiei poteſtatibus adeſt, in hoc craſſo & adſpectabili mundo relinqueretur, quum harum utraq; nihil inter ſe commune habeat. Nam lucis ipſius ratione mundus intellectilis & ſenſilis inter ſe diuerſi ſunt, & utriuſq; lux ſuos intra limites conſiſtit, quemadmodum Gregorius Theologus clariſsimè ſcripſit. Animum igitur ijs, quæ dicturi ſumus, aduerte. Quum mandato diuino cælum circa res incluſas ſubitò uelut extenſum fuiſſet, corpore continuo præditum, quod facilè interiora ſeparare ab extrarijs poſſet: neceſſariò factum eſt, ut incluſus intra cœlum locus expers lucis maneret, ſecreta nimirum ab eo luce illa extraria. Nam ſi quæ extiterunt ante mundi huius ſenſilis & interitui obnoxij ortum, haud dubiè in luce uerſabantur, ut magnus ille noſter Baſilius inquit. Nec uel angeli, uel ceteræ cæleſtes copiæ in caligine degebant: ſed in luce ac omni lætitia ſpirituali. Quamobrem ſequitur, has in mundo primùm condito tenebras ex corporis cæleſtis umbra fuiſſe profectas. Hoc tamen loco diligenter à nobis cōſiderari quippiam, operæpretium fuerit. Non diem nox præceſsit, ut imperitis quibuſdam uidetur. Nam illæ tenebræ, quæ ante lucis huius adſpectabilis creationem extiterunt, nec eſſentia quædam erant, (etenim ex obſtructione quadam ortæ ſunt, ut prius eſt indicatum) nec ſacris in litteris nox appellantur: ut inde concludi poſſit, diei noctem eſſe præponendam. Quamquam enim dicere Moſem audias, Deum poſtquam lucem à tenebris diſtinxiſſet,

Creatio lucis ſenſilis, ab intellectili ſecreta.

Nox diem ſequuta.

Ayuntamiento de Madrid

ſtinxiſſet, lucem quidem appellaſſe diem, tenebras uerò noctem: mirum id tamen nequaquam tibi uideatur. Quippe non caliginem illam priorem, quemadmodum in libris Originum ſuis ſentire Ioſepus uidetur: ſed eam, quæ poſt collectionem lucis ſuum mox locum accepit, noctem uocauit. Sunt enim hæc uerba Moſis: Facto ueſpere ac mane, dies unus exſtitit. Iccirco potius magno Baſilio fidē habe, qui ait eum ſtatum rerum, qui ante lucis ortum in mundo exſtiterit, non noctem, ſed tenebras fuiſſe: quū id, quod diei deinde oppoſitum fuerit, noctis nomen acceperit, appellationem ſcilicet diei uoce recentiorē. Quapropter noctem dies præcedit. Nam lux illa hinc inde diffuſa colligebatur mandato Dei, qui eam condiderat: collecta uerò, ut Iuſtini philoſophi Chriſtiq; teſtis, ac eumdem ſequuti Baſilij uerbis utar, nocti uelut aditum quemdam patefaciebat. Quo fit, ut ſpatiū utriuſq; cōiungens Moſes, idq; diem appellans unum, temporis menſurā quamdam inſtituat, quū ait: Facto ueſpere ac mane, dies unus exſtitit. Quamobrē animaduertito, dilecte fili, quòd ſi caligo ea diem præceſſiſſet: omnino Moſes dierum inde menſurā facturus fuerit. Confirmat hæc etiam aureus orator ille noſter. Sunt enim hæc ipſius uerba in oratione de ſex dierū operibus tertia: Quum dicit Moſes, Facto ueſpere ac mane, dies unus exſtitit: perſpicuè demonſtrat, finem noctis integrum diem abſoluere. Nam eam ob cauſſam utriuſq; ſpatium rectè diem unum appellauit. Eodem modo magnus etiam Baſilius inquit, Moſem ut priores ortus partes diei tribueret, primum diei finem expreſſiſſe, deinde noctis: tamquam nocte diem ſequente. Quinetiam Damaſcenus ille Ioannes, capite decretorū ſuorum uigeſimo, ſic de hac quæſtione diſſerit: Prior exſtitit dies, ac nox poſterior. Itaq; nox diem

Ioſepi error.



Ayuntamiento de Madrid

ſequitur, & ab initio diei ſpatiũ unius diei noctisq́; numeratur. Quamobrem in hac parte miſſum mihi Ioſepum facito, qui quum, ut natione Iudæus, caliginis plenus fuerit, ad lucem ſuſpicere noluit: eaq́; de cauſſa noctem ante diem numerauit. Verùm cur unum diem Moſes, non primum dixit, quum ait: Facto ueſpere ac mane, dies unus exſtitit? cur (inquam) non potius dixit, Dies primus exſtitit? Etenim hoc rationi magis conſentaneum fuiſſet, quando ſecundum hæc dicturus erat: Factoq́; ueſpere ac mane dies alter exſtitit. Quinetiam tertium diem primus neceſſariò præcedit. Nimirum diem unum dixit, menſuram diei noctisq́; definiens, & ſpatij diurni nocturniq́; curſum coniungens: tamquam explẽtibus interuallum ac tempus diei (nocte interim ſub diei uocabulo comprehenſa) uiginti & quatuor horis. Nam cæli ab uno eodemq́; puncto moti ad idem reuerſio, diei unius ſpatio fieri conſueuit. De cæli autẽ eſſentia naturaq́; curioſè quippiam inquiri amplius haud oportet, quàm quod uates Eſaias dixit, cœlum à Deo tamquam fumum quemdam ſtabilitum eſſe: quibus uerbis eius natura declaratur eſſe admodum tenuis. Plato cœli eſſentiam cõſtare tradit ex parte quatuor elementorum ſiue principiorum lucidiore, atq́; illa ipſa re ceteris à corporibus ſecundis differre. Nam ea de parte craſſiore orta eſſe. Sequutus eſt autẽ has opiniones Plato propterea, quòd materiẽ corporis expertẽ præexiſtere putaret, de qua oriri uolebat elementa illa quatuor, ex quibus mundus hic uniuerſus conſtaret. Verumenimuerò ualeant illi, ut inſignis uiri Maximi uerbis utar, qui de nihilo quidquam ortum negant. Nos enim profitemur itidem, ut maieſtas & amplitudo creatoris nullis ſit incluſa deſcriptaq́; terminis: nõ etiã ipſius tum ſapientiã, tum

Dies unus pro primo.

Cæli eſſentia.

Platonis opinio.

tum poteſtatem percipi poſſe. Ariſtoteles autem alterius cuiuſdam eſſentiæ cælum eſſe putat, & quintum corpus appellat. Addit eſſe cælum alterius eſſentiæ, nimirum ab eſſentia quatuor elementorum diuerſæ, propter illā cauſſam, quòd amborū motus diuerſi ſint. Nam elementa quatuor partim ut leuia ſurſum feruntur, partim ut grauia ſic à natura cōparata ſunt, ut deorſum motu ſuo uergāt: cū interim cælum in orbem feratur. De quo ſequi neceſſe ſit, ut diuerſum à quatuor elementis eſſe quiddam ſtatuatur. Hæ ſunt horū opiniones. Nos aūt facta illis poteſtate ſeipſos euertēdi ac lapidandi, Moſi fidē habeamus, ut qui rebus ipſis ab ſe perſpectis dixerit: Initiò Deus cælū ac terrā creauit. Adeoq; deinceps ex ipſarū rerum ſub adſpectū cadentiū pulcritudine, pulcerrimū illum rerum auctorē animo cōplectamur: perinde ac de magnitudine creatorū eorumdem, conditorē ipſorū percipimus. Et quid multis uerbis opus eſt? de quatuor quidē elementis omnia producta ſunt, uerùm nō ex illa materie corporis experte naturam eſſentiamq; ſuam elementa acceperūt, quæ extrariorū eſt ſententia: ſic tamē hæc intelligantur, ut omnia rerū ab opifice profecta fateamur. Nam die primo, quo cælū ac terram de nihilo in ortū produxit, ipſa ſimul elementa condidit: ut inde porrò cetera prouenirēt. Atq; hactenus, & huiuſmodi de cælo dicta ſunto. De terra ſcire debes, illā in uniuerſitatis rerū medio quaſi ſuſpenſam eſſe: quod ipſum licet de ſiderū motu cognoſcas. Nam ea nobis eſſe magnitudinis eiuſdem uidentur omnia, ſiue oriantur, ſiue medio ſint in cælo, ſiue occidāt. Atq; hoc illud eſt, quod magnus noſter Baſilius in oratione ſexta de luminaribus ait: nemini ſoli proximū eſſe, nec à ſole lōgiſſimè diſtare, ſed cum interuallo pari ad quaſuis terræ partes inhabitantes acce-

Ariſtotelis opinio.

Medium uniuerſi locum terra obtinet.



Ayuntamiento de Madrid

dere. Quamobrē hæc uelim tecū ipſus antè conſideres, Nā ſi mediū huius uniuerſi locū terra non obtineret, ſequi neceſſe foret, ut ad quamcūq; partē fortè propius accederent ſidera, iſtic maiora uiderentur: à quibus aūt longius abeſſent, in ijs minora cōſpicerentur. Nunc uerò quū quibuſuis ex partibus appareant æqualia, cogitandum nobis relinquunt, terram in uniuerſi medio pendére. Nam atq; illo foret, hoc eſt niſi locum iſtum initio rerū ſortita eſſet, non etiā per uentos de loco ad locū moueretur. Etenim terræ motionis cauſſa quidē eſt Deus, ſecundū illud uatis uerbum, Qui terrā adſpicit & eam facit tremere: uerùm plerumq; uentorum ſubterraneorum uis accedit. Propterea uehementibus in ſuccuſsionibus terræ nulli ſunt uēti, tamquam incluſis eis infra terram, locis præſertim cauernoſis. Quòd ſi etiam cognoſcere uis, quid ſit uentus, & unde oriatur: ſcito nonnullos tradere, quòd aer motus uentorum nobis auras præbeat. Alij uerò de fumea quaſi quadam euaporatione uentum gigni dicunt, quibus habere te fidem uolo. Nam aeris motio quietior eſt ac mollior: uenti uerò uehementior, maiore ui atq; impetu ruentis. Poteſt hoc ipſis ex motibus terræ cognoſci. Nihil enim aliud eſt terræ motus, quàm uentus ſubterraneus. Quum autē quatuor ſint (ut ita loquar) uniuerſales uenti, ſubſolanus quidem ac fauonius non admodum uehementes ſunt: aquilo uerò & auſter impetu ac ui maxima ruunt. Nam quum locis aquilonali auſtraliq; polo ſubiectis, unde tam aquilo quàm auſter oriuntur, ſolis deſit præſentia: neceſſe eſt ea minus incaleſcere, ſemperq; tum frigoris copia, tum humoris abūdare. Quo fit, ut propter frigiditatem exortis frequenter imbribus, irrigataq; plurimum terra, copioſi fumeiq; uapores iſtic adſcendant, de quibus aquilo &

*Cauſſæ motus terræ.*

*Item aliud: Domine, tu terram contriuiſti, & cōmouiſti eā.*

*Quid uentus.*

*Venti principales.*

*Qui uenti uehementiſsimi.*

Ayuntamiento de Madrid

& auſter, uenti longè uehementiſſimi gignuntur. E' diuerſo quũ in locis orientalibus & occidẽtalibus perpetuò ſol moueatur, magnum iſtic frigus oriri non patitur. Qua de cauſſa nec frequentes ibi pluuiæ ſunt, nec euaporationes iſtæ fumo cõſimiles excitantur: quũ ipſa etiã terra non admodũ ſit irrigua. Vnde ſequi animaduertis, non etiã acres impetuoſosq; uẽtos inde prouenire. Præterea uenti quidã anniuerſarij, quos Eteſias appellãt, iíq; boreales diebus ab æſtiua ſolis cõuerſione uiginti, ſub canini ſideris ortũ, exiſtere ſolent. Nam quũ id temporis niues colliqueſcant, auræ quædã frigidæ ac boreales efficiuntur. Quæ cauſſa eſt, ut tum uenti, quos indicauimus, flare ſingulis annis incipiãt. Atq; hæc de his dicta ſunto. Cæterùm uentum illum, quẽ thyellam Homerus appellat, Typhonẽ uocat Ariſtoteles, (Latini turbinẽ) propterea quòd flatus ipſe craſſus ſit, quaſiq; ſono ſuo uerberet id, in quod incidit. Eius uenti cauſſa eſt uapor quidã craſſus, ſurſum è nubibus delatus, ſiue hoc terra fiat, ſiue mari, qui quidem uapor in corpus aliquod ſolidũ & obſiſtẽs illiſus, retrò torquetur. Et quia per uim retroactus hic uapor cedere nequit, obſiſtente illi eo, quod à tergo ſequitur atq; imminet: iccirco ueluti fractus, in tranſuerſum agitur. Vbi cõſimili modo exceptus à corpore quopiã ſolido, rurſum diſſipatur: fitq; uenti quædam inflexio & turbo, ſuſtollens in altũ quidquid uel terra uel mari corripuit. Hinc fit, ut uentũ hunc etiam ſiphonem appellent. Nam in orbem circa terrã agitatur, & ſuũ ad initiũ reflectit; quæ cauſſa eſt, quamobrẽ ingenti ui aliquid attrahat, & terrenum puluerẽ rapiat, & nauiculas euertat. Eæ deinceps in alia loca diſtractæ, admirationem quamdam & ſtuporem in ſpectatoribus excitant. Ventus autem is, quem Ecnephiam uocant, propemodum huic ty-

Venti anniuerſarij.

τύφων, à τύφειν.

Ecnephias.



Ayuntamiento de Madrid

phoni ſimilis eſt: niſi quòd typhonem etiã cernimus, propter craßiorem eius eſſentiam, è nube detractam, quam ne pluuia quidem dißipare poteſt, ſolo borea excepto. Hæc tua cauſſa, dilecte fili, breuiter exponere lubuit: quãdo rerum huiuſmodi cognitionem expeti abs te mirificè ſcio.

## DE CAELO ALTERO, QVOD eſt firmamentum.

ALtero die Deus ex aquis firmamentum condidit, quod interſtingueret aquas, præſertim ſecretis illis, quæ ſupra firmamentũ exiſtunt. Et quánã obſecro de cauſſa Deus ſupra firmamentũ aquam collocauit? propter ardentißimũ ſolis motum atq; calorem. Nam niſi aqua iſtic eſſet repoſita, æſtus inſtar uaſis teſtacei media in flãma ſtantis, & ab aqua deſtituti, omnia diſperderet. Et infra firmamentũ itidem aquæ uariæ, flumina, ſtagna, maria ſunt: ut ne partes hæ terreſtres propter caloris immenſitátẽ exurantur. Norat enim Deus, quemadmodũ Baſilius ait, quantũ mundo temporis ad durationem eius deſtinaſſet, & quantum fomenti reponendũ igni foret. Propterea præclarè dictũ eſt à Dauide: Qui terram in aquis fundauit. Nam quũ aquæ terrã humectare nõ deſinant, & eam ut immunis ſit ab ignis exúſtione, conſeruent: rectè dici aquæ fundamentũ illius firmißimũ poſſunt. Quæ quidẽ ita ſe habere ac fundamenti cuiuſdã inſtar aquas terrã ſuſtinere, Ioannes Chryſoſtomus in libro de ſtatuis illuſtrius etiã oſtendit, his uerbis utẽs: Terrã à fontibus ſuis deſertã, & ab humore, qui à mari ac fluminibus ei ueiut inſpergitur, neceſſe prorſus eſt exareſcere. Et erit aliquando tempus, quũ ab igne cuncta exurentur, quẽadmodũ uates noſter Eſaias inquit, cũ uniuerſitatis huiuſce Deo quaſi colloquens:

Mũdus igni periturus.

loquens:

Ayuntamiento de Madrid

loquens: Qui ad abyſſum ais, Deſerta eſto, cunctiq; fluuij tui exareſcãt. Itaq; Deus ex aquis firmamentũ cõaluit, & ipſi quoq; cæli nomẽ dedit: ſed propriè cælũ uocatur illud, quod prius eſt conditũ, & quidem ex nihilo. Secunda uerò ſignificatione cælum ſacræ litteræ uocant etiã fundamentũ hoc, ex aquis (ut dictũ eſt) ortũ. De quo iam intelligis, tradere litteras ſacras duos cælos: tametſi cælũ unicũ eſſe ſtatuant ethnici, prorſus ſcilicet hiſtoriæ Moſaicæ rudes & imperiti. Quin magnus etiam Baſilius ille ſcripſit, tantum abeſſe, ut ſecundũ hoc cælum negemus: ut tertium præterea inquiramus, cuius inſpectio beato Paulo contigit. Quippe ipſum aera quoq; litteræ ſacræ cælum appellare conſueuerũt, uerbi gratia, quum aiunt: Volucres cæli: item, Largiatur tibi Dominus rorẽ cæli. Tradit hoc ipſum & Ioannes Damaſcenus uigeſimo capite, quod eſt de cælo: quo quidem in capite cælos eſſe tres ait, nimirum illud primò cælum, quod rerum initio de nihilo conditum fuerit: deinde alterum ex aquis factũ: tertio loco ipſum aera, de quo intelligendum ſacras litteras loqui, quum cæli uolucrum mentionem faciunt. Itaq; uelim animaduertas, cælum primum eſſe hunc aera, ſupra caput noſtrum explicatum: ſecundum ab illo, ipſum firmamentum: tertium id, quod de nihilo principiò cõditum fuit, in quod etiam magnus ille Paulus eſt abreptus. Neq; mirum tibi uideatur, Dauidem uideri plures etiam cælos ſtatuere, quũ inquit: Ipſi cælorum cæli Dominum celebrate. Nam Hebraica lingua uoces etiam ſingulares numero multitudinis efferre conſueuit, ut Chryſoſtomus ait. Sic & illud accipies, quod Dauides idem dixit: Qui rubrum mare diuiſit in ſectiones. Nam ſectio tantùm una fuit, non plures. Et uocant firmamentum litteræ ſacræ cælum ſecundum ad prioris



Ayuntamiento de Madrid

cæli diſtinctionem, & ipſius etiam aquæ. Vero enim conſentaneum eſt, cælum illud prius eſſe ſubtilius quoddam corpus, ac purius. Patere uidetur id de uerbis Eſaiæ dicentis: Qui cælum fumo conſimile ſtabiliuit. Sic & aquam ipſam raram mollemq́; quum condidiſſet Deus, ad firmamentum collatam, geiu ei circumdedit, ac humidam atq; pluuiam reddidit, ut terræ uſibus aptam efficeret, quæ de rore plurimum utilitatis capit. An non hæc ita ſe reuera habent? Rores certè, ac imbres, pruinæ, grandines, niues, de aquarum terreſtrium exhalatione oriri traduntur. Atq; heic mihi magni Baſilij uerbis attendito, qui de his hoc modo diſſerit eo libro, quem de ſex primorum ab ortu mundi dierũ operibus compoſuit: Pulcrum, ait, quiddam eſt mare uel ea de cauſſa, quòd principium & fons eſt aeriarum aquarum. Quippe quum à radijs ſolis incaleſcit, per exhalationes aquam ſuam tenuiſſimam amittit: quæ ſuperia in loca delata, frigoreq́; conſtricta, propterea quòd in ſublime attracta longius tum à terra, tũ ſolarium radiorum fractione abſit, ipſa etiam nubis umbra frigus intendente, fit pluuia, terramq́; fecundiorem reddit. Hoc uates Amoſus uerum eſſe teſtatur, quum inquit: Dominus eſt, qui & facit, & immutat uiciſſim omnia: qui aquam marinã ſurſum attollit, & eã in terræ ſuperficiẽ effundit.

## DE PLVVIIS.

IAm partem illam maris ſubtiliorem, magisq́; ueluti potabilem, per calorem ſolis ferri ſurſum, incredibile nemini uideri debet, qui lebetibus ignem ſubijci uiderit. Etenim illi prius aqua repleti, deinceps humore dilapſo ſæpe uacui relinquũtur, aqua cocta prorſus exhalante. Videmus & ipſam aquam marinam ab ijs coqui, qui

Qui de aqua marina quod potabile fit: eliciatur.

tempe-

tempeſtatibus iactantur: indeq; fieri, ut eorum uſui paullò ſit accommodatior. Nam ſpongijs uapores ebullientes excipiunt, quibus in aquæ potabilis penuria ſitim reſtinguunt. quapropter rectè dictum eſt à uate noſtro: Qui aquam marinã ſurſum tollit, & eam in terræ ſuperficiem effundit. Etenim per exhalationes ortas de locis inferioribus denſatus aer, guttas quaſdam demittit, iiſq; terram fecundat ac pinguefacit. Itidem & ſol, quum partibus auſtralibus abſolutis ad boreales ſe confert, ac æſtatem efficit, non ſolùm aquas haurit, & aridiora corpora noſtra reddit: ſed nonnumquam fluuios etiam minores exſiccat. Eadem ratione fit, quòd Nilum exundare tradũt non conſueto fluminibus cæteris tempore: ſed æſtate media Aegyptum cooperire, quo tempore ſol cæleſtis cinguli partem aquilonalem permeat, & cæteris quidẽ fluuijs calore ſuo moleſtus eſt, ab hoc autem longiſſimè abeſt. Ipſa uaporum natura nihil eſt aliud, quàm attenuata ſcilicet aqua. Hi ergo quum attractione ſolis, ut dictum eſt, in ſublime tolluntur, & aer inde denſatur: pluuiæ, niues, grandines, aliaq; talia, de humoribus nimirum orta, delabuntur. Ac de his quidem in hunc modum hactenus. Non dubito autem, dilecte fili, te poſteaquàm nunc à Moſe cõſcripta tum de cælo primo, tum de altero, nimirum de firmamento, & compræhenſis inter hoſce duos cælos aquis, percurreris: omnino (quæ tua ſedulitas eſt, diſcendiq; ſtudiũ) qui ſublimius quiddã ex his elici poſſit, indagaturũ. Ea de cauſſa tibi diuinum hominem, Anaſtaſium illum Sinaiten profero, qui quum ex Paulo accepiſſet, omnes res tam cæleſtes, quàm terreſtres ſic factas eſſe, ut Chriſti figuras & imagines quaſdam repræſentent: pleraq; priſco in fœdere per ſcripta ſenſu allegorico eſt interpretatus. Quamobrem audi-

Cur Nilus per æſtatem exundet.

Anaſtaſij Sinaitæ allegoria.

Ayuntamiento de Madrid

audi, quid de cælis hiſce duobus tradat. Superioris, inquit, cæli natura nobis incompræhenſilis continere mihi figuram quamdam inadſpectabilis illius & incompræhenſilis diuinitatis uidetur: quemadmodum firmamentum inferius humanæ in Chriſto naturæ ſimilitudinem habet, quam ille de locis inferis adſumſit: quum interim aqua illa duorum cælorum in medio compræhenſa, nobis animam eius omnis planè labis expertem repræſentet, quæ medium quaſi quiddam eſt inter diuinitatem & carnis craßiciem. Ecce enim, cælum illud ſuperius principiò cælum appellatum eſt, & quidem naturaliter, quemadmodum etiam Deus ille SERMO ab initio Deus eſt. At firmamentum illud inferius & materiale, non ab initio, ſed poſt copulationem cum illo ſuperiore, cæli nomen accepit: quando & ſacroſanctum illud Chriſti corpus propter deificationem & unionem Deus eſſe dicitur, non à natura propria. Teſtatur hoc & magnus ille Paulus, quum ſanctam Chriſti carnem uelamentum appellat, quæ caro inferius adſumta eſt de uirginis ſanguine, quemadmodum firmamentum factum eſt ex aquis inferis. Habes quod hac in parte tibi ſentiendum eſt.

## DE AQVIS, STIRPIBVS, EArumq; diſcrimine.

Die tertio coactæ ſunt aquæ omnes ui mandati diuini ſuas ad collectiones, eoq; modo ſiccum apparuit: quod quidem mox admirabiliter omnis generis plantis & arboribus exornabatur. Quippe terra diuinæ uoluntatis efficacia corroborata, quemadmodum Nyſſenſis antiſtes ſcripſit, hæc omnia ſubitò quaſi peperit, non temporis egens interuallo ad incremẽtum eorum, quæ

Ayuntamiento de Madrid

quæ de ipſa exorirentur: ſed unà cũ floribus etiam fructus proferens, iucundum quoddam ſpectaculum præbebat. Quòd ſi quis dicat, ſpinam eſſe rem minimè pulcram, atq; etiam moleſtam: is ſciat eam rerum initio è terra nõ proueniſſe, ſed poſt mandati primùm diuini uiolationem, quũ hæc Adamus audiret: Infelicem tui labores terram experiantur, ſentes atq; carduos tibi procreet. Nimirum ut uoluptati dolorem adiũctum habeamus, eaq; re peccati noſtri nobis ſubeat recordatio, ſicut Baſilius ait, iccirco ſpinæ roſis additæ ſunt. Itaq; uelim heic mihi animaduertas, quòd niſi Adamus audiſſet, Infelicem tui labores terram experiãtur: fortaſſe deinceps quoq; frugiferas nobis plantas produxiſſet, ad incrementum ſui nullo temporis ſpatio indigentes. Nam ante lapſum, ut idem Baſilius inquit, momento temporis à germinatione tellus, ut legibus opificis pareret, quauis augeſcendi ſpecie abſoluta, mox fructus maturos proferebat. Itaq; prata copioſo altoq; gramine abundabant, & campi frugiferi ſegetibus onerati, motis earum culmis imaginem fluctuantis pelagi referebant. Et hæc quidem orta ſunt, quum diceret Deus: Edat humus gramineas herbas. Verùm poſteaquam adiecit, Et arbores fructiferas, quæ ſuo quæq; in genere ſemen ſuum in terris habeant: tum uerò luci denſabantur, & quæuis arbores oriebantur, abietes, cedri, pinus, cupreſſi, ceteræ. Præterea roſarum myrtorumq; frutices, ac lauri uno temporis momento productæ ſunt, ſuis quælibet cum proprietatibus, quum antea non exiſterent. Nec mirum tibi uideri debet non omnes herbas eſculentas eſſe. Nam ſi quæ homini maximè non ſunt uſui, nihilo minus alijs animantibus conducunt, quæ propter hominem condita ſunt. Ne id quidẽ nouum exiſtimabis, eſſe illarum in numero quaſdam

Quãdo natæ ſpinæ.

Cur herbæ quędam uenenatæ.

Ayuntamiento de Madrid

dam uenenatas. Etenim illa quoq; ſæpenumero certis mor bis medentur. Nam alijs cum herbis miſtæ ualetudinem noſtram tuentur. In hanc ſententiam Baſilius ſcribit, nullam herbam uenenatam ſine fructu quodam eſſe factam: utut nos ingrati eas intuentes, impiè de rerum opifice ſentiamus. Partim namque brutis aliquibus alimentum præbent, partim nobis ipſis per artem medicam ad certorum morborum depulſionem atq; remedium ſeruiunt. Etenim cicuta propter peculiarem quamdam ſui corporis conſtitutionem ſturni ueſcuntur, nec quidquam ab eius herbæ ueneno læduntur. Quippe quum meatus cordi uicini per quàm in eis arcti ſint, citius hauſtam eam concoquunt, quàm eius frigiditas ceteroqui letalis nocere poßit. Itidē elleborus turturum cibus eſt, nihil ex eo detrimēti capientium, propter peculiare ipſis temperamentum. Interdum uſuuenit, ut eædem herbæ nobis quoq; ſint uſui. Nam per mandragoram ſomnum medici conciliant, per coagulum dolores acres uehementesq; ſopiunt. Cicuta nonnullos inſanas etiam appetitiones extinxiſſe accepimus, & elleboro multos diuturnos morbos abegiſſe. Quo fit, ut quod repræhendendum in creatore putabas, magis te cohortetur, quo erga ipſum gratus ſis. Inter cæteras autem arbores, quarum mentionem fecimus, etiam uitæ prudentiæq; tum ortam eſſe arborem, Ioſepus ait, per quam quid bonum, quid malum eſſet, dignoſceretur. Verum mali boniq; cognitionem aliter Chryſoſtomus noſter accipit, uti paullo pòſt intelliges. Iam de proprietatibus ac diſcrimine arborum quàm longa inſtitui oratio poßit? quo pacto quædam ab ſole percoquantur, quædam intra cortices abditæ adoleſcant. Quarum tener fructus eſt, eæ foliorum tegmē quoddam craſſum habent, ut ficus: quarum contrà fructus ſolidior,

*Cicuta ſturni ueſcuntur.*

*Turtures elleboro.*

*Cur arborum diuerſa folia.*

ſolidior, iis leuiora ſunt folia, quod in nucibus eſt uidere. Nimirum illi propter debilitatem ſuam ſubſidio maiori egebant, his denſius craßiusq; tegumentum propter umbram noxium quoq; fuiſſet. Folium uitis etiam ſectum eſt, ut aeris iniurijs obſiſtere racemus poßit, & per rimas illas ſolis radios largiter recipere. Præterea merentur admirationem arbores, non ſolùm propter diuerſi, uerum etiam eiuſdem generis fructuum diſcrimina. Etenim alias in maſculis, alias in feminis fructuum notas agnoſcunt ij, qui arborum ſerendarum periti ſunt. In palmis certè alias mares, alias feminas eſſe tradũt. Et quod inauditum quiddam ac nouum eſt, amor in eis naturalis exiſtit. Quippe ſummittit ſe mari femina, ueluti libidine quadam incitata, & complexum expetens. Deinde quaſi ſentiens eueniſſe ſibi fruitionem eius, quod expetebat: rurſum ramos erigit, ac priorem ad formam redit. Solent & curatores arborum ficos ſilueſtres hortenſibus adiungere, quo fructus earum inde dulcior reddatur. Nam ſi quid in hortenſibus eſt acerbitatis, id obſcura quadã ratione ad ſilueſtres uelut ablegatur. Itidem ficos immaturos ſiue groſſos alligantes, frugiferis & hortenſibus medentur, quo minus earum fructus delabãtur atq; pereant. Atq; hæc fieri opifex hoc modo uoluit, abhorrente quadã ratione ab hominũ opinione, ut & nos aliquando noſtris ab aduerſarijs ad uirtutis cultum excitemur. Nam uidere eſt non paucos ex legis quidem præſcripto uitam agere, qui tamen in doctrina ſuos quoſdam errores habeãt. Quin & illa, de qua diximus palma, quum dulcem fructum ferat, ac nihilominus in amaro plerumq; ſolo reperiatur: ſignificare uidetur, poſſe nos animis incorruptos manere, quamuis inter eos degamus, qui moribus à nobis dißideãt. Præterea diſce fili dilecte,

Sexus in arboribus diſcrimen.

Palmæ.

Qui fici dulceſcant.

Aliud de palmis.

Ayuntamiento de Madrid

*dilecte, quaſuis res fragrantes, ſi ad eas in propinquo allium & cepæ ſerantur, magis etiam odoratas reddi. Nam quidquid in fragrātibus nimis acris aut grauis odoris eſt, naturali ratione quadam ad ſemina illa acriora quaſi defluit, quodq́; reliquū eſt, fragrantiſſimū ac ſuauiſſimū efficitur. Etiam ruta ſub ficu ſi ſeratur, ſeipſa fit acrior. Nam quod grauis eſt odoris in ficu, ad ipſam transfertur. qua ipſa cauſſa fici meliores efficiūtur. Neq; tantùm hoc accidit in ruta, ſed etiā certæ carnes ad ficū appenſæ molliores delicatioresq́; reddūtur. Nā ficus arbor (uti diximus) inter omnes alias ſucci pleniſſima eſt. quamobrem halitū ex ſe calidū, acrē, ſecādi penetrādiq́; uim habentē emittit: qui quidē auiū quarumdā carnes mollit ac nōnihil coquit. Eadē ex cauſſa fit, quòd etiā ferociſſimi tauri ad ficū alligati quieſcūt, & tangi ſe patiūtur, omniq́; prorſus iracūdia remiſſa, tantùm nō marceſcūt. Igitur idē halitus iſte in carnes incidēs, eas quaſi diuidit ac teneriores facit. Itidem ante fructus arboris huius dulces ortæ ficus immaturæ, quas groſſos dicimus, inutilē eius humorē attrahunt, relicto ſucco qui melior eſt. Propterea ſacris in litteris dicitur: Ficus groſſos ſuos extruſit. hoc eſt, animus per purgationem ſui quidquid eſt inutile tamquā groſſū extruſit & extra ſe emiſit. Ne id quidē omitti à nobis debet. Aiūt electrū nihil aliud eſſe, quàm ſuccū arborū, in lapideā quaſi quamdā naturā duratū. Præterea nōnullæ ſic cōditæ ſunt arbores, ut ſemper floreāt: nōnullæ folijs nudētur. Itidē ex ijs quæ ſemper florēt, quædā abijciūt folia, quædā ea perpetuò retinēt. Abijciūt (uerbi gratia) olea & pinus. nam tacitè quaſi ac latenter folia pro alijs alia ſic cōſequuntur: ut numquā comis ſuis denudari uideātur. Palma uerò perpetuis ornata folijs eſt, & quæ ſemel accepit, ad finē uſq; retinet.*

Qui augeatur fragrantia.

Ruta qui fiat acrior.

Carnes ad ficum ligatæ molleſcunt.

Tauri ad ficum domari poſſunt.

Electri origo.

Arbores ἀείφυλλοι, & tamen φυλλοβόλοι.

Palma ſemper floret, ijſdem retentis folijs.

Ayuntamiento de Madrid

retinet. Ac de his quidē hactenus. Nec uerò mirū tibi uideatur, litteras ſacras nūc in unā collectionē aquā eſſe coactam dicere, nūc in collectiones. Nā quū utrumq; factum ſit, nihil hæc inter ſe pugnāt. Ac Theodoritus quidem ait, rectè aquarū & collectionē, et collectiones dici. Nā maria quod exteriorē ſuperficiē attinet, à ſeinuicē eſſe diuiſa uidentur. Quippe aliud eſt Indicū mare, aliud Hyrcanicum, quæ tamē inferius per ſubterraneos quoſdā meatus inter ſe coniungūtur. Extra hæc aūt magnū illud mare ſitū eſt, quod Oceanū dicimus, & Atlanticū pelagus: quod nomen eſt ei ab Atlante inditū, qui mons tātæ ſublimitatis eſt, ut apud poetas cæli columna uocetur. Nemo uerticē eius uidit, propterea quòd illa niue tecta ſit. Hæc Theodoriti eſt ſentētia. Magnus aūt Baſilius noſter inquit rectè dictū, In collectionem unam. Nam ut aqua cōfluens ea loca non demergeret, à quibus recipitur, nec ſemper quaſi progrediendo, aliaq; poſt alia loca replendo, tandem continuo tractu continentem uniuerſam inundaret: iccirco dixit Deus, Coeant aquæ unam in collectionem: hoc eſt, ab hac aqua nulla ſe ſegreget, ſed quod modò colligitur, in hac prima collectione perſiſtat. Sic & Solomonicus ille concionator inquit: Omnes torrentes in mare pergunt, neq; tamen iccirco mare completur. Nam ipſam quoq; fluxionem ſuam aquæ hoc ex mādato Dei conſequutæ ſunt, quū diceret: Coeant aquæ. Ab eadem lege principe profectum eſt, quòd intra limites ſuos mare circumſcriptum manet. Aduerte animum, mi fili. Coactæ ſunt, ait Moſes, unam in collectionem aquæ, ac ſiccum apparuit. Quia enim terra cerni non poterat, & rudis ac informis erat, dum in eius ſuperficie fluitaret aqua: propterea ſuas in collectiones aqua coacta, cerni tamdem cepit terra, prius



Ayuntamiento de Madrid

inadſpectabilis. quo quidē tēpore mādato diuino exornata eſt omnigenis ſtirpibus, uti ſuprà indicabamus. Quòd ſi etiā quæris, quamobrē ita particulatim terra ſuū ornamētum cōſequuta ſit, nō ſtatim ab initio prorſus ab omnibus rebus inſtructa prodierit: equidē eius tibi rei cauſſam explicabo, uel potius non ego, ſed Ioannes Chryſoſtomus. Nam quū terra ſit parēs & altrix hominū, quando ex ea cuncti ſunt orti, & in eā redeūt, & quādo ea quēuis fructū nobis largitur: ne illi omnia tribuerētur, eaq; de cauſſa cultus quidam accederet, tamquā ui facultateq; ſua tot bona nobis proferēti: icciro Deus illā primùm aqua tegit, & inornatā rudemq; condit: deinde aquā in collectionem unā cogit, atq; hoc tamdē modo terram inſtruit. Hoc etiā à nobis inquiri pretiū operæ fuerit, ubi nā aqua collecta fuerit, ut ſiccū deinceps conſpiceretur: ſi quidē uniuerſa terræ ſuperficies, quemadmodum ſacræ litteræ tradunt, ab aquis occultabatur. De hoc Iuſtinus ille philoſophus ac teſtis Chriſti, magnusq; Baſilius dicūt, mādato diuino tum cōcauitates quaſdā eſſe factas. cuius rei teſtes ſint inſulæ, nullis certis deſcriptæ locis, quæ paßim reperiuntur. Eæ cōcauitates intra ſe demiſſam aquam receperunt. Quod niſi factū fuiſſet, nō dixiſſet Moſes, adapertū ſiccū apparuiſſe. Quinetiā (ô inſignē Dei curā de nobis ac prouidentiā) huiuſmodi cōcauitatibus inſulas adiūxit. Cur id quæſo? ut tempeſtatibus iactati homines iſtic requieſcerent, quoties longioribus itineribus ſeſe dederunt. Nec eſt quod mireris, aquas quidē in mare fluentes dulces ac potabiles eſſe, ipſum aūt mare tantùm amarū, nec ulli ad potum uſui. Nā propter exhalationē illā fumoſam, quæ in eo fit, quæq; ueluti ſpumeum efficit & accēdit mare, ac qualitatē ei amarā indit: tamdē aqua ſalſa reliquiarum quaſi

quarum

Quare particulatim ornata terra.

Qui aqua fuerit collecta.

Cur ſalſum mare.

Ayuntamiento de Madrid

quarumdā inſtar relinquitur. Et fluuialis quidē aqua nihilo ſecius ſalſa redderetur, quū & ipſa ſentiat exhalationes ac uratur: uerùm id motus ipſius perpetuus haud concedit. At mare cōcauo in loco reſtagnans, & ſeorſum manens ac inſiſtēs, facilè ſalſuginis cauſſas admittit. Hanc rationē noſtrā Ioannes Damaſcenus confirmat, quū inquit: Oceanus ceteroqui potabilis ac dulcis, mari aquā ſuppeditat. Verùm quū ea diu iam uno inſiſtat loco, nec moueatur, amareſcit: ſole ſcilicet perpetuò quod ſubtilius eſt exhauriente, itemq; ſiphonibus quaſi quibuſdā unde nubes exiſtūt, et pluuiæ gignūtur, aqua ueluti percolatione quadam edulcata. Eodē modo & Sinaites Anaſtaſius in commētario ſuo de ſex primorū dierū operibus hāc rē explicat. Mare, inquit, erat initio dulce, liquoremq; potabilem cōtinebat. Sed deinceps à tēporis diuturnitate ac elemētis ipſis eam mutationē accepit, quam modò experimur. Nā ſol calore ſuo maris exhalationes quaſdā efficiēs, ac partē eius dulciorē attrahens, & in aera tollēs: quod grauiſsimū eſt atq; ſalſius, infernè relinquit. Et craſsiorē maris aquā eſſe, quàm ſint aquæ fluuiatiles, ipſa res docet. Nā in fluminibus admodū onerata nauigia uehi nequeūt, quū ea mare leuiter admodum geſtet, ob craſsiciē uidelicet ſuā. Præter hæc illud etiā tibi ſciendū eſt, omnes aquas, ſiue fontanas, ſiue puteales, è mari ſuā originē habere. Nam uicina mari terra foraminoſa eſt, multiſq; cuniculis abundat, qui ſunt ei uenarū inſtar, per quas è mari receptis aquis, fontium ſcaturigines emittit. Quare pro qualitate ſoli etiam fontiū aqua comparata eſt. Quo fit, ut aquæ quædā aceti, quædā olei, quædā cinereū ſaporē, aliosq; tales referant. Nā eius ſoli qualitatē accipiūt, quod permeant, & de quo ebulliunt. Sic aquæ calidæ, quemadmodū Baſilius ille magnus

Vnde fontiū diuerſus ſapor.



Ayuntamiento de Madrid

gnus ait,uel igneum quoddã ſolum penetrantes,uel in ar-ctum preſſæ,uiq; colliſæ,feruorem illum accipiũt. Eadem de cauſſa magni fontes plerumque in montibus oriuntur, quòd ad ipſius etiã montis uerticem attractio quædam & exhalatio de partibus imis fiat: præſertim ſi mons cauernoſus fortè ſit,& ad hãc attractionẽ idoneus. Deinde hac & illac demanans aqua,& quodã in loco confluens,terrã iſtic perrumpit,ac ui exit. Et perennes ſunt hi fontes,quia perpetuò fit ab imo ſolis attractio. Verum hoc eſſe,montes longè maximi teſtantur,nimirum Caucaſus, Parnaſus, Pyrene,ceteri. Nã ex eis amnes ampliſsimi promanant,de magnis orti fontibus. Et quid hac de re prolixius diſſeri opus eſt? Omnis amniũ fluxionis,omnis reciprocationis, aliarumq́; rerũ in fluuijs, quæ motus & cauſſas naturales habẽt,ſol auctor eſt,à Deo efficacitatẽ hãc omnigenã conſequutus. Ille naturali quadã ui facultateq́; ſua, & caloris abundantia,humores imos commouere poteſt. Quo fit,ut uerno æſtiuoq́; tempore propiùs ad nos accedens, ſuccum in arboribus ſurſum trahat, eaſq́; frugiferas reddat. Eius eſt æſtas,autumnus,hiems. Nili incremẽta per æſtatẽ fiũt. Quippe tum nubes omnes à uentis ad torridã uſq; zonam abiguntur,ubi uehemẽte copioſaq́; pluuia delapſa, turgeſcit Nilus,nec ſe pro flumine haberi uult amplius. Nam ripas ſuas egreditur, & Aegyptũ exundatione quaſi marina quadã operit. Et dulcis ille quidẽ eſt, tamquã à pluuijs ortus: ſed tepidus, uti cuius ab æſtu ſit principiũ. Eadẽ de cauſſa reliquorum amniũ more nullas aures præbet. Nam quũ nubes,ut antea diximus,à uẽtis anniuerſarijs abigantur: uapor omnis reſiduus ab eorũ locorũ æſtu cõſumitur, quæ ratio eſt,quamobrem auræ à Nilo nullæ proueniant. Quòd ſi de quorumdã opinione, liqueſcentibus à niuibus auge-

Vnde fontiũ perennitas.

Rurſum de cauſsis inundationis Nili.

augeſceret: haud dubiè largas eæ regiones auras ex Nilo haberent. Atq; hoc Nili prodigiũ, à nobis commemoratũ, ſicut Anaſtaſius ille noſter ait, fieri uult Deus, ut priſcæ mũdi huius creationi fides habeatur. Quis enim Nilũ cernens Aegyptum inundantẽ, ac rurſus intra priſtinas ripas ſuas redeuntẽ, non etiã de illo die certus ſit, quo die coacta in collectionẽ unã aqua, ſiccũ apparuit? Quin etiã in finitimis Aegypto locis, nimirũ aquis inacceſsis, quæ ſunt in Pentapoli barbarica, lapidũ natura ſurſum tendẽs ac natans, illos coarguit homines, qui nõ credunt, Deũ terram hanc, ingenti pondere grauẽ, ſuper aquarũ naturã ueluti ſuſpendiſſe. Itidẽ in montibus, qui Lycij dicũtur, aqua & ignis ſimul coniuncta, nõ diuidendã in Chriſto duarũ naturarũ unionẽ, diuinæ inquã & humanæ, nobis oſtendũt. Quo pacto quis opificem ob hæc ex dignitate celebrare poſsit? Nã quũ uarij ſint morbi, qui nobis accidunt, etiam multiplices aquæ calidæ de terra ſcaturiũt, quæ iiſdẽ medentur. Quippe nõnullæ ipſarũ neruos laxãt, nõnullæ conſtringunt et laxatos uiciſsim tendũt: aliæ uim pituitæ, aliæ bilis nigræ cõtrariã habẽt: aliæ deniq; præſtãt uſum aliũ, idq; de mãdato ipſius earũ auctoris: utut erga eũ optimè de nobis merentem ingrati nos ſimus. Et quo quidẽ pacto aquæ calidæ de locis ſubterraneis ſcaturiant, ſuperius eſt indicatũ. Fuerit aũt operæpretiũ hoc loco narrationis noſtræ uerba quædã inſeri, quæ Patricius Pruſenſis antiſtes ex oratione ſancti uiri Pionij ſumta de calidis aquis recẽſet. Ait is ignẽ & aquã in cælo eſſe. Cõſimiliter & ſub terra tam ignẽ, quàm aquã abditã eſſe, de quibus fontes quaſi ſiphones quidam ad uſum uitæ noſtræ ſcaturiant. Ioannes uerò Damaſcenus, Oceanũ inquit fluminis cuiuſdã inſtar terrã uniuerſam circũdare: de quo mihi etiã litteræ ſacræ

Lapides in aqua natantes.

Aqua & ignis in Lycijs montibus coniunctim.

Thermarũ diſcrimina.

Patricius ex Pionio de thermis.

b 4 loqui

Ayuntamiento de Madrid

*loqui uidentur, quū amnem de paradiſo exire tradūt, qui aquā dulcē ac potabilē habeat: eumq́; deinde quatuor in principia, hoc eſt, quatuor fluuios diuidi. Quòd ſi etiā ſcire cupis, quā ob cauſſā aquæ pluuiæ, poſteaquàm ad nos delapſæ ſunt, tantopere corrumpantur ac putreſcant, ſole quod in ea ſubtiliſſimū eſt percolāte, ac ſurſum attrahēte: lubēter eā quoq; tibi ſubijciemus. Eſt harum natura inter aquas ceteras maximè miſta. quippe ſol ex quibuſuis rebus humidis aliqd ſurſum attrahit. Hæc igitur inæqualitas mobilis admodū eſt, & ad corruptionē celeriter ſpectat. Præterea ſubuectorū à ſole in aera humorū pars grauiſſima craſſiſſimaq́; rurſus deorſum fertur, quū ita comparatæ ſint res graues, ut deorſum ferri ſoleant: interim pars exhalationum tenuiſſima, uentorū in naturā conuertitur. Ac de his quidem hactenus dictum eſto.*

Cur aqua pluuia citò putreſcat.

## DE SOLE, LVNA, QVIBVSDAM ſignis, quæ in cælo conſpiciuntur.

*Die quarto Deus luminaria creata firmamento inſeruit. Quum autem appellari audis luminaria, nihil aliud cogitabis, quàm eſſe illa quaſi uaſa quædam & receptacula lucis. Etenim ſumto Deus illo lumine, quod die primo condiderat, & in omnia luminaria diſtributo, (quamquam aliud hac in parte Chryſoſtomo placet) quaſi quaſdam in lucernas id collocauit, ut terram ſua luce colluſtrarent. Chryſoſtomus autē, uir haud dubiè diuinus, in oratione de ſex dierum operibus quinta, ſic ad uerbū hac de re diſſeruit. Vides ſapientiā opificis. Saltem uerbum eloquutus eſt, & admirandū hoc elementū, uidelicet ſol, in ortū productus fuit. Nā illum Moſes luminare magnū appellat, et ad diei moderationem factū ait. Quippe diem is pulcriorem & iucundiorem nobis efficit. quæ*

Quid luminaria.



Ayuntamiento de Madrid

ipſa cauſſa eſt, quamobrem Deus eum die quarto condiderit, ne ſcilicet exiſtimares, ſolem diei auctorē eſſe. Toti nimirum dies tres creationem ſolis anteceſſerunt. Ideo putabis, uoluiſſe Deū per hoc elementū diei lucē aliquanto iucundiorem nobis reddere. Quibus in uerbis animaduertere te uolo, uideri Ioannem hunc noſtrum aliam dicere lucem, quæ die primo fuerit cōdita: & aliam, quæ die quarto, longè priori ſplendidiorem. Baſilius autem magnus in oratione ſexta de luminaribus, ne reliquos ſanctiſsimos patres commemorē, dilucidius hac de re uerbis hiſce diſſerit. Si iam antè lucis ortus præceſſerat, quo pacto fit, ut ſol rurſum dicatur ad lucendum factus eſſe? Nimirum primo quidem die lucis ipſa natura fuit condita, nunc uerò ſolare corpus inſtruitur, ut illius primigeniæ lucis uehiculum ſit. Quemadmodum enim aliud quiddam eſt ignis, & aliud lucerna, quorum ille quidem lucendi uim habet, hæc uerò facta eſt, ut lucem nobis adhibeat, ſi fortè quid agendum ſit: ſic iam (quarto ſcilicet die) luminaria parantur, quæ ignis illius puriſsimi, & ab omni craſſa materie ſecreti uehiculum ſint. Idem Baſilius non multò pòſt, in hanc ſententiam loquitur: Imperium, ait Moſes, diei penes ſolem eſto. Et quónam pacto imperium diei ſol habet? Quia lucem in ſeipſo circumferens, quamprimùm finitorem circulum trāſijt, diem nobis præbet, diſsipatis tenebris. Neq; magnopere aberrabit, qui eſſe diem definiet à ſole colluſtratum aera. Quibus in uerbis eximius hic uir ſat clarè oſtendit, uaſa quædam quaſiq; receptacula lucis, non lucē die quarto eſſe conditam. Et condita ſunt omnino illa, quo lucem illam primam reciperent, ac in terra lucerent. Hoc autem ita fecit Deus, quemadmodum Theodoretus tradit, ut lux illa primigenia diuiſa in exigua pariter ac magna



Ayuntamiento de Madrid

luminaria, ſplendorem animantum oculis reſpondentem emitteret. Nam abſq; hoc fuiſſet, animalia oculis prædita ferre ſplendorem lucis immoderatum nõ potuiſſent. Idem magnus etiam Baſilius his uerbis confirmat: Pulcrum ſanè quiddam eſt ipſe ſol, hoc eſt, diſcus ille corporis ſolaris, in quo ueluti lucerna quadam primigenia lux eſt collocata: uerùm non minus pulcritudinis atq; bonitatis in eo ſitum eſt, quòd uſq; adeò ſit moderatus atq; conueniens. Nam neq; propter ſubtilitatem omnia penetrat & exurit ipſius ignis, neq; propter · · · · · efficacitate caret. Ceterùm ante diem quartum, hoc eſt, priuſquàm ipſi ſiderum diſci crearentur, quemadmodum Iuſtinus ille philoſophus & Chriſti teſtis ait, conſentiente cum hoc reliquorum patrum cœtu, lux uniuerſa paßim per aera diffuſa, nec motu quodam æquabili ferebatur, nec diei metas definiebat: ſed quamprimùm collecta fuiſſet, ſuccedendi ſibi poteſtatem nocti faciebat. Sic enim litteræ ſacræ loquuntur: Facto ueſpere ac mane, dies unus exſtitit. Deinde uerò cum diſco ſolari cõpacta, curſum diei deſtinatum accuratè per ipſum ſolis corpus abſoluit. Itaq; iam ſol oriens diem efficit, ſub terram uerò ſemet abdens, fit cauſſa noctis. Etenim aliud nihil eſt nox, quàm umbra terræ, nimirum ſole ſub terram occultato, iterq; ſuum urgente. Et caligo iſtæc appellationem noctis accepit ex eo, quòd hominem dormientẽ pun-

νὺξ unde dicatur. gat, (νὺξ enim eſt à νύττειν) tantumq; nõ his ad ipſum uerbis utatur: Scire debes, homo, te mortalem ſomno ſeruire. Ac huiuſmodi quamdam ſtimulationem eſſe noctem, ipſe Dauides etiam uerbis his indicauit: Quæ dicitis in cordibus ueſtris, in cubilibus ueſtris pungimini. Sic & lucem,

Vnde ἡμέρα. tamquam rem lætam atq; gratam, ἡμέραν dicimus à iucunditate: quemadmodum eadem de cauſſa cicures beſtias

ἥμερα

Ayuntamiento de Madrid

ἥμερα ζῶα, quaſi animalia grata & amabilia uocamus. Hoc igitur pacto ſole tum oriente tum occidente, uel lucem, uel tenebras eſt ſequi neceſſe: quæ quidem res duæ ſibimet inuicem aduerſantur, at ambæ ſunt hominibus utiles. Lux enim ad opus faciundum homini uſum non exiguum præſtat, eidemq́; res ſub aſpectum cadentes commonſtrat: tenebræ uerò mortales per requietem uiciſſim fouent, conceptamq́; de labore moleſtiam omnem diſsipant. Etiam alia in parte noctem hominibus utilẽ eſſe deprehendimus. Nam quum diebus interiecta ſit, temporis menſuram efficit. Quippe ſi lux continua citra ſucceſſionem ullam foret, annorum orbes atq; conuerſiones non animaduertiſſemus: ſed totius æui duratio dies omnino unus eſſe uiſus fuiſſet, id quod futurum in æuo deinceps ſequuturo credimus. Nam quum in eo futuri ſimus immortales & uiciſsitudinum expertes, æuum quoq; tale nobis conueniet. At in hoc æuo maximopere cognitas nobis eſſe temporis menſuras oportebat, ut celeriter illud præterlabi cernẽtes, ſolliciti de nobis eſſemus, ac noſmet ad migrandum pararemus. Atq; hac de cauſſa per profectò ſapienter Deum noctes diebus interieciſſe uidemus. Hoc modo ſancti ſpiritus diſcipuli de ſiderum creatione atq; ortu ſentiunt & loquuntur. At uerò uanorum dogmatum ſectatores, qui ſapientes ſe quidem prædicant, ſed de Pauli ſententia facti ſunt deſipientes, tantùm non infinitis hac in parte diſsident opinionibus. Etenim Anaxagoras de natura ſiderum hoc modo, per profectò ſtolidè diſſeruit. Per circumagitationem uniuerſitatis rerum ſaxa quædam ſurſum rapi dixit, eaq́; deinceps inflãmata ſui ſunq́; ſixa, uocari ſidera. Idem & Democrito uiſum. At Diogenes pumici conſimilia tradidit eſſe, & quaſdam perſpi

A nocte mẽſura temporis.

Anaxagoræ deliria.

Diogenes.

rationes

rationes habere. Cõtendit & nonnulla ex eis in terrã dela bi, quorum flammis extinctis animaduertatur, eſſe naturã ſiderum lapideam. Hanc ad rem confirmandã teſtimonio delapſi quondã ad Capræ flumina (loci nomen hoc eſt) la pidis candentis utitur. Secundũ hos Anaximander ſidera uoluit eſſe compages quaſdam aereas, igne refertas, quæ rotæ in morem compactæ, ex oſculis quibuſdam flammas euomãt. Xenophanes uerò ſolem ac lunã eſſe nubes igni tas dixit, alijs uolentibus eſſe globum ferreũ candentẽ, uel ſaxum quoddam ignitũ. Philolaus ſolem exiſtimabat eſſe uitro conſimilem, quod ſplendorẽ ignis mundani ad ſe de latum recipiat, & quaſi percolatũ ad nos tranſmittat. Hæ ſapientum illorum, uanæ profectò, de natura ſiderum ſen tentiæ fuerunt. Nam quũ auctorem ipſorũ Deum ignora rent, minimè concedebant cauſſam quamdam rationis & prudentiæ participem ortui rerũ eſſe præficiendam. Quo fit, ut Baſilius ille magnus eos deplorans, futurum ut ma gis in die iudicij cõdemnentur, quàm alij, dicat: quòd tam acutum ad uana cernentes, ſponte ſua ueritatis in perueſti gatione cæcutiuerint. Iam uerò quàm multa ijdem de ma gnitudine tam ſolis quàm lunæ commentati ſint, quid at tinet cõmemorare? Anaximander & Anaximenes ſolem terra uicies ac ſepties maiorem eſſe dixerũt: Anaxagoras maiorẽ Peloponeſo: alij quũ pedis unius ipſi longitudinẽ haberẽt, tantum etiam ſolem eſſe uoluerunt. Eadem de lu na quoq; tradita reperiuntur. Fuerunt enim nonnulli, qui eam terra maiorem facerent: quum alij parem utriuſq; ma gnitudinem ſtatuerent: alij terra minorem: alij palmarem ſolùm eſſe confirmarent. Adeoq; non ueritum eſt eos pro funditatem maris ignorantes, quæ tamen deiecta nautica linea explorari poteſt, interuallũ quod eſt inter lunã & terram,

Anaximander. Xenophanes. Philolaus. De magnitudine ſiderũ.

Ayuntamiento de Madrid

terram, ac uiciſsim inter ſolem ac lunam, cognitum eſſe ſibi ſingulari cum ambitione profiteri. Et hactenus quidem de ortu magnitudineq; horum ſiderũ quæ fuerint illorum (quos diximus) opiniones, indicauimus. Ceterùm peritiſsimus ille rerum ſacrarum eximiusq; uir Baſilius ad demonſtrationẽ magnitudinis eorum hoc etiam adiecit. Quamquam infinita propè numero ſint in cælo ſidera, tamen omnis illorum lux in unum quaſi collecta non ſatis eſt efficax ad triſticiam noctis diſsipandam: quũ ſol unicus ſupra circulum illum finitorem conſpectus, congelatum quaſiq; ſpiſſatũ ante id aera, terræ uicinũ, liquare poſsit ac diffundere. Hinc fit, ut uẽtos matutinos habeamus, & ſereno cælo rores terram perfundant. Tantæ uerò magnitudinis terram quo pacto ſol uniuerſam uno temporis momento colluſtrare poſſet, ſi non ab ingenti quodam orbe ſplendor ipſius promanaret? Idẽ in luna quoq; uidere eſt. Nam magnum illius corpus eſt, ac ſecundum ſolem ſplendidiſsimũ. Etenim ad hanc quoq; referri debet, quod in ſacris litteris dicitur: Creauit Deus luminaria magna. Quibus in uerbis magna dicuntur, non eorum ad ſidera minora comparatione inſtituta: ſed quia tanta ſunt amplitudine, ut profectus ab ijs ſplendor cælum ipſum colluſtrare poſsit, & aera, ſimulq; ſemet ad terrã ac mare totum porrigere. Quapropter caue ne perſuaſionẽ de hoc ſidere falſam ſequaris, nec magnitudinem eius eſſe cubitalem exiſtimes. Etenim adſpectus noſter in aere uelut abſumtus ac deminutus, ad comprehenſionem illorum, quæ ſupra nos conſpicimus, haudquaquam ſufficit. Itaq; litteræ ſacræ ſolem magnum appellant ex admiratione quadam ac ſtupore, non comparationis alicuius ratione. Nam & cetos ſiue balænas eædem magnas uocant, non quòd uel ſquilla, uel ha-



Ayuntamiento de Madrid

lecę maiores ſint: ſed quòd montibus etiam maximis ſint conſimiles, quum in ſuperficie maris natant. Creauit ergo Deus luminaria magna. Et quo pacto ſol non magnus ſit, ſi quidem eum multis terra partibus eſſe maiorem conſtat? Nam abſq; illo foret non ſupra circulum finitorem conſpectus ui ſua cuncta complecteretur. Itidem, ut modò indicabamus, lunæ quoq; corpus ingens eſt, ac ſecundum ſolem lucidiſſimum. Nam quòd lux eius non prorſus immobilis eſt, id uerò ad ſapientiam illam rerum opificis ineffabilem referri debet. adeoq; lunã inſpectãtes de rerum noſtrarum ſtatu & condicione nos erudiri ſciamus, ut hinc moniti de celeri rerũ humanarũ euerſiõe cogitemus. Quamquam præterea non parum prodeſſe mutationem illam lunæ tam ipſis animantibus, quàm ceteris è terra naſcentibus rebus equidem arbitrer. Nam aliter adfecta ſunt corpora luna deminuta, quàm eſſe ſoleant eadẽ augeſcente. Quippe quum deficit ac imminuitur, laxa ſunt atq; uacua: quum augeſcit, & ad plenitudinem ſuam properat, corpora quoq; rurſum repleri uidemus: idq; propterea, quòd humorem quemdam cum calore temperatum, & ad ima uſq; pertinentem, quaſi tacitè corporibus immittat. Animaduerti hoc de ijs quoq; poteſt, qui ad lunam dormientes, ſuperfluo humore capitis capacitatem omnem repleri ſentiunt. Itidem carnes recens mactatorum animalium ad lunam expoſitæ, & ab eius radijs attactæ, citò mutantur ac putreſcunt. Ea de cauſſa lunam in curru, duobus tauris adiunctis, collocant: tamquam mundum hunc ambientem, arantem, ſementem in eo facientẽ, humectantem atq; calfacientem. Hæc omnia uerò per immutationẽ illam corporis ſui perficere nequaquam poſſet, ſi non eximiæ cuiuſdam magnitudinis ſingulari cum ui & efficacitate

*De lucis in luna mutationibus.*

*Cur lunæ currus à tauris trahatur.*



Ayuntamiento de Madrid

tate cõiunctæ, quemadmodum & litteræ ſacræ teſtantur, eſſet. Atq; hac ſanè de cauſſa uidemus & aeris adfectiones certas exiſtere, quemadmodum declarant exortæ ſæpenumero plenilunij tempore de ſumma tranquillitate, uentorum omnium experte, perturbationes aeris repentinæ, nubibus inter ſe colliſis quaſiq; confligentibus: declarant & fluxus ac refluxus aquarum in euripis, illaq; ipſa, quæ fit in Oceano (quem uocant) maris reciprocatio, quam quidem homines litoribus marinis finitimi per ſtatas uices lunæ circuitus ſequi depræhenderunt. Hactenus quæ de his magnus ille Baſilius complexus eſt, dum horum luminarium magnitudinem demonſtrare nititur. Debes autem, dilecte fili, præter iam indicata, illud etiam animaduertere: cetera quidē uniuerſa ſidera ſuum ac peculiare quoddam habere lumen, ab initio ſcilicet eis diſtributū atq; datum: lunam uerò lumine proprio deſtitui. Quamquam enim nonnulli tradant, ipſam quoq; lumen obſcurum habere: tamen exiſtimandum eſt omnino, lucis incrementa, quibus fit, ut uel in cornua falcata, uel pleno reſplendēs lumine, uel utrinq; gibboſa cōſpiciatur, in ea per ſolem effici, prout inter ſe cōgrediuntur aut diſiunguntur. Lunam igitur lucem alienam uelut induere ſcias, eamq; partem ipſius à ſole colluſtrari, quæ ſoli obuerſa eſt. Poteſt hoc ex ipſis ad nos delabentibus radijs ſolis animaduerti. Nam aliter atq; aliter pro diuerſo tam ſitu quàm motu ſolis, ab eis nos quoq; colluſtramur. Quòd ſi maximè in horum ſiderum coitu nobis obuerſa corporis lunaris pars omnino lucis expers conſpicitur: nihilominus eiuſdem pars ſuperior ſolemq; ſpectans hoc ipſo tempore lumen illius recipit, quà ſoli ſcilicet eſt obuerſa. Licet hoc & in plenilunijs depræhendere. Quippe lunam id temporis toto cor-

Luna peculiarem lucē non habet.

pore

Ayuntamiento de Madrid

pore ſuo lucentem conſpicimus, uti quæ ex aduerſo collocati ſolis radios excipit: qua de cauſſa pars globi eius reliqua, ſub adſpectum noſtrum haud cadens, nimirum poſterior, eſſe lucis expers intelligitur. Hæc ita ſe habere, lunamq; adeò lucem à ſole quaſi cõmodato capere, de ipſis lunæ defectibus animaduertere quis poteſt. Id autem quî fiat, accipe. Sunt id temporis hæc luminaria ſibi ex aduerſo rectã ad lineam oppoſita, terræq; corpus inter ea medio quaſi loco pendet. Itaq; radij ſolares pro more ſuo penetrare quidem illi conantur, lunæq; globo ſplendorẽ impartiri: uerùm minimè ad illum pertingere poſſunt, propter interiectũ (ceu diximus) terræ corpus, quod iter ipſis obſtruit. Nec obijcere nobis hoc loco debes, quamobrem non fiat (ſiquidem ita res comparata ſit) lunæ defectus in qualibet ad rectam lineam oppoſitione. Nam hoc loco nõ ſatis idoneè reſponderi ad id poteſt, quod ipſum æqui boniq; facies. Etenim homines in hiſce diſciplinis exercitati tradunt, nodos quoſdam eclipticos (ſic enim appellant) in congreßibus, qui plenilunij tempore fiunt, nonnunquam permiſceri: eoq; modo ſolis ac lunæ defectus neceſſariò accidere. Nec enim ſolum corpus ſiue ſolis ſiue lunæ oppoſitionẽ hanc efficere poteſt, ſi nõ ibidem quoq; nodus quidã eclipticus reperiatur, uti iam indicauimus. Et propriè luna deficere dicitur. Qua enim luce ſolari ueſtita eſt, ea de cauſſa commemorata rurſus exuitur atq; ſpoliatur. In ſole non defectum, ſed obſcurationem appellare didicimus. Nec enim lux ſolaris umquam deficit, ſed quia coitus horum ſiderũ tẽpore lunare corpus, quod terræ uicinius eſt, medio ſe interijcit loco, radijsq; ſolaribus officit: aer ille ſupra nos caligine quadam inuoluitur, non demißis ad nos ullis radijs, qui terræ proxima luce ſua colluſtrarent.

Defectus lunæ.

Quòd

Ayuntamiento de Madrid

Quòd ſi etiam cognoſcere cupis inter alia, quî fiat, ut luna ſola primo in rerum exordio lucem nullã propriã conſequuta, commodato eam à ſole capiat: ſcire debes, nõ hoc propterea nouo quaſi quodã more factũ diuinitùs, quòd opifex & creator ille uniuerſitatis huius aliam lucem nullam haberet: ſed tum uti concinnitas & ordo quidam creatis inderetur, quemadmodum Damaſcenus ille Ioannes ait, qui ordo inter ſuperiorem & inferiorem conſiſteret: tum uti nos etiam erudiremur, debere nos inuicem alios cum alijs noſtra communicare, nec quidquam eorum, quæ fiunt, ſcrupuloſè perquirere, ſed in omnibus præclarè noſmet ſummittere. Præterea quiddam aliud quoq; nouum nobis luna deficiens indicat, quemadmodum uir diuinus Anaſtaſius tradit. Quemadmodum enim à tenebris illa occupatur, ob interiectam terram, quæ ab ea radios ſolares auertit: ſic etiam Eccleſia peccato interueniente tenebris inuoluitur, propter auerſionem ſolis illius intellectilis. Iccirco præclarè dictum à Paulo: Chriſti figuras omnia repræſentare. Lunam quidem Eccleſiæ referre imaginem, & conſimiliter ſolem hunc ſenſilem ſolis illius intellectilis, qui Chriſtus eſt, de uatis Abbacumi uerbis intelligas licet, qui ait: Sol eleuatus eſt, & luna ſtetit in ordine locoq; ſuo. Nam eccleſia, quemadmodum interpres horum uerborum magnus ille Cyrillus inquit, prius erat in confuſione, quum malos genios coleret. Verùm ubi deinceps intellectilis ille ſol in crucem eleuatus eſt, ſuum in ordinem rediit, ad Dominum conuerſa. Significare uoluit hoc ipſe Chriſtus, quum diceret: Quum ſublatus fuero, tunc omnes ad me traham. Et animaduertito, dilecte fili, non tam propter ea, quæ diximus, permittere Deum, ut ſol atq; luna deficiant: quàm ut hæc ſidera religioſè

Damaſcenus.

Anaſtaſius.

Cyrillus.

Cur ſolem lunamq; deficere uelit Deus.



Ayuntamiento de Madrid

colentum amentiam coarguat, & nos erudiat, ut eſſe omnia mutationibus obnoxia ſciamus. Quicquid autem mutationibus obnoxium eſt, numen eſſe nequit. Huiuſmodi quædam per ea, quæ ſideribus accidunt, homines rationis compotes docentur. Iccirco ſpectator ille Dei Moſes inquit: Conſtituit ea in ſigna, tempora, dies, annos. Prout enim uel hoc uel illo modo colorata oriuntur, aut turbidam, aut ſerenam aeris conſtitutionem fore notamus. Per ea conuerſiones anni temporum, ipſaq; tempora efficiuntur, nimirum, uer, æſtas, autumnus, hiems. Etenim ſol circulum illum, quem Zodiacum uocant, ſenſim percurrens, dum modò in Cancro fertur, modò in Libra, modò in Capricorno, uices illas anni temporum quatuor indicatas efficit. Per eadem & dies efficiuntur, & anni. Nam unà cum cælo ſol circumuectus, nocturnum diurnumq; ſpatium abſoluit. Idem itinere ſuo peculiariter abſoluto, déque ſigno ad ſignum commeans, anni ſpatium perficit. Annus enim aliud nihil eſt, quàm ab uno eodémque ſigno ad illud ipſum ſolis reuerſio. Hæc omnino religioſis hominibus ignota eſſe non debent. Nam de his ſapientia poteſtáſque Dei, quæ oratione neminis exponi poteſt, percipitur. Etenim quæ ſunt eius inadſpectabilia, quemadmodum Paulus ait, ea de mundi creatione, dum conſiderantur per opera, perſpiciuntur. Propterea damnabiles illos ait eſſe Maximus, quicumq; per cognitionem uniuerſitatis rerum ad cauſſam ipſius uniuerſitatis ſeſe quaſi manuducere nolunt. Quum autem dici audis, Conſtituit ea in ſigna & tempora: ſimul aduerte, quid à Baſilio tradatur. Nam in concione de ſex dierum operibus numero ſexta, huiuſmodi quædam de ſiderum obſeruatione profert. Obſeruationes

Quamobrē hæc cognoſcenda.

Baſilius de ſiderum obſeruationibus.

tiones

Ayuntamiento de Madrid

tiones luminarium ad uitam humanam ſunt neceſſariæ, niſi quis ultra modum & curioſius, quàm par ſit, eorum ſigna perquirat. Nam multa de tempeſtatibus pluuijs hinc cognoſcere licet, multa de ſiccitatum uentorúmque concitatione, uel particularium, uel uniuerſalium, uel uehementium, uel lenium. Nimirum ex ijs, quæ ſol oſtendere conſueuit, unum ab ipſo Domino traditur, quum ait: Tempeſtas erit, quia triſte rubet cælum. Quum enim exhalationes quædam cum caligine ſurſum tendunt, obſcurantur radij ſolis, ac ſol ipſe carbonis inſtar rutilãs ſanguiniq; conſimilis apparet, ſpeciem hanc in oculis efficiente aeris craßicie. Sic quoties luna caliginoſis ab humoribus circumdatur, uel aquæ pluuiæ copiam in aere, uel auſtri commotionem uehementem minatur. Solem quum areæ (quas uocant) ambiunt, accidentium quorundam aeris ſigna exiſtunt. Itidem uirgæ, quæ iridis colorem imitantes in nubibus rectæ conſpiciuntur, imbres ac tempeſtates immenſas, uel omnino mutationem aeris diuturnam protendunt. Multa præter hæc in augeſcente uel decreſcente luna obſeruarunt harum rerum ſtudioſi, de quibus colligi quædam indicia poſſunt: quòd cum eius ſideris formis aer quoque terræ uicinus commutetur. Nam ſi tenuis puráque ſit die tertio, ſerenitatem durabilem policetur: ſin uerſus extremitates craſſa & ſubrubeſcens, uel aquam è nubibus copioſam, uel auſtri concitatiorem flatum minatur. Ignorat autem nemo, quantum harum rerum indicatio uitæ humanæ utilitatis adferat. Nam & ij, qui nauigant, ad ſidera reſpicientes, rectum iter inſtituunt, eorumq; ſitus rationem habentes nauigium dirigunt. Quum enim ſic comparata ſit aquarum natura, nulla reſtent ut in eis ueſti-

Halo circa ſolem.

Reſpectus ſiderũ nautis neceſſarius.



Ayuntamiento de Madrid

gia, quibus animaduerſis itinera mari facientes citra dubitationem progrediantur: propterea Deus illis, qui ampla traijciunt maria, ſitum aſtrorum conceßit, tanquam marinarum ſemitarum ueſtigia. Ac de his quidem hæc ſanctorum patrum eſt ſententia. Verùm alij quidam dictum illud Moſaicum, quod indicatum à nobis eſt, enarrantes per ſiderum commiſtionem atq; diſtantiam uniuerſas res humanas adminiſtrari regiq; tradunt, proſperitatem & aduerſam fortunam indidem deducentes, adeoq; ſimpliciter omnia, quæcunq; ſingulos in dies uitæ mortalium accidunt. At noli tu committere, dilecte fili, ut huiuſmodi cogitationibus fidem habeas: niſi uelis ob eam cauſſam iniqua depræhendi ſidera, ſiquidem alios ſcortatores efficiunt, alios adulteros, alios homicidas & prædones. Quinetiam ante ipſa ſidera Deus eorum opifex iniquus reperiretur, qui gehennam ignis & tenebras extremas peccatoribus minatur. Non eſt autem hoc uerum, non eſt. Quippe ad imaginem Dei conditus homo, quum ſuimetipſius ſit compos, nec fato, nec ſideribus eſſe ſubiectus poteſt: quod ſi locum haberet, non Deus præter animi ſententiam peccantibus ignem atq; tenebras minatus fuiſſet. Et fieri ſanè conuicium Deo, quum quis exiſtimat per ſidera quoſdam homicidas effici, quoſdam raptores: ſummus ille Petrus, ad Fauſtũ ſcribens, te docebit. Nam de natalicio ſidere diſſerens, hæc inter alia profert: Equidem aſtrologiæ non ſum peritus, ut natiuitatem ex ipſa de natalicio ſidere ſcientia refellere poßim: uerùm alio quodam modo poſſum demonſtrare, res humanas à prouidentia gubernari. Nam quiſq; pro eorum, quæ agit, ratione uel honorem uel pœnam conſequetur. Quamobrem errant, qui natalicium ſidus introducunt, ipſum opificem

De aſtrologis.

Petrus ad Fauſtum.

Ayuntamiento de Madrid

opificem rerum omnium Deum conuicio quodam inceſſentes. Quibus in uerbis quod hic ſenex ait, conuicium in Deum eſſe, dicere cuncta natalicio ſideri eſſe ſubiecta, perquàm egregiè dicitur. Nam ſi omnia mortalium peccata ab aſtris oriuntur, aſtra uerò diuinitùs ordinata ſunt, ut ea efficiant, & omnium malorum ab ipſis origo proficiſcatur: reſtat omnium peccata ad Deum referri debere, qui nataliciam illam uim ſideribus indiderit. Huiuſmodi ſunt, quæ ſummus ille uir protulit. Præter hæc uide, quid magnus ille Baſilius in oratione ſexta, quæ eſt de luminaribus, dicat. Nam artem aſtrologicam in medium proferens, & quæ ſit eius methodus explorans, ad uerbum hoc modo loquitur: In hiſce ratiocinationibus magna ineſt ſtulticia, & maior etiam impietas. Quamobrem? quòd malefica noxiáq; ſidera prauitatis ſuæ cauſſam in auctorem ſuum transferant. Deinde ſi tam uirtuti, quàm uitijs conſentanearum actionum principia non ſunt in noſtra poteſtate, ſed à neceſsitatibus ſiderum nataliciorum pendent: ſuperuacanei ſunt legumlatores, qui agenda fugiendáque nobis definiunt. Nullum eſt enim uel furis delictum, uel homicidæ, ſi ne uolens quidem continere manum poterat. Sed non eſt hoc uerum, non eſt. Quippe ſuæ ſpontis eſt homo, quum ad imaginem Dei ſit factus: quo fit, ut neque natiuitati certæ, neque ſideribus ſubiectus ſit. Quinetiam quoquo modo delinquentibus fato quodam, ut diximus, æquum eſſet ignoſcere, non adhibere uerbera, quemadmodum Chryſoſtomus ait. Nam in orationibus, quas habuit de Fato, huiuſmodi quædam tradit; Iis, qui neceſsitate coguntur, ignoſcere ſolemus. Etenim ſi quis à malo genio uexatus uel tunicam noſtram lacerauerit, uel nos

Baſilij locus.

Chryſoſtomi locus.



Ayuntamiento de Madrid

uerberibus adfecerit, non modò non punimus eum: ſed etiam miſeramur, ueniamq́; largimur. Quamobrem iſtuc? quia non electionis, ſed mali genij uis ea deſignauit. Quo fit, ut ſi quidem alia quoq; delicta de neceſsitatę fati prouenirent, ignoſcendum eis omnino foret. Nam ſi neceßitas res noſtras constrictas tenet, quamobrem ſeruum tuum aliquid ſuffuratum uerberas? quamobrem adulterij ream uxorem in ius rapis? quamobrem turpia deſignans pudore adficeris? De his perſpici facilè poteſt, neque fatum, neque fortunam, neque natiuitatem, neque curſum ſiderum res noſtras gubernare. Nam ſi hoc largiamur, quid porrò neceſſe fuerit adhibere labores atque ſudores, ut à uitijs immunes ſimus? Siquidem fato decretum eſt, fore aliquem malum: etiamſi moleſtias infinitas ſuſcipiat, malus erit. Vel potius dici malus nequaquã debet, qui à neceßitate ad hoc impellitur. Quòd ſi etiam bona ualetudo atque morbi à fato pendent, ſuperuacaneæ ſunt opum impenſæ, ſuperuacanea medicorum acceßio, ſuperuacanea denique uictus ratio, quam morbo aliquo laborantes accuratè ſeruant. At quum hæc ſuperuacanea non ſint, (quo enim pacto id dici poßit? quum magnam ex his utilitatem percipi conſpiciamus) iacet hæc de Fato fabula, iacet omnis de natalicio ſidere oratio. Non enim homines ulli neceßitati ſubiecti ſumus, ſed potius electionis libertate ac uoluntatis arbitrio diuinitus ornati. Nam ſi non eſt ſuæ ſpontis atque iuris homo, reſtat eum ne quidem ad imaginem Dei creatum eſſe. Quo enim pacto ſimulacrum naturæ illius imperatricis eſſe poßit, ſi hac in parte diſcrepet ab exemplari principe? Quippe conueniebat atque par erat, ut id, quod per omnia conformatum ad ſimilitudinem numinis eſſet, quemad-

G. Nyſſenu.

Ayuntamiento de Madrid

quemadmodum Nyſſenus antiſtes ait, in natura ſua poteſtatem agendi arbitratu ſuo haberet, imperioq; nemini paréret. Itaq; multis probatum, minimè nos alicuius natalicij ſideris, quæ complurium eſt opinio, neceßitate ligari. Nam ceteroqui nulla re nos ratione ornati à brutis animalibus differremus, quorum eſt arbitratu alieno, quò uiſum alteri fuerit, duci: quum rationis atque mentis particeps natura, ſi libertatem uoluntatis amittat, etiam beneficio facultatis intelligentis ſpolietur. Quis enim mentis uſus ei fuerit, ſi à fati neceßitate ducatur, & ab ea quaſi protrudatur & impellatur ad actiones? Ac de his quidem hactenus. Tu uerò, dilecte fili, ſi quando etiam uideris infantem uitiatum ex aluo matris egredi, qui uel biceps, uel quadrupes ſit, quemadmodum Mauricio imperante accidit: noli exiſtimare, non bonis ſiderum adſpectibus eiuſmodi conformari, quemadmodum exiſtimauit olim Hermes ille, qui magno eſt apud Græcos in honore. Potius magno Athanaſio, & Ioanni Chryſoſtomo, ceteriſq; patribus fidẽ habe, qui de homine à natiuitate cæco, & altero à natiuitate claudo differẽtes, cauſſam harũ rerum ad effectricem uitæ naturã ipſam referunt, non cõtrarios quoſdam ſiderũ ſitus. Et eſſe naturã horum cauſſam, perſpicuum eſt maximè. Nam omnia ſua quadam ratione facere conſueuit, quemadmodũ magnus ille Baſilius ait, & * * * ueluti gallinæ, hoc ipſum clarè teſtantur. Videmus enim nõnunquã ex ouis prouenire pullos cũ alis quatuor, itemq; pullos quadrupedes. Eius rei cauſſam quotquot ignorãt, admiratione maxima percelluntur: idemq; non rarò etiã uiris à ratione nõ deſtitutis uſuuenit. Hoc modo uidere nõnunquã eſt ſerpentẽ bicipitẽ, aliaq; talia, plena ſanè admirationis: quorũ tu cauſſa

Partus monſtroſi nũ ab aſtris efficiantur.



Ayuntamiento de Madrid

perturbari nolito, neque noxiorum ſiderum radios heic excogites. Sine uanis illi opinionibus deſipiant. Nam horum omnium perſpicua cauſſa eſt. Quòd ſi neq; gemelli, neq; trini fetus uno partu ſimul ederentur: dici aliquid abs te poſſet. At quum modò non cottidie uideas id fieri, nihil omnino nouum eſt, ſi gemelli conglutinati, ac non ſeiuncti nonnumquam ex aluo materna prodeunt. Ceterùm aliquid præuidere, deq; ſignis quibuſdam id, quod futurum ſit obſcuriuſculè coniectari nos poſſe: citra contradictionem omnem fatemur. Nam in rebus adeò manifeſtis reſiſtere diu ſanè nequeamus. Quamquam enim homo in paradiſo peccauit, quamquam conceſſum ſibi uaticinandi munus atque beneficium amiſit: non tamen Deus ille miſericors eum prorſus ſimilem euadere brutis iumentis permiſit. Quo fit, ut ſigna quædam ei ſuppeditet, de quibus interdum futura proſpiciat, eoq; pacto ſecuritati ſuæ conſulat. Quid multis uerbis opus eſt? qui conſpiciuntur in aere cometæ, naturali quidem illi ratione modoq; oriuntur: ſed interim uel regum, uel aliarũ illuſtrium perſonarum interitus denuntiãt, quemadmodum magnus ille, cæleſtiumq; rerum interpres Baſilius inquit. Interdum uel æſtus, uel uentos ſubſequuturos indicãt. Et uidẽtur quidẽ eſſe ſidera, uerùm nõ ſunt. Quî enim eſſe ſidera poßint? quum oriãtur quidem, ſed non durabiliter maneant. Nam materie, de qua cometes exſtitit, per ignem abſumta: neceſſariò & ipſe extinctus dißipatur. Animaduerte autem ortum ipſorum, cuiuſmodi ſit, et unde principium habeat. Exiſtunt cometæ de fumoſa & ſicca exhalatione, quæ exhalatio propter leuitatẽ ſuam ad lunam uſq; ſubuehitur, & natura quidẽ eſſentiaq; ſua fumus eſt, uerùm uim flammæ continet. Quo fit, ut Ariſtoteles eam fomitẽ uocet, hoc

Poſſe aliqua prædici.

Quid cometæ portendant.

Cometarũ ortus.



Ayuntamiento de Madrid

eſt, ignem remiſſum. Quippe fumus eſt calidus quidē ille, non tamen ignis ui ſua & efficaciter agens. Accidit autem deinceps, ut agitata cum hoc uniuerſo accendatur. Et interdiu quidem ob ſplendorem ſolis haud cōſpicitur, noctu uerò apparet. Poſteaquàm fomitis illius pars aliqua propter motum accenſa deflagrauerit, ſi alias eſſentias ad inflammationem idoneas non conſequatur, citius extinguitur: ſin ipſo in motu ad craſſam quamdam materiem feratur, magis inualeſcit & augetur. Vnde fit, ut huiuſmodi materies accēſa penitus, capra cometesq́; uocetur. Quippe dum ſcintillat, comam quaſi quamdā habere prolixam uidetur, uelutiq́; lanis caprarum in morē onuſta eſſe: quæ ipſa ratio eſt, quamobrem cometes, hoc eſt, crinitum ſidus appelletur. Et durat interdum diebus compluribus, nimirum materie ſubiecta diuturnam ad inflammationem ſufficiente. De cauſſa eadem & ignis oritur ille, qui noctibus ſerenis è cælo labi uidetur, & quem nōnulli rudiores eſſe cæleſte ſidus exiſtimant: quum homines in hiſce diſciplinis exercitati ſpeciem eiuſmodi Traiectionem nuncupent. Diattontes. Quum enim illud, quod ex motu eſt accenſum, in materies igni concipiendo idoneas inciderit, & deinde flamma de una ad aliam materiem lata, longius ſeſe diderit ignis, ad haſtæ formam extenſus: fit hoc, quod Traiectionē uocant. Conſueuimus enim uiſis eiuſmodi pro ratione formarum, quibus conſpiciuntur, appellationes indere. Quapropter hæc uti diximus, in cælo collocauit Deus, ut ſigna nobis eſſent, de quibus haud uulgares muniendi noſtri rationes colligeremus. Nam adſpice mihi nubes, quæ quum interdum lanarum uelleribus conſimiles cernuntur, plerumq; tempeſtates pluuias denuntiant. Atq; etiam iris, arcus nimirum ille, quem in cælo conſpicimus, nō ſimpliciter, neq; Iridis prognoſtica.

c 5 fortuitò

Ayuntamiento de Madrid

ſortuitò noſtris ſemet oculis offert:ſed pluuia tẽpeſtate cõ ſpecta, ſerenitatẽ fert ſecum: ſerena, pluuiã deſignat. Hæc

Quid Iris. enim Deus in ſigna cõſtituit. Et caret iris eſſentia peculiari ſua, ſolumq́; ſpecies quædã eſt imaginaria cernentis adſpectus, orta de ſole, in nubes partium diuerſarum inciden

Halo lunæ. te. Itidem lunam ambiens area ſpecie tenus exiſtit, quum reapſe nihil ſit, deq́; adſpectus refractione oriatur.

## DE IGNE FVLGVRIS.

Quare fulgur nõ urat. AT uerò fulguris ignis eſſentia peculiari nõ caret, tametſi uim urendi non habeat. Etenim eius natura partiũ eſt ſubtiliũ, & corpora celeriter præterit. Quo fit, ut ea nec urat, nec denigret. Quamquã enim huiuſmodi fulmẽ ignis eſt, & à natura ui præditũ eſt urendi: tamẽ eius ſubtilitas, & præterea celeritas, nõ diu corpo

Preſter. ribus inhærens, illæſa relinquit. Preſter uerò, ſicut ipſum etiã nomẽ indicat, adurit ea corpora, quæ attigerit. Et adurit propterea, quòd ſecum trahat è nube materiẽ quamdã craſsiorẽ, eamq́; inflammet. Preſterẽ ipſum uentus præcedit. patet hoc inde, quòd ea, quæ conflagratura ſunt, prius à uento conuellantur. Quippe flatus ille preſteris quum ſulphureus ſit, uerberãdi ac perrumpendi uim habet. Itaq;

Fulmen duplex. fulmen, fili, hoc eſt, ignẽ illum fulguris, uel per nubium colliſionem fieri putato: uel per expreſsionem, quũ nimirum eſſentia quædã ignea in nubes incidit, ac per uim inde rurſus excernitur, quaſiq́; ab ipſa nube protruditur & impel

ἐκπυρηνισμός. litur. Nam ecpyreniſmus eſt quædã quaſi eiaculatio, per cõpreſsionẽ facta: quẽadmodũ nos quoq; oliuarũ oſsicula digitis comprimẽtes uel ſurſum uel deorſum eiaculamur. Tale quiddam eſt fulmen, quod per ecpyreniſmũ fit, quũ præſertim inferior nubis craſsicies de loco ſuperiore con-

denſata,

Ayuntamiento de Madrid

denſata, irruentem in ſe ſubſtantiam penetrare, ſuumq; ad locum tendere non ſinit. Tunc enim à nube, quemadmodū indicauimus, compreſſa & impulſa, deorſum uergere per uim cogitur. Alterum uerò fulmen gignitur, colliſis inter ſe nubibus, eaq; de cauſſa perruptis. Nā ea perruptio fulmen efficit, nube per uim conuulſa. Simul utre quaſi quodam rupto, pluuia delabitur. ſtrepitus ipſe perruptionis tonitru efficit. Et nubem quidem perrumpi neceſſe eſt, ut ita fulgur conſpiciatur: nos uerò prius ignem percipimus. Eius rei cauſſa eſt, aurium & oculorum ſtructura. Nam oculi noſtri citra mediū ullum cum aere iuncti, citius rem uiſilem præhendunt. At meatus ille tortuoſus cochleæq; conſimilis, quo ſeptæ ſunt aures, tardè ſonum admittit. Et opifex noſter Deus hunc ipſum inſtar cochleæ tortuoſum condidit, ne per illabentes ſubitò ſiue ſtrepitus, ſiue frigidum aera cerebrum noſtrū grauiter læderetur. Iam ſi fulmen è nube ſicciſſima erumpat, punicei coloris eſt, & natura uehemēter urens: ſin ex humidiori nube, colorem album habet, ac minus urit. Sic ergo, quemadmodum expoſuimus hactenus, ſidera tam non errantia, quàm erratica rerum opifex atq; dominus in ſigna temporaq; conſtituit. Ea uerò poteſtatem abſolutam in actiones noſtras habere, uirtutemq; nobis aut uitiū indere, nemo umquam rationis compos dixerit, ſiquidem Deū per uatem loqui audierit: Si uolueritis, et obtemperaueritis mihi, bonis terræ ueſcemini. Quū enim ait, Si uolueritis: manifeſtò declarat, unūquemque noſtrûm liberum eſſe, ſimulq; ſingulos eſſe ſic à natura comparatos, ſuarum ut actionum ipſi ſint domini.

Oculi effectio celerior, quàm auris.

## DE SOLE, TERRAMNE SVBtercurrat, an non.

PRæter indicata uerò, dilecte fili, hoc etiam ſcire debes:

Ayuntamiento de Madrid

bes: eos qui ſolem dicant non inferius terram poſt occaſum ſuum ſubtercurrere, ſed obliquo itinere ad ortum peruenire, indeq; rurſum pergere ad colluſtrandam terram, mea quidē ſententia uiris prudentibus parum probabilia tradere iudicādos eſſe: niſi fortè certo quodā conſilio talia proferant. Nam ſi nihil aliud eſt nox, quàm umbra terræ, quæ exiſtit ſole terram ſubtercurrēte, quemadmodum Ioannes ille Damaſcenus inquit: quo fieri pacto poterit, ut alta nox diem excipiat, ſole (de ipſorum quidē ſententia) quamproximè à nobis ſeſe cōuertente, quocum eſſe coniunctū oportet, ut ad nos radij pertingant, terræq; uicinas partes colluſtrent? Quòd ſi huic orationi fidē non habes, rebus ipſis perſuaderi te patitor. In inſula Britānia dies horarum XVIII ſpatium continet, quum nox plures quàm VI horas non habeat. Neq; tantùm ſex horarū eſt, ſed etiam caligo eius non admodum eſt profunda: nimirum eiuſmodi, quale quiddā nos crepuſculum dicimus. Nam pertingūt ad eos radij ſolis. Quamobrem? quia per ipſas etiam noctes ſol ab eis quamproximè circumagitur, propterea quòd exigua pars eius ſub terram demergatur. Britannorum quidem ij, quotquot oculorum acumine ualent, per noctem accuratè cernunt, ac tantùm non omnia ſuis oculis comprehendunt. De quo uelim diſcas, quòd ſi ſol in climate noſtro non ſub terra curſum ſuum perficeret, ſed itidē ut iſtic, quamproximè apud nos circumuolueretur: nox reapſe non nox foret, nec eius tenebræ admodum profundæ, ſed eiuſmodi, quales iam antè ſignificauimus: nimirum terra nō officiente radijs ſolaribus, nec eos obſtruente. Nox enim aliud nihil eſt, quemadmodū & magnus ille Baſilius ait, quàm terræ obumbratio. Quapropter ſi ſol terram nō ſubtercurreret, ſed proximè alicubi

Dies & noctes Britannicæ.



Ayuntamiento de Madrid

cubi circumagitaretur, ſicuti ſuperius aiebamus: fieri nequaquam poſſet, ut noctem profundam haberemus. Et uerò quid opus eſt multa commemorare, ſingulaq́; recenſere? Quum globoſa ſit terra, & in uniuerſi medio quaſi ſuſpenſa hæreat: apud alios aliter ſol oritur & óccidit. Eadem de cauſſa nonnullis æqualia dierum atq; noctium efficit ſpatia, nõnullis inæqualia. Neq; mirum tibi ſit, apud Britannos noctem VI horarum eſſe, quando apud alios, quibus eam ad ſublimitatem uel auſtralis uel aquilonalis polus eſt eleuatus, ut alterum omnino ſupra uerticem habeant: apud hos ergo propter ſolis in circulum cõuerſionem tota regio tenebras perpetuas habet, et anniuerſarius orbis ille conſimiliter in diem noctemq́; ſic diuiditur, ut diem quidem ſex menſium, totidemq́; menſium noctem habeant. Ac de his quidem hoc modo dictum eſto. Non ignoro autem, dilecte fili, te de hoc etiam præter alia ſollicitè perquiſiturum. Quamobrem, inquies, toto triduo quidem diffuſa lux erat illa primigenia, quarto autem die diuiſa eſt in luminaria, nimirum ſolem, lunam, reliqua ſidera? Nolim equidem nimis te curioſè ſacrarum litterarum uerba examinare, quando hac in parte ſtudio diſcendi tuo prorſus ſatisfacere non poſſumus. Scito tamen, condidiſſe quidem initio Deum lucem illã puram & expertem materiei craſſæ, uerùm non ipſum diſcum: ut inde diſcamus, quorum operum ipſe ſit effector, eoq́; percepto præſtantiſsimum illum artificem tanto magis admiremur. Nam ex magnitudine pulcritudineq́; creatorum tum ſapiẽtia, tum poteſtas opificis perſpicitur. Eiuſmodi uerò lucẽ deinceps in diſcos collocat, ut promanantes inde radios per diſcum nonnihil uelut obſcuratos uſui noſtro idoneos atq; conuenientes redderet. Nam de Theodoriti ſententia, quũ oculis

prædita

Ayuntamiento de Madrid

prædita ſint animalia, lucem illam alteram ferre non potuiſſent. Habes expoſitionem de ipſa petitam hiſtoria. Quòd ſi uerba Moſaica ſublimius etiam intelligere uis, ut diſcas, quamobrem lux illa triduo diffuſa fuerit ubiq;, at deinceps in luminaria quaſi recondita: diuinũ illum Anaſtaſium habes, qui per allegorias hæc in hunc modum declarat. Lux illa præcedẽtium trium dierum, de qua litteræ ſacræ his uerbis loquuntur, Dixit Deus, Exiſtat lux, & exſtitit lux: hæc igitur per omnem rerum uniuerſitatem explicata, Trinitatis illius increatæ lucem nobis repræſentat, nuſquam non locorum penetrantem, uti quæ nullis ſit finibus circumſcripta. Poſteaquàm uerò caliginoſo quidem prius, at deinceps propter unionem lucido imponebatur diſco: Chriſti adminiſtrationẽ in carne nobis quaſi delineabat. Nam ille nos ob peccatũ caliginoſos per unionem illam perſonalem colluſtrauit. Ac prius quidem per unicam lucem uniuerſum hoc illuminabatur, uerùm die quarto trina luce cũcta perfundebãtur: nimirum poſtquã ſol ille noſter Chriſtus exortus eſt. Nam lumen illud unicum, diuinitatis uno cuncta compræhendentis imperio ſimulacrum erat: & hæc trina lux, itidẽ trium perſonarum erat figura. Sol autem iſte intelligitur, de quo Solomo dicit: Exoritur ſol (hoc eſt, Chriſtus) ſupra terram, & occidit ſol, (hoc eſt, in ſepulcrum ſeſe confert) rurſumq; ſuum ad locum redit, nimirum ad patrem. Ab eodem ſole lux lunæ ſuppeditatur, quia per Chriſtum, ſolem illum intellectilem, tã eccleſia, quàm omnes homines ſancti colluſtrantur. Quippe de ipſius plenitudine, ſicut ille ait, omnes ſumſimus. En habes & quarti diei opera, quamquam non pro uoto deſiderioq; tuo, propter imbecillitatem uidelicet noſtram.

Anaſtaſij allegoriæ.



Ayuntamiento de Madrid

## QVAE DIE QVINTO CONdita fuerint.

Die quinto Deus piſces marinos & aerias aues in ortũ producit. Heic primùm operæ fuerit pretium inquiri, quamobrem piſces ab aqua deſtituti pereant? propterea, quòd reſpirationem nullã habẽt, qua hunc aera poßint attrahere. Nimirum quod terreſtribus eſt aer, hoc natatilibus eſt aqua. Cauſſa ipſa perſpicua eſt. In nobis exiſtit pulmo, uiſcus rarum, multisq́; meatibus peruium, quod per diductionem thoracis aera recipit, internumq́; calorem in nobis hoc modo tum excitat, tum refrigerat. In ipſis branchiarũ diductio complicatioq́;, tam recipientium quàm emittentium aquam, uicem reſpirationis explet. Hoc etiam diſcito, piſcem nullum eſſe, qui ex ſemiſſe dentibus ſit munitus, inſtar bouis & ouium. Nihil enim apud ipſos reperitur, quod ruminet: excepto ſcaro, ſicuti quidam memoriæ prodiderunt. Nimirũ omnes acutißimos dentes, eosq́; denſos admodum habent, ne propter maſticationem diuturnam alimentum ipſis diflueret atq; periret. Niſi enim celeriter comminutum in uentrem demitteretur, in ipſa comminutione per aquam dilaberetur. Quòd ſi etiam rogas, quamobrem piſces per Propontidem in Euxinum fluxus cuiuſdam inſtar ferantur: tantum non ipſimet clamãt, magnum hoc iter ſe perpetuandi generis ſui cauſſa ſuſcipere. A ratione quidẽ deſtituuntur, ſed habent legem naturalem, firmiter inſitam, agendaq́; commonſtrantem. Abibimus, aiunt, ad mare illud aquilonale, cuius aqua reliquo mari dulcior eſt. Quippe ſol exiguum ad tempus in eo commorans, omnem aquam potabilem non exhaurit. Et delectãtur etiam marina dulcibus. quo fit, ut ſæpenumero fluuios natando conſcendant, lon-

Extra ſuum elementum piſces mori.

Piſcium dentes.

Scarus inter piſces ſolus ruminat.

Cur piſces Euxinum agminatim petant.



Ayuntamiento de Madrid

goq; à mari ſpatio prouehantur. Ideoq; Pontus ipſis eſt gratior quaſi quidam ſinus, ad proferendos educandoſq; fetus inprimis idoneus. Hoc etiam inter alia magnus ille Baſilius tradit. Ex quodam, inquit, homine maritimo cognoui, echinum aquatilem, perexiguum ac nullius omnino momenti animal, ſæpenumero nauigantes de tranquillitate uel tempeſtate ſequutura monere. Nam quum procellam à uento imminere proſpicit, lapillum ſubit, & cum eo tamquam ancora quadam firma fluctuat, ſubnixus eius pondere, ne facilè à fluctibus abripiatur. Hoc ſigno conſpecto nautæ, exſpectandam ſciunt uehemētem uentorum impetum. Itidē ſi loligo ſiue Teuthis appareat, tempeſtatis eſt indicium. Etenim piſcis eſt exiguus, habens læuem carnis ſuperficiem, qua de cauſſa quoq; malacium, à mollicie, nuncupatur. Quumq; nudus omnino ſit, et à re nulla tegatur, non teſta, nec cute: tempeſtatem eo citius præſentiſcit, quo facilius adficitur. Itaq; ſubſultat, eoq; pacto frigus & maris in imo perturbationem uitat. Quapropter nautæ piſciculū hunc innatantem mari conſpicientes, tempeſtatem portendi animaduertunt. Iidem ſi polypum uideant ſaxo adhæreſcere, de uentorū motu præſagium colligunt. Nam Deus facultates quaſdam futura proſpiciēdi animalibus ad uitæ ipſorum conſeruationem inſeuit. Sunt etiam inter marinas beſtias quædam metuendæ, præſertim paſtinacæ marinæ ſtimulus, etiam mortuæ: ſicut & lepus marinus celerem homini & ineuitabilem interitum adfert. Præterea piſcibus ſalacitatem tribui ſcire debes. Nā Cephalus femina litori alligata facit, ut mares æſtuantes eò coeant, feminæq; uelut adſultent. Canis autem marinus ſi ſtrepitum quemdam ſentiat, catellos ſuos in ſinu occultat proprio, ac deinceps eos uiciſſim educit. Adſpice

Baſilius de Echino aquatili.

De Teuthide ſiue loligine.

De polypode.

Cephali ſalacitas.

Canis marinus.



Ayuntamiento de Madrid

autem mihi quæſo puſilli ac debilis animalis ſapientiam atq; uerſutiam. Cancer oſtrei carnē appetit, ſed ipſa præda potiri propter indumētum teſtæ difficulter poteſt. Nā teneram carnem quodā quaſi ſepio natura non facilè frangendo muniijt. ideoq; ſolemus hoc animal oſtracodermū; quaſi teſtacea cute præditū, appellare. Quumq; duæ concauitates accuratè ſibi inuicem iunctæ oſtreum ipſum complectantur, neceſſariò chelæ cancri nihil efficere poſſunt. Quid ergo molitur? Quum oſtreum in locis uento nō expoſitis cū uoluptate percaleſcere, ſuasq; plicas ad radios ſolis aperire uidet: tum uerò clanculū iniecto calculo, quo minus eas rurſum claudat, impedit: quodq; uiribus nequit, ſollertia quadam perficere depræhenditur. Ea uerſutia eſt animaliū, quæ neq; rationis, neq; uocis uſum habēt.

De cancro & oſtreo.

Norunt ceti præſcriptum à natura ſibi locum, in quo degant. Nam mare, quod extra loca mortalibus inhabitata ſeſe protēdit, extraq; inſulas ſitum eſt, occupant: ubi nulla reſtat ulterius terra continens, quæ fluitationi eorū ſit impedimento. Nec ulla uel hiſtoria, uel uſus nauigantes impellit, ut aliquid aduerſus ea moliantur. Hoc igitur mare conſequuti ceti, magnitudine ſua uel maximis montibus conſimiles, ut aiunt, qui eos uiderūt: ſuos intra limites manent, neq; maritimas ad urbes accedunt, ſed in priſcis illis attributi ſibi maris partibus hærent. Inter ceteros autem cetos eſt is, qui Prion appellatur. Hic ſi nauim cernat uela pandere, hoc ipſum imitatur. Alius item cetus eſt, cui nomen Aſpidochelone, qui ſi eſuriat, os pandit, de quo quum fragrans quidam odor exeat, piſciculi minores ingrediuntur, eoq; pacto beſtia ſatiatur. Eiuſmodi quiddam in hominibus etiam maloq; genio uidemus uſuuenire. Nam hic nos numquam nō conſectatur, uariiſq; modis in errorem

De cetis.

Prion, ceti ſpecies.

Aſpidochelone, ſpecies alia.

Aſpidochelone imago Diaboli.

d abductos

Ayuntamiento de Madrid

abductos circumſcribit, illos præſertim, qui animis nonnihil puſilli ſunt. Deuorat enim hos, per uitæ delicias atq; uoluptates ineſcatos, quamquam deuorando numquam ſatietur. Sunt & plura cetorum genera, Phocæ, Balænæ, Delphines, Zygænæ ſiue Libellæ, aliaq́; talia, de quibus hoc è ſacris litteris dictum accipiendum eſt: Creauit Deus ingentes cetos, ſeorſum præſcriptis in locis degentes, ut ne quis in eos incidens læderetur. Creauit inquam Deus ingentes cetos. quibus in uerbis non iccirco putabis ingentes dici, quia ſquilla & halece maiores ſint: ſed quia propter molem corporum maximis mõtibus comparari poſſint. Quinetiam ſæpenumero ſpeciem inſularum exhibẽt, quoties in aquæ ſumma ſuperficie natãt. Tales quum ſint, non ſecundum litora hærent, ſed in Atlantico mari degũt. Atque hæc animalia nobis ad metum terroremq́; condita ſunt. Iam uerò quum audis, magna nauigia, quæ uelis expanſis uento ſecundo ferantur, à minuto piſciculo Echeneide tam facili mómento ſiſti, magnum ad temporis ſpatium ut immotam detineant nauim, uelut ipſo in mari radicibus actis defixam: non etiam in animali exiguo potentiam opificis depræhẽdis? Nimirum ex omnibus, tam magnis, quàm puſillis, argumenta de Creatoris poteſtate tibi ſumenda ſunt.

Cur ingentes ceti dicantur.

Echeneis ſiue remora.

## DE TORPEDINE.

QVid'nam obſecro manibus eorum accidit, qui è mari piſcando uictum quærunt, ſi quandó funiculis uas piſcatoriũ attrahunt, quo Torpedo contineatur? Eam ſortitus eſt aer naturã peculiariter, uti quã facillimè adficiatur. Nã & ſonis peruius eſt, et pellucidus, et odoratu penetratur, nulla re intermedia quidquã impedimenti obijciente. Quo fit, ut multarũ tam adfectionum,

Aer facilè adficitur.

quàm

Ayuntamiento de Madrid

quàm effectionum cauſſa ſit. An non enim oculorum morbo laborãtes plerumq; ſe intuentes morbi participes reddunt? Quapropter & Torpedo per aera, quem intra ſe continet, adficere poteſt accedẽtes propiùs, licet eam non attrectent. Nec mirum hoc uideri debet. Nam magnes, quẽ lapidem Herculeum uocant, etiamſi quodã interuallo abſit à ferro: tamen uidemus efficacitatem lapidis per ipſum intermedium aera ſeſe porrigere. Quinetiam amatoria palmæ arboris adfectio, quòd nimirum femina ſpatio quodam loci diiuncta, nihilo minus ramos ſuos mari ſummittat, deindeq; rurſum rectam ad formam redeat, quaſi potita fructu coniunctionis, cuius aures admiratione non replet? Non igitur abſurdum, etiam Torpedinem piſcatores lædere. Quî præterea fit, ut alij quidem piſces in Ponto degere conſueuerint aliquamdiu, Polypus autem ſinum illum aquilonalem refugiat? Quòd piſces nonnulli refrigeratione indigeant, quotquot ſcilicet potabiles aquas petunt: nonnulli calorem expetant, & ad mare confugiant. hoc enim ceteris aquis eſt calidius. Itaq; Polypus mari Põtico infenſus eſt. quippe frigidius eſt mare iſtud aquilonale, reliquisq; multo dulcius, uti quod à multis atq; magnis amnibus irruẽtibus diluatur. Frigus aũt ac dulcedo aquæ, polypo ſunt ingrata. Quod uti probem, argumẽto idoneo ſatis utar. Vbi ſaxũ aliquod complexus eſt polypus, ſic illi adhæret, ut auelli nequeat. Iccirco piſcatores periti dulcẽ aquã adfundũt ſaxo, quo facto quod expetebãt conſequũtur, & polypus uel inuitus naturã ſuã relinquit. Idẽ Polypus eſuriẽs capillos ſuos deuorat, quorum loco alij naſcũtur. Hoc etiã ſcire debes, loligines atq; polypos atramentũ habere, uerùm (ut Ariſtoteles ait) in naſo: quum ad uentrem ſepia maiorem eius copiam habeat. Nec enim quid-

Magnes.

Palma, arbor amatoria.

Cur Polypus abſtineat à Ponto.

Quî auellatur à ſaxo polypus.

Qui piſces atramẽtum habeant.



Ayuntamiento de Madrid

quam opis alterius habet, ut polypus mutationem coloris. Nam is unà cum ſaxo, ad quod capillos applicat, colorem quoq; mutat ſuũ, excepto colore albo. Sunt enim hæc animalia ſanguinis expertia, qua de cauſſa ſequitur eſſe frigida formidiniſq; plena. Nam uti nõnullis metu perculſis aluus turbari ſolet, nonnullis ueſicæ excrementum effluit: ſic & his accidit neceſſariò propter metum, ut atramentũ emittant. Qua quidem in re natura excremento ſimul & ad ſalutem animalis, & ad opem utitur. Sunt autẽ omnia ſanguinis expertia perquàm exiguo nutrimento cõtenta, non tam quia parua ſunt, quàm quia frigida. Nam calor & concoquit facilè nutrimentũ, & citò alterius eget: quũ frigiditas parum alimenti requirat. Iccirco cicadæ parum paſtus expetũt, uti quæ ceteris animalibus natura ſint frigidiores: eaq; de cauſſa æſtiuo tempore quaſi uiuificatæ, cantum ſuum occipiunt. Et ſatis eis alimenti ſuppetit ipſa corporis humiditas, quam à natura habent: ſicut & animalculis illis Ephemeris accidit, quæ in Ponto naſcuntur: uno excepto, quòd hæc unius diei tempus uiuẽdo expleãt, ideoq; nomen iſtud conſequuta ſint, illæ diuturniori uita fruantur. Teſta molli munita dicuntur, cancri, carabi, aſtaci ſiue Gammari, carides ſiue ſquillæ. Eadem, ſi ſquillam excipias, chelis prædita ſunt: non ambulationis cauſſa, ſed prehenſionis. qua de cauſſa chelas dextras maiores habent. Nam dextris partibus uti animalia magis conſueuerunt. De his uates ille Dauides ait: Semitas marium permeant. Sepiæ, loligines, polypi, pedes ſinguli octonos habent, & maximos horum polypus. Etiam ora diuerſa piſces habent. Nã alijs os aduerſum eſt, & anteriori à parte: quum alijs ſit ſupinum, cuius generis delphini ſunt, & cartilaginatæ. Propterea ſupini nutrimentum capiunt.

Animalia meticuloſa.

Cicadæ ἄτροφοι.

μαλακόςρακα.

Oris diuerſitas in piſcibus.

Teſtes

Ayuntamiento de Madrid

Teſtes piſcium nullus habet, nec intus, nec foris: ut eiſdem animalia cetera quoq; carent, quæcumq; à pedibus deſtituũtur, et inter alia ſerpẽtes. Delphini, Balænæ, et omnia, quæ cetacei ſunt generis, branchias nullas habent, ſed eius loco tibiam quaſi quamdã, uti pulmone prædita. Quippe non reſpirantibus utiles ſunt branchiæ, quas ut piſcis aliquis habeat, ſimulq́; reſpiratione utatur, fieri nullo modo poteſt. Et ſunt ſanè cetacei piſces modo quodam & terreſtres, & aquatiles beſtiæ. Terreſtres, quòd aera recipiant: aquatiles, quòd pedibus careant, & alimentũ ſuum ex humido ſumãt. Qui cute molles ſunt, uerbi gratia, loligines, ſepiæ, & alij tales, toti ſunt carnei atq; molles. Nihil enim oſſeum ac terrenum alicubi abditum habent. Vt autẽ corpus eorum non facilè ſit obnoxium interitui, quod carneis uſuuenire ſolet, miſtam cum carne naturam nerueam habẽt. Sunt enim molles, inſtar carnis: & tendi nihilominus inſtar nerui poſſunt. Hoc etiam de piſcibus tibi cognoſcendum eſt, quòd mas & femina ſeorſum natent. Nec inter ſe conſueſcunt, ſed abſq; coitu de aqua flatuq; uenti gignuntur. Qua quidẽ re ſpiritualis illa noſtra & coitus expers generatio, de aqua & ſpiritu, exprimitur, quemadmodũ Anaſtaſius inquit. Ne hoc quidem obiter præterire debes. Serpens terreſtris ad litus accedens ſibilum edit, quo murænam inuitat. Hoc audito muræna, mox accedit, ac ſerpente terreſtri uenenum prius exſpuente, mutuos in complexus ueniunt, ſecundũ quos uterq; ad ſua ſe cõferunt. De quo exemplo perſpicuè poteſt intelligi, etiã ſerpẽtem illũ intellectilem ſibilo quodã, & ineſcatione, probæq; indolis & boni cõſilij ſimulatione mortales allicere, proq; arbitratu et libidine ſua cũ eis cõſueſcere, prius opera data, ut aquã & ſpiritũ relinquant. Nã aliter ſemẽ ſuum in eos

Teſtes piſcibus nulli.

Qui branchijs careãt

μαλάκια.

Piſces non coire.

Serpentis & murenę coitus.

Inſidiæ Diabolicæ.



Ayuntamiento de Madrid

transfundere nequit, niſi omni ſune moto, ab his duobus ipſos auellat. Quid autem multis uerbis opus eſt? cur ſingula commemorare uelimus? Sunt in aquis reptilia, quod ita nimirum progrediantur. Nec tamen ſub numerum cadunt, ne ſcilicet paullatim abſumta deficerent. Nam niſi numero piſces infiniti eſſent, non poſſent ad uſum ullo modo ſufficere: quum pariter & à ſe inuicem, & ab hominibus abſumantur. Quippe tametſi uiribus ſuperiores deuorandis imbecillioribus ſeſe paſcant, non tamen omnino conſumuntur: quando maius eorum eſt incrementum, quàm ut abſumi poßint. Et conſidera hoc mihi loco Dei uocem, uel potius non uocem Dei, ſed uoluntatem ſolam, quæ omnis generis piſcium ſpecies ex aquis produxit. Nã hoc ipſum Dei uelle, naturam ſuam aquis tribuit, quæ ipſo à principio uitalem quamdam uim ſunt cõſequutæ. Abſq; quo foret, non in eis Dei ſpiritus latus fuiſſet, qua motatione uim illam uitalem aquis impertiebatur, (quemadmodũ Chryſoſtomus loquitur) ut non multo pòſt ex eis animalia prouenirent. Tradit enim Chryſoſtomus, hiſce uerbis uitalem quamdam efficacitatem ſignificari. Baſilius autẽ latius de eis in hæc uerba diſſerit. Siue de aeris diffuſione Moſes loquitur, intelligito noſtrũ hunc ſcriptorem hiſtoriæ mundi partes enumerare, condidiſſe uidelicet Deũ cælum, terrã, aquam, aera, qui quidẽ iam tũ diffunderetur atq; flueret. Siue (quod uerius eſt, & ab ijs, qui ante nos fuere, traditum) de Spiritu Dei ſancto hæc dici putato. Nam ſacris in litteris nullus alius Dei ſpiritus appellatur, extra Spiritũ illum ſanctum, qui diuinam beatamq; Trinitatem abſoluit & complet. Quam ſententiam ſi amplecti uolueris, maiorem ex ea fructum percipies. Nã ferebatur in eis Spiritus hic, uti Syrus quidã, admirabilis doctrinæ uir, dicere ſolebat,

Baſilij locus.

Ayuntamiento de Madrid

bat, hoc eſt, fouebat ac fœtificandi uim largiebatur aquarũ naturæ, inſtar gallinæ cuiuſdam ouis incubantis, ac fotus ab ſe uim quamdam uitalem indentis. quo ipſo etiã perſpicuè commonſtratur, Spiritum ſanctum ne à rerũ quidem condendarum facultate deſtitui. Et tantum quidẽ de piſcibus. Nunc rerum ordo poſcit, ut de uolucribus etiã pauca commemoremus, quæ & ipſæ ſuum ortũ ex aquis habuerunt. Quamobrẽ et cognatione quadã natatiliũ tenentur. quippe quemadmodum piſces in aquis degentes, pennarũ agitatione progrediũtur, et diuerſis caudæ motibus tũ inflexiones, tũ directos curſus moderãtur: ſic et uolucres uidere eſt conſimili quodã modo ſuis alis aera peruolare. Et gaudent aquis uolucres, ꝓpterea, quòd ex aquis ortæ ſint. Hoc ſolo differũt à piſcibus, ꝙ nulla pedibus careat: quãdo de terra uictũ petere cogũtur, & omnes neceſſariò pedũ adminiculis indigẽt. Nã rapacibus ad capiendã prædã ungues accõmodati ſunt, ceteris ad ſuſtinẽdam ceteroqui uitam pedũ uſus eſt conceſſus. Perpaucis pedes malè ſunt adfecti atq; debiles, ita ut nec incedere, nec uenari quidquã pedibus poßint, in quo genere ſunt hirũdines, et quæ Falculæ ſiue ripariæ dicũtur, quæ pro alimẽto ueſcũtur inſectis per aera uolantibus. Animaduerte porrò, ſtructuram aliã illarũ auiũ eſſe, quæ ſemina legũt: aliã carniuorarum, uictui ſcilicet carũ accõmodatam. Habent enim peracutos ungues, roſtrũ aduncum, celeres alas: ut prædã corripere celeriter poßint. Qua quidẽ ipſa de cauſſa duriores animalib. ungues ſunt, q̃ homini, cui ſunt omnino molliores. Et cõſtat certè cutẽ eiuſdẽ cõſimiliter eſſe molliorẽ, de qua ungues oriuntur, itemq; tam duriciem quàm molliciẽ unguium animalibus ex ipſorum uſu datam. Præterea uolucrum aliæ nullo tenẽtur imperio, libertateq; ueluti quadã

Volucres nõ eſſe ἀποδίας.

Quæ κακόποδες.



Ayuntamiento de Madrid

Apum reſpubl. — fruuntur: aliæ ducis imperio ſubiectæ ſunt, ut grues. Apes
etiam ſub rege ac præfecto quodã operas ſuas abſoluunt,
nec prius ad prata conuolare ſolent, quàm regem initium
auolandi feciſſe conſpexerint. Neq; regem hunc ſuffragijs
quaſi delectũ habent, ſed à natura in omnibus principem,
excellentem cæteros magnitudine, forma, & indolis atq;
morum manſuetudine. Nam ſtimulo quidem rex præditus
» eſt, uerùm ad uindictam eo non utitur. Sunt hæ leges quæ-
» dam nõ ſcriptæ, ſed ab ipſa profectæ natura: ut qui maxi-
mis imperijs potiuntur, ad puniendũ tardi ſint. Et quidẽ ſi
quæ apes exemplũ regis ſui non imitantur, defixo ſtimulo
ſimul emoriuntur, dignaq; crudelitate ſua præmia conſe-
Gruum excubiæ. — quuntur. Hoc etiã nos admirari par eſt, quo pacto grues
nocturnas excubias per uices obeant, dũ aliæ quidẽ dor-
miunt, aliæ circumeundo præſtant, ut omnes ab omni pe-
riculo per quietem tutæ ſint. Vbi deinde tempus excubijs
unius deſtinatum præterijt, clamore illa ſublato, ſe quieti
dat. Ibi tũ altera ſuccedens in eius locũ, quã illius beneficio
cõſequuta eſt quietem, uiciſsim reliquis tutã præſtat. Cõſi-
mili modo ciconiarũ quoq; natio cũctos in admirationem
De ciconiarum pietate. — rapit, iã indicatis haud cedẽs. Nã patrẽ, qui præ ſenio pẽ-
nas amiſit, undiq; circumſtantes alis proprijs fouẽt, alimẽ-
tum illi abundè ſuppeditãt, atq; etiã in uolatu iuuant, leni-
ter eum ab utraq; parte ſubleuãtes. Quod quidẽ uſq; adeò
paſsim apud omnes peruulgatũ eſt, ut hac de cauſſa non-
ἀντιπελάργωσις. — nulli compẽſationẽ beneficiorũ appellare mutuã ciconia-
rũ pietatẽ conſueuerint. Quo exẽplo moneri nos cõuenit,
ne qs ob paupertatẽ de uita deſperet. Et quis nõ hirũdinis
Hirundinis ſollertia. — ſollertiã maximopere admiretur? Ea quũ nidũ cõficit, fe-
ſtucas qdẽ collectas ore ꝑfert: ſed quũ tollere lutũ pedib.
nequeat, quos ad quaſuis operas prorſus ineptos habet,

extremis

Ayuntamiento de Madrid

extremis alarũ partib. in aquã tinctis, ac deinde minutiſsimũ in puluerẽ prouoluta, rationẽ uſurpandi luti excogitat. Nam paulatim feſtucis luto tãquã glutino quodã colligatis, nidum exſtruit, et pullos in eo ſuos educat. Quorũ ſi quis oculos amittat, opem à natura medicam habet, qua eos fœtui ſuo reſtituit. Marina quædam auicula eſt, Halcedo. Ea brumæ tempore propter litora fœtificare cõſueuit, ouis in arena collocatis, quum multis ac uehementibus à uentis mare ad terram alliditur. Verùm mox omnes uenti ſopiuntur, & fluctus marini conquieſcunt. Tum halcedo totos ſeptem dies ouis ſuis incubat, quumq; temporis aliquid ad educationem quoq; ſit neceſſarium, dies alios ſeptem, quibus pulli nonnihil creſcãt, diuina largitas ei concedit. Quæ res nauticæ rei peritis nota eſt, qui dies illos Halcedonia uocant. Tradunt & turturẽ à compari ſeiunctam, ob coniugis prioris memoriam nullius alterius ſocietatem admittere. Dictum hoc mulieribus eſto, uitæ nimirũ uiduæ puritatem ab ipſis etiam brutis animantibus indecoræ plurium nuptiarum appetitioni præferri. Longè iniuſtiſsima eſt in educatione ſuæ ſobolis aquila. Nam quũ pullos duos produxit, alterum in terrã deijcit, alarum uerberibus protruſum: ob educationis ſcilicet ærumnas atq; moleſtias fœtum ab ſe procreatum remouens. Sed abiectũ Phene, quã Oſsifragam dicunt, perire non ſinit. Nam ſublatum ſuis cum pullis educat. Quem autem pullum ipſamet alit aquila, ſecum deinde ſumit, & inter uolandũ cum eo, ſi quidem audacter aera ſecantem uideat, ac ſolis ſplendorem acutis contuentem oculis, ut ſuum retinet atq; ſeruat: ſin autem, ceu ſpurium abijcit. E' contrario cornicis amor in ſobolem prædicari meretur, quæ pullis iam uolantibus, nihilominus eos conſectatur, paſcit, & longum

Chelidonium.

De halcedone.

Halcedonia.

Turtur.

Aquilæ iniquitas in ſobolem.

Oſsifragæ pietas.

Cornix ſobolis amás.



Ayuntamiento de Madrid

Baſilius de cornicibus.

ſatis ad tempus educat. De his magnus ille Baſilius hæc etiam in oratione ſua de Prouidentia tradit. Res, inquit, eſt mira, cum ciconijs cornices diſcedere, quaſiq; ſatellites earum, & itineris comites eſſe. Quin etiam, mea quidem ſententia, ferūt eis aduerſus aues quaſdam hoſtiles auxilium: quod eſſe uerum, primùm eo ſigno colligitur, quòd eo tempore nuſquā ulla cornix conſpiciatur. Deinde, quòd cum uulneribus reuertentes, præſtitæ ſocietatis euidentes notas ſecum ferant. Iam quod rebus ceteris magis etiā ab opinione hominū abhorret, uultures aiunt abſq; maris & feminæ coniunctione gignere, ſenecta etiā in extrema. Nam ad centeſimum annum uiuendo perueniunt. Quamobrem iſtuc? nimirum ne qui myſterium noſtrum irriderēt, quaſi fieri nequeat, ut pariat uirgo, & nihilominus uirgo maneat: ex ipſa natura Deus nobis tantùm non infinitas ſuppeditauit occaſiones faciundi fidem rebus ceteroquin abſurdis, & noſtræ opinioni non reſpondentibus. Hoc modo de his Baſilius diſſerit. Ceteri uerò, qui naturas animalium perſpectas habent, uultures toto triennio geſtare uterum prodigioſè tradunt. Qui nam iſtuc? audi. Vultur mas nullus conſpicitur. Nam abſq; duûm coniunctione gignere de præſcripto naturæ ſolent. Quo fit, ut eorum uniuerſa natio conſiſtat in feminis. Hoc quum non ignorēt uultures, orbitatis metu ſimul uniuerſi ad fetificandum quamdam uelut expeditionem ſuſcipiunt. Heic ſi nullus eis ſeſe auſter offerat, ad cognatum eurum alas expandūt. Inde per oris hiatum uento influente replentur, & animalia, non oua ſubuentanea gignunt. Quæ cauſſa eſt, quamobrem maximo temporis ſpatio natura huius ad animalis abſolutionem indigeat. Nam difficile & operoſum eſt naturæ, de uento quamdam eſſentiam efficere, deque

Cornices ciconiarum ſociæ.

Vulturum procreatio.

Vultur trienniū pręgnās. Vultures tantùm feminę.

Vultures è uento concipiant.

Ayuntamiento de Madrid

que re longè ſubtiliſsima & exili prorſus animal fingere. Quum igitur audies, uirginem illam puriſsimam abſque ullo uiri commercio grauidam fuiſſe factam, quum prius eam ſanctus ille ſpiritus inumbraſſet, ac Dominus (uti uates loquitur) de Thæmane ueniſſet: nequaquam huic rei fidem derogato, tametſi reapſe magna uideatur, & ab opinione hominum abhorrens. Nam ea de cauſſa uulturum quoque conceptio tam admirabiliter à Deo eſt inſtituta. Traditur autem monumentis litterarum, uulturem, poſteaquàm conceperit, in Indiam ſeſe conferre, nactúmque lapidem, quem à facilitate partus, quem adiuuat, Eutocium uocant, in eo ſe parturigine uexatum collocare, atque illo modo párere. Lapis ipſe rotundus eſt, auellanæ nucis inſtar, & ſuccuſſus in morem tintinabuli ſonum edit, moto intus alio lapide. Perhibetur hoc etiam de uulture, quòd unguentò roſaceo perunctus moriatur. De coruis quoque non abs re quis miretur, quod hactenus indicatis non eſt inferius. Aeſtiuo tempore corui quodam morbo laborant. Is morbus uentris eſt profluuium. Quamobrem fluuij, fontes, ſtagna per æſtatem nulli ſunt coruis uſui: ne per humorem uentris illa fluxio magis etiam adaugeatur. De quo ſcilicet intelligitur, etiam diætæ rationem ſibi conuenientem coruos non ignorare, quamquam nec Hippocratis, nec Chironis, nec Machaonis remedia diſcendo percepta teneant. Iccirco fluuios quidem intuentur, ſed haurire de ijs nequeunt, grauémque hanc adeò pœnam luunt, quaſi Tantali quidam multati. Meretur & hoc admirationem, quamobrem cicadæ cantum ſuum æſtate media primùm incipiant. Nimirum natura frigidæ ſunt, qua de cauſſa poſt æſtiuum ſolſtitium canendi faciunt

Eutocius lapis.

Vnguentum roſaceũ uultures necat.

Coruorum morbus.

Cicadæ frigidæ.

Ayuntamiento de Madrid

ciunt initium: nec niſi exorto ſole ſtrepunt, ipſóque meridie maximè ſunt canoræ. Et quidem fœmella quum longè ſit mare frigidior, arboribus taciturna inſidet, quaſi ſi Pythagoræ diſciplinis eſſet imbuta. Quî fit, ut aquilarum pennæ, cum aliarum auium pennis commiſtæ, illas ipſas abſumant? nam celeriter admodum pereunt. Quamobrem Charadrius, ſi quando quem morbo regio laborantem conſpicit, oculos claudit? Non id profectò propterea, quemadmodum aliqui uolunt, quòd ægroto inuideat, liuoréque præpediatur, quo minus eum rectæ ualetudini reſtituat. Non enim bruta laborant inuidia, nec Prometheus apud ipſa punitur, quòd ignem bonum cum mortalibus communicauerit. Sed oculos iccirco claudit, quòd morbus hic de uno ad alterum tranſeat. Adeóq; mox auiculam hanc morbus occupat. Nec illud admiratione caret, quòd luſcinia uigilans, quum ouis incubat, noctem integram canere non deſinat. Quî ueſpertilio pariter & quadrupes eſt, & uolucris? quî auium hæc ſola dentes habet? ac fetificat quidem inſtar quadrupedũ, aera uerò leuiter permeat, non alis, ſed pellicula quadam ſublata. Quî fit, ut anſeres peruigiles ſint, & ad ſentiendum obſcura latentiaq; longè acerrimi? qui quidem olim etiam urbem orbis principem conſeruarunt, quum hoſtes quoſdã occultos, qui per ignotos abditoſq; cuniculos arcem Romanã occupaturi erant, indicio ſuo prodidiſſent. Quis hominum cædem uulturibus denuntiat, quum expeditiones aduerſus ſe inuicem ſuſcipiunt? Videas enim tantùm non infinita uulturum agmina caſtra ſequi, de armorum apparatu euentus indicia colligentum, quod ipſum à ratiocinationibus humanis parum abeſt. Aliјs etiam de cauſsis in admirationem quædam ueniunt, ſi quis animum aduertat.

Aquilarum pennæ.

Charadrius ſiue rupex & hiaticola.

Luſcinia indefeſſa.

Veſpertilio.

Roma ab anſeribus ſeruata.

Vultures exercitus comitantur.

Ayuntamiento de Madrid

aduertat. Quędã enim uolucres de prius exiſtentiũ propagatione ueniunt, quædam hodieq; de terra oriuntur. Non enim cicadæ tantùm è pluuijs proueniunt, aliaq; plurima, quæ in aere uolant, pleraq; nominibus proprijs, ob eorum exiguitatem, carentia: ſed etiam mures atq; ranæ de eadem prodeunt, quandò apud Thebas Aegyptias, ſi uehementes in æſtu pluuiæ cadant, mox terrenis muribus uniuerſa regio completur. Nec anguillas aliunde cernimus oriri, quàm de limo. Quippe nec ouis, nec alio quopiam modo propagantur: ſed ortũ è terra tantùm habent. Erodium mihi quæſo conſidera. Species hæc auis eſt, ſupra quoſuis paſſeres nidificantis, altiſſimis nimirum in arboribus, præſertim abietibus. Vnde Aquila Pſalmi dictũ uertens: Erodio, inquit, domicilium ſunt abietes. Supra omnes alias certè uolucres nidificat. Iccirco Dauides ait: Erodij domicilium ſuperat eos. Hunc erodium tanta præditum eſſe caſtimonia tradunt, ut quum ad uenerem acceſſurus eſt, dies quadraginta . . . . . . Nam auis hæc eſt in mœrore, ſi quando neceſſitate ſic exigente mutuam ad coniunctionem pertrahitur: quaſi quiddam inde ſibi ingratæ rei accidere ſignificaret. Quæ ſi uera ſunt, quid nos quæſo facturi ſumus? qui beneficio rationis ornati, nihilominus uitæ uoluptatibus plus æquò ſumus addicti. Quid de Pelecano dicemus? cuius in pſalmis ſuis Dauides etiam meminit. Factus ſum, ait, Pelecano ſolitario ſimilis. Auis hæc ſummis in ſcopulis nidum exſtruit, ſollicitè incumbens in id, ut inſidiatores uitet. Verùm ſerpens inſidiator etiam magno ex interuallo uirus ſuum in pullos eius euomit. Poſteaquàm enim circumſpexit, unde uentus ſpiret: ab ea parte ueneno adflato, interitũ eis adfert. Tum uerò pater ſupra ipſos uolans, & naturali quodam inſtinctu factas inſidias

Auiũ ortus.

Mures, ranæ, anguillæ.

Erodius ſiue Ardeola.

Erodij uerecundia.

De Pelecano.

Serpentis aſtutia.



Ayuntamiento de Madrid

ſidias deprehendens: quo pacto recuperare uitam poſſint, cognitum habet. Nam leniter ſupra illorum uerticem alas expandens, & feriens utrimq; latera, guttas in eos ſanguinis demittit, quo facto, noua & inopinata quadam ratione pulli uitæ reſtituuntur. Hoc exemplum, dilecte fili, uelim mihi conſideres. Quamobrem indita eſt Pelecano admirabilis hæc erga ſobolem adfectio? Quum multo antè Dominus hac in aue uellet exprimere cuncta, quæ nobis acciderunt, quòd nimirum paradiſus cōditus ſit, quòd in eo collocati homines illi primi, quòd intellectilis ille ſerpens animi mortem eis conciliauerit, quòd opifex omniū Deus paterna beneuolentia uelut erga filios motus, homo factus, omnia perpeſſus, tamdem in crucem ſublatus ſit, quòd de latere ſuo ſanguinem effuderit, uerum uitæ riuum, ad primorum hominum inſtaurationem, qui ueneno ſerpentis extincti fuerant: ipſo rerum initio talem erga ſobolem ſuam adfectionem pelecano inſeuit. Nam propterea per Dauidem multo antè uerbis his uſus eſt: Factus ſum pelecano ſolitario ſimilis. Etenim pelecanus, eſt ipſe Chriſtus: nidus, paradiſus: pulli, primùm conditi homines: ſerpens inſidiator, ipſe diabolus: uirus ſerpentis, fraus diaboli: mors, à Deo diremptus atque ſeparatio: paterna adfectio, Dei ſermonis facta noſtri cauſſa naturæ humanæ adſumptio: alarum ſupra pullos expanſio, Chriſti ſupra conditos illos primùm homines in crucem ſublatio: laterum pulſatio, diuini lateris punctio, quam ſequuta eſt ſanguinis uitæ fontem continentis deſtillatio. Niſi enim uiuificus eſſet, proſtratis reſurrectionem impartiri non poſſet. Itaq; per uatem Dominus preclarè dixit: Factus ſum pelecano ſolitario ſimilis. Perſcriptum eſt in Euangelio Lucæ: Conſiderate coruos

Chriſti ad pelecanum cōpararatio preclara.

Ayuntamiento de Madrid

nos, qui neque ſerunt, neque metunt: & Deus nihilominus eos alit. Quamobrem hoc loco nominatim coruorum fit mentio? Perhibentur corui ſobolem ſuam odiſſe, ac propterea pullorum alendorum curam abijcere. Verùm ij Dei prouidentia uictitare quibuſdam feruntur animalculis, ex aere propter ipſos naſcentibus, & in ora illorum delabentibus. Hoc ipſum, quæſo, quantam admirationem meretur? Quum ſemel ſucos deprehenderunt apes, parcè ac leniter in eos irruunt, & captos à contubernio ſuo ablegant. Sin rurſus eos intercipiant, morte adficiunt. Eædem partim regem ueluti ſatellites ſtipant, partim nocturnas excubias agunt, quòd eo tempore quieſcant aliæ laboribus fatigatæ, partim hoc muneris habēt, ut mortuas exportent. Mirum uideri non debet, unà cum incrementis ac deminutionibus lunæ aera quoque mutari: quando nonnullis in animalibus idem uſuuenire uidemus. Nam tradunt Ibim cælo luna carente nihil cernere, ſed oculos habere clauſos, nec cibis ullis uti. Et quidem in ſimio, quem Cercopem uocant, effectiones hac in parte ſunt illuſtriores. Nam quum augeſcit luna, oculorum orbis et dilatatur: quum deminuitur, & ipſe contrahitur. Quinetiam muſtela deficiente lunæ lumine, iecur imminui ſentit: eademq; rurſum creſcente, membrum idem uiciſſim augetur. Perhibent etiam in Hydaſpe fluuio lapidem quemdam naſci, quem Lichnen uocant. Is augeſcente luna ſonum dulcis cantus edere fertur. In flumine quodam Celtico piſcem exiſtere tradunt, qui ab incolis Clopias appelletur. Is luna creſcēte albeſcit, deminuta nigricat. Atq; hæc quidē etiam libro ſuo de ſex primorum ab ortu mundi dierū opificijs magnus Anaſtaſius ille complexus eſt. Ceterùm præter illos quoq;, qui re ſurrectio-

Coruorum ἀστοργία.

Qui fucos puniāt apes.

Ibis interlunij tempore cæca.

Cercops.

Muſtela.

Lichne lapis ſuauem ſonum edit.

Clopias piſcis.

Ayuntamiento de Madrid

ſurrectionem futuram non credunt, uel potius eam irridunt, ut eximius ille noſter Epiphanius ait, admirabilia quædam & noua Deus uti fierent, conſilio ſingulari inſtituit. Phaſcuſa dies X L mortua, reuiuiſcit. Myops ſiue Tabanus V I totos menſes mortuus, uitam recuperat. Phœnix auis eſt Arabica, quæ & unigena, & comparis expers fertur in creatione rerum exſtitiſſe. Huic in ſingulos annos I ↄ eiuſmodi quiddam uſuuenire traditur, quod lætam illam reſurectionem egregiè nobis ob oculos ponit. Nam Græci commemorant, eum finem ſuum proſpicientem, in Aegyptum ſeſe conferre, ac ſoli obuertere. Deinde in puluerē exuritur, de quo puluere uermis naſcitur, qui rurſus in uolucrem commutatur, quem Phœnicē dicimus. Atq; hoc, ut indicauimus, poſt ſingulos quingentos annos fieri conſueuit. Paſſer autem Libycus, auis quidem eſt (alas enim habet) uerùm nō uolat propterea, quòd pennas habeat ad uolatum non ſatis idoneas, uti quæ pilis conſimiles ſint. Idem bipes eſt, auium more: ſed ungulas diuiſas habet, ut quadrupes. Vnicum modò fœtum auis nulla gignit præter Ceycem. quod quidem fit ob eius naturæ frigiditatem, quæ de formidine colligitur. Nam niſi timidus eſſet, aues ipſum uniuerſæ non perſequerentur. quo ipſo fit, ut nidis alienis utatur. Eſt autem frigiditas ubiq; formidinis cauſſa. Ne hoc quidem ſilentio præterire poſſum, multis alijs rebus admirabilius, quod de aue, quam Meropem uocant, Aelianus memoriæ prodidit. Merops, inquit, auis retrorſum uolat, quem quidem motum uolatumq; huius animalis notabilem ac inuſitatum, haud abs re mirari ſubit. Iam quòd gallus gallinaceus noctū certis horis cantet, nō multum ante ſolis ortum: eius rei cauſſam in hunc modum nonnulli explicarunt. Aiunt enim animal

hoc

Phaſcuſa & Tabanus.

Phœnix.

Strutocamelus.

Ceyx.

Merops.

De gallo gallinacco.

Ayuntamiento de Madrid

hôc à natura calidiſsimum, & in primis in appetendo nutrimento auidum, ob calorem quidem inſitum citius acceptum alimentum concoquere: ob auiditatem uerò naturæ, appetitum ſuum ſignificare, quaſi paſcentem ſe inuitet & excitet. Alij uolunt rem quamlibet alicui certo ſideri dicatam eſſe, ſicuti Lotus herba ſolaris eſt. quo fit, ut huic luminari exorienti folia ſua pandat, quum eadem eodem occidente contrahat. Sic & gallus gallinaceus de horũ opinione ſub ſolem refertur. Quamobrẽ ad ortum redeuntẽ Duce ſuo, ratione quadam occulta & naturali gaudet. Simul quaſi carmẽ ei quoddam concinere uelit, clarius uocẽ attollit, & altũ clamat. Atq; illorũ quidem hæc eſt ſententia. Tu uerò, mi fili, uoces huiuſmodi referre inter fabulas ne uerearis. Nam gallũ gallinaceũ noctu canere Deus iuſſit, qui omnia prouidentia ſua complectitur: ut hoc modo uel inuiti de lectulo ſurgamus, nec ſine fructu noctẽ integram conſumamus: ſed partim ad operas noſmet cõuertamus, partim ad Dei celebrationẽ excitemur. Sic enim conſueuit Deus tam per doctrinã, quàm ipſa etiam animalia nos erudire. Quid Solomò dicat, audi. Ad formicam, ignaue, te confer. Hoc etiam animaduerte, quòd muſcã Atticõ melli negant inſidere. Nam thymô Atticã abundare uidemus, cui herbæ ut plurimũ apes Atticæ inſident. quo fit, ut mel Atticum etiã odorem habeat acriorẽ. Iccirco melli Attico, tanquã ſacro, muſcæ nõ inſident: ſed ut maximè cum ſtrepitu circumuolent, ab direptione tamen laborum apis Atticæ arceantur. Præter hæc ſcire debes, muſcas, & apes, & formicas oleo extingui. Nã uaſa, quibus reſpiratio fit, ſunt eis anguſta, quæ ab oleo natura lento uiſcoſoq; facilè obſtruuntur. Idẽ ſerpentibus accidit, offerẽtibus ſe rebus, quarum grauis eſt odor. Etenim anguſtia meatuum in eis

Lotus herba ſolaris.

Cur muſcæ mel Atticum refugiant.

Cur muſcæ, apes, formicæ in oleo extinguantur.



Ayuntamiento de Madrid

reſpirationi deſtinatorum per ſuffituũ craßiciem obſtrui-

Serpẽtes cornua ceruina fugiunt.

tur. Qua ipſa de cauſſa fit, ut cornu ceruinum ſerpens magis etiam fugiat, quàm res illas odoratas. Quippe ſerpentem id prorſus exanimat. Supra omnia nobis in hoc etiã, fili, eſt inquirendum.

Cur aues renibus & ueſica careant.

Veſicam illam, qua urina excipitur, itemq; renes auibus iccirco natura nõ dedit, quòd ad producendas pennas multo humore opus erat. Atq; etiam ipſa uolandi exercitatio facilè humorẽ in eis abſumit. Præterea quum ſtercus excernunt, non parum humoris ſimul exit. quamobrem urinæ receptaculum in auibus natura non condidit. En habes & quinti diei opera.

## DIEI SEXTI CREATA.

Manichei de anima terrę.

Sexto die Deus è terra beſtias quadrupedes produxit. Inquit enim hiſtoriæ ſcriptor: Dixit Deus, Edat tellus animã uiuam. Proſiliunt heic contra nos Manichæi, qui terræ animam indunt. Verùm manifeſtò deſipiunt. Non enim propterea, quòd dixit Deus, Edat animam: id edidit, quod erat in ea quaſi reconditum: ſed mandatum hoc uias atq; facultatem edendi terræ largiebatur. Quippe quum audijt terra, Pariat herbas gramineas, & arbores fructiferas, quæ fructum edant: non iccirco gramen intus abditum protulit, nec palmã, uel quercum, uel cupreſſum intra ſinus ſuos occultatam, in ſuperficiem eduxit: ſed ipſa Dei oratio rerum, quæ exiſtunt, ipſa natura eſt. Itaq; terrã non quod continebat, edit: ſed quod hodie poßidet, largiente nimirum Deo uim efficacitatis. Quamuis enim ratione naturali oriuntur hodie omnia, tamen inde profecta ſunt in ipſo rerum exordio ſecundũ ſeriem ſuam, idq; per mandatum diuinũ, quod in creatione pronuntiatum ubiq; fuit. Itaq; ſexto die, ceũ diximus, beſtias

quadru-

Ayuntamiento de Madrid

quadrupedes è terra producit. Heic uerò inquiri operæpretium eſt, quamobrem Deus imprecatione fauſta piſces quidem dignatus fuerit, quũ hiſce uerbis uteretur: Fetificate ac multiplicamini: uerùm in terreſtribus idem nõ fecit? reſpondemus autem, factum id eſſe propter exſecrationẽ ſerpentis, quæ non multò pòſt ſubſequuta eſt. Nam quia futurum proſpiciebat Deus, ut homo per ſerpentem deciperetur, eaq; de cauſſa ſerpens exſecrationi ſubijceretur: iccirco terreſtres beſtias imprecatione fauſta noluit prius dignari, ne depræhenderetur eadem & imprecatione fauſta, & exſecratione proſequi, ſicut ait uir diuinus Anaſtaſius. Videtur autem natura piſcium tenui quadam & uili omnino uita frui propterea, quòd in aquæ craßicie degant. Nam & grauis ac difficilis eſt apud ipſos auditio, & obtuſum cernunt. Nec recordatio eſt apud ipſos ulla, nec imaginatio, nec rei conſuetæ agnitio. At uerò de terreſtribus quid opus eſt multa commemorare? Sunt his acres ſenſus, & rerum præteritarum recordationes. Nouit uocẽ conſuetam ſibi ac familiarẽ aſinus, nouit uiam, quã ſæpius triuit, ac nonnunquã etiam uiæ dux eſt homini, qui aberrauit. Auditus autem acrimonia tanta in hoc eſt animali, quanta eſſe in alio nullo terreſtriũ perhibetur. In camelo quæ iniuriarũ ſit memoria, quæ iracũdia, quæ in ira perſeueratio, quo pacto quis explicet? Si uel olim uerberatus ſit, ira diuturno tempore ueluti penu quodam recondita, quamprimùm ſe opportunitas obtulerit, uicem refert. De elephanto huiuſmodi quiddam memoriæ proditum reperimus. Quum in hippodromum deduceretur elephas, quemdã magiſtrũ ferarũ & cicuratorẽ in Milliario ſedentem interfecit, immaniter aduerſus illum cũ dentibus ſuis irruens. Eius rei cauſſa erat, quòd is ante totos decem an-

Anaſtaſij locus.

Aſini auditus acer.

Cameli uindictæ cupiditas.

Diuturna in elephanto ira.



Ayuntamiento de Madrid

nos elephantum ferro percuſſerat, quum id temporis per eumdem locũ ad hyppodromũ deduceretur. Pardales naturalẽ quamdã aduerſus homines iram fouent, ac plerũq; conſueuerunt in oculos hominũ inſilire. Quin pictos etiã in chartis lacerant. Leonis quoq; mores & indolem non abs re quis admiretur, nimirũ uitã eius ſolitariã, & abhorrentẽ à ſui generis animaliũ ſocietate naturam. Nam quũ ſit quaſi quidã brutorum tyrannus & rex, pari eſſe cum ceteris honore dignitateq; recuſat, propter quamdã inditam ipſi à natura ſuperbiam. Conſimiliter cibum heſternũ non ſumit. Eidem inſtrumenta uocis tanta natura dedit, ut quum animalia pleraq; uelocitate ſuperet: ſolo ſæpenumero ſemet rugitu ſuo prodat. Indicare hoc ipſum uates etiã Dauides uoluit hiſce uerbis: Tamquã leo abditis in locis inſidiatur. Nã ex ijs repẽtè proſiliẽs, magno clamore ſublato, animalia prætereuntia ſiſtit, & hoc modo capta deuorat. Itaq; præclarè uates ait: Catuli leonini rugientes, ut prædam faciant. Neq; uerò nos homines, quamquam rationis beneficio ſimus ornati, tam egregiè nobis conſulere * poſſumus, quàm ipſa bruta animalia rationes ſe cõſeruandi norunt, & unde malè adfectis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Vrſus enim ſæpenumero grauiſſimis uulneribus adfectus, ſibimetipſi medicinam facit: dum uerbaſco, naturalem ſiccitatem habente, uulnera obſtruit. Etiam uulpem lacryma pinus ſeipſam curantem uidere eſt. Teſtudo uiperæ carnibus ſatiata, per cõtrariam origani uim, quo minus à re uenenoſa lædatur, efficit. Serpens oculos læſos ſanitati reſtituit, * malathris paſtus. Nouit & ceruus, quemadmodum Aelianus tradit, ſeipſum flore quodam curare, ſi quando telo læſus eſt. Camelus humores peruſtos euomere nouit, contactis humidis quercus folijs. Nec canis ignorat,

Pardalis hominem maximè odit.

Leonis natura.

Vrſus quî uulnera ſua ſanet.

Quî uulpes.

Teſtudo.

Serpens.

* al. Malabathris.

Ceruus.

Camelus.

Canis.

Ayuntamiento de Madrid

rat, uiride gramen nigræ bilis expurgandæ uim habere. Hirci ſcamoniam cruditatis remedium eſſe ſciunt. Pardalis cruorē capræ ſilueſtris ſibi ſalutarē exiſtimat. Accipiter uolucris ſuccū lactucarum, quarū folia ſunt amara, caligantium oculorum ſcit eſſe remedium. Cygni ranas deuorantes, adfectione quadam ſibi moleſta ſeſe liberant. Vultures & ſcarabæi roſarū odorem fugiunt. Serpens Libycus rutam auerſatur. Nam quū natura frigidus, ſiccus, neruoſus ſit: per hanc herbam, quæ ſiccandi uim habet maximā, neceſſariò uelut exanimatur: tamquam ſi per crapulam quamdam & uertiginem ob ſiccitatis uim nimiam extingueretur. Hac de cauſſa ſerpens ſic rutam fugit ac uitat, ſicut & hiemem, propter nimium ſcilicet frigus. Sic igitur animalia cuncta quid ſalutare ſit ipſis, quid exitiale, cognitum habent. Iam quæ ſunt apud ea rerum futurarum præſagia, uerbi gratia, de aeris mutatione: quam obſecro prudentiam rationalem quoq; non obſcurant? Ouis aduentante hieme parcè nutrimento ueſcitur, quaſi quamdam ſibi commeatus copiam pro ſequutura inopia comparans. Quinetiam homines induſtrij terreſtrem echinum ſiue erinaceū reſpirationes ſibi geminas excogitare ſuis in luſtris obſeruarunt. Quòd ſi ſpiraturus eſt aquilo, partem aquilonalem obſtruit: quòd ſi uento mutato flat auſter, ad foramen obuerſum aquiloni ſe confert. Etiam ſentiendi organorum in animalibus excellentiam quamdam cernere licet: abſq; quo foret, agnus inter oues innumeras caulis incluſas exſiliens, colorem uocemq; matris haud agnoſceret, nec ad eam ſe ſtudioſè conferret, præſertim quum ubera multa ualde diſtenta grauataq; præteteat. Nimirum eſt in eis ſenſus acrior, quàm nos exiſtimemus, quo ipſo quælibet ab alienis ſua dignoſcunt. Nec-

Hircus.
Pardalis.
Accipiter.
Cygnus.
Vultur & ſcarabæus.
Serpens Libycus.
Ouis prudentia.
Echini terreſtris ſollertia.
Vis ſenſuum in animalibus.



Ayuntamiento de Madrid

dum catulus dentes habet, ac nihilo minus ſe lædentem o-re uiciſsim ulciſcitur. Necdũ cornua uitulus habet, ac nihilo minus quo loco ipſi arma ſint preditura nouit. Quamobrem præclarè dixit Hippocrates: Animalium natura nihil habet à doctrina, uelut adſciticium. Canis autem in reminiſcendo uis quem hominem erga bene de ſe meritos ingratum pudore non adficit? quando canes non paucos unà cum heris ſuis in ſolitudine cæſis occubuiſſe, litterarum monumentis proditur. Quin etiam aliqui recenti adhuc facinore quærẽtibus homicidas ſe duces itineris præbuerunt, utq; facinoroſi homines & improbi ad ſupplicia pertraherentur, effecerunt. Accidit enim aliquando, ut canis in diuerſorio quodam eo conſpecto, qui herum ipſius interemerat, aduerſus ipſum perpetuò latrans, ſuſpicionem de homine ſiniſtram moueret. Quamobrem is ad tribunal deductus, habita quæſtiõe ceu reus facinoris morte multatus eſt. Adſpice uerò mihi Dei ſapientiam. Carniuoris animalibus dentes acutos dedit, quòd talibus eis opus eſſet, pro nutrimenti ratione, quo alerentur. Quæ uerò dimidia ex parte dentibus armata & inſtructa ſunt, iis multas atq; uarias nutrimentorũ uelut apothecas & conditoria parauit. Nam quum ab initio nutrimentum non ſatis comminuatur, hoc eis dedit, ut quod deglutiuerunt, rurſum egerant ſurſum, quo per ruminationem mollificatum, in uſum nutriendi animalis cedat. Etiam armis ipſis inter ſe differunt animalia. Nam pro indole ac moribus animorum, quemadmodum & Ariſtoteles ſcripſit, corporibus quoque tum figuras, tum operationes Deus concedit. Eius rei hæc exempla ſunto. Lepori & ceruo, qui animo formidoloſi ſunt, currendi facultatem dedit, ut uenatorum manus effugiant. Apro, qui & animoſus, &

Hippocratis dictum.

Canis animal gratum ac fidum.

Exemplũ de cane dignũ memoria.

Naturæ prouidentia.

admo-

Ayuntamiento de Madrid

*admodum pugnax eſt, dentes exertos ac prominentes dedit. Cornua tauro, leoni dentes & ungues largitur. Omnia deniq; armis idoneis inſtruxit. Solum hominem nudum in uitam productum, rationis excellentia conſolatur. Nam cum ratione coniunctum eſt in res uniuerſas imperium. Per rationem homo uolucres ex aere deducit, piſces ex aquis extrahit: per rationem reliqua perficit omnia, quæcumq; ſunt ad uitæ conſeruationem ipſi neceſſaria, ueſtes, armaturam, aliaq; talia. Propterea manus etiam dedit ei Deus, ut earũ operatio quidquid uellet abſq; ullo impedimento efficeret. Diſſerit de his Baſilius in enarratione ſua uatis Eſaiæ, uerbis huiuſmodi. Brutis Deus uiuendi rationem facilem dedit, alimenta ultrò oblata, tectum natiuum, pilorum atq; pennarum indumenta eiſdem poteſtas illa, quæ cunctorum eſt gubernatrix, largitur. Homini quem nudum creauit, omnium loco rationem tribuit, à qua rerum parandarum artes ſunt profectæ, ut ea, quæ extruit ædes, ut textura, ut ceteræ: ſupplente nimirũ animo per rationis excellentiam, quod corporibus deeſt. Potuiſſet quidem homini naſcenti etiam præter rationem alia tribuere omnia, uerùm hoc modo rationis gratia beneficiumq; nõ eluxiſſet. Nam ſi nihil ei neceſſarium foret, quánam re uis eius declarata fuiſſet? Eadem de cauſſa brutis animalibus dati ſunt ſenſus acriores, uti quæ ratione carerent. Sapienter enim gubernator ille uniuerſitatis huius defectũ & inopiam rationis ſenſuum acrimonia præſtantiaq; compenſauit. His etiã in rebus curã prouidentiamq; Dei conſiderato. Longum camelus collum habet. quamob rem? ut pedes æquaret, atq; pertingere poſſet ad herbas, quibus uictitat. Quæcũq; uerò animalia uictũ è terra nõ habẽt, nec ad terrã caput demittere coguntur, uti quæ car*

Cur camelo longum collum.



Ayuntamiento de Madrid

nibus ueſcuntur: breue collũ, & intra humeros uelut ab-
ditum habent. Propterea proboſcis elephanto data eſt,
quæ colli loco cibum atq; potum ei ſubminiſtrat. Quia ue-
rò corpus eius comparatum ad ſpectatorum admiratio-
nem, & ingens admodum eſt: iccirco pedes etiam ipſius ca-
rent articulis, quaſi pondus quoddam ſuſtinentes. Nam ſi
mollibus & humidis membris inniteretur, nunquã non ar-
ticuli luxarentur. Tradunt etiam nonnulli, CCC totos an-
nos elephantum uiuere. Neq; uerò magis, inquit idem Ba-
ſilius, elephantum ob eius magnitudinem admiror, quàm
murem ex eo, quòd terrori ſit elephanto: quemadmodum
& minutiſsimum ſcorpij ſtimulum mirari ſoleo, quo ſcili-
cet pacto rerum artifex eum exenterauerit inſtar cuiuſ-
dam tibiæ, ut per ipſum uulneratis uirus immittatur. Per-
hibent item non prius elephantũ bibere, quàm aquas pro-
boſcide turbauerit. quamobrem iſtuc? quia ſuam ipſius
umbram in aqua conſpiciẽs expaueſcit. Propterea ferunt
Indos obſeruare noctem expertem lunæ, quoties animal
hoc aquas traijcere uolũt. Hæc aquæ turbationis eſt cau-
ſa. Præterea meretur hoc etiam in elephantis admiratio-
nem. Quoties Indorum amnem traijcere uolunt, non ſim-
pliciter ac fortuitò tranſeunt: ſed minimus omnium, traie-
ctionem primus incoat: deinde ſequitur alius, hoc maior;
hinc rurſum alius, utroq; maior: & ſic deinceps eodẽ u-
tentes ordine, per fluuiũ citra impedimentũ aliquod trãſ-
eunt. Nam ſi grandiores in tranſeundo primi forent, for-
taſſe pedum grauitate foueas in limo efficientes, quomi-
nus tranſire minores poſſent, impedirent: adeóq; cogeren-
tur hi fluminis in cœno ſuffocari. Nec ad uenerẽ elephan-
tus accedit, quemadmodũ harum rerum periti tradũt, niſi
mandragorã deguſtet. Nam prius, quàm hoc fiat, nullam
coitus

Elephanti proboſcis.

Cur elephã-ti pedes arti culis careãt.

Elephanti uita.

Elephantus murem metuit.

Scorpij ſtimulus.

Elephantus umbram ſuã metuit.

Quî flumi-na traijciant elephanti.

Mãdragora excitat in elephanto uenerem.

Ayuntamiento de Madrid

coitus libidinem experitur. Quapropter femina ſumtam mandragoram comedit, eamdemq́; mari porrigit, & hoc pacto ad conſuetudinem uenerealm accedunt. Hoc autem manifeſtò referri ad homines illos primùm cõditos debet. Nam & illi ante ligni uetiti deguſtationem, libidinibus ſuperiores erant. Verùm poſt eam cum Eua rem Adamus habuit, eaq́; Cainũ peperit. Quid de Myrmecoleonte ſiue formicario leone dicemus? In Iobi libro perſcriptum eſt: Myrmecoleon periit, quòd eſcam non haberet. Eſt Myrmecoleon animal quoddam, quod è formica leoneq́; gignitur, ſed mox uiuendi finem facit propterea, quòd cibũ ſibi conuenientem non inueniat. Nam ut leo, carnes expetit: ut formica, frumentum. Iccirco facili momento extinguitur. Hæc autem transferri omnino ad diabolum poſſunt, qui ab exigua re primùm exorſus, ad magna progreditur. Ideo quidam ex patribus dixit: Exigua delicta nouit extenuare diabolus. Nam ceteroquin ad maiora perducere te non poſſet. Itaq́; perit & ipſe, ac myrmecoleontis inſtar emoritur, quum apud nos alimenti nihil, nihil requietis inuenit. Quòd ſi cadat elephantus, ſurgere propterea non poteſt: quòd pedes ipſius nullas iuncturas habeant. Et fetum hæc animalia tantùm unicum edunt, ob maximi corporis molem. Debebant quidem hac ipſa de cauſſa, quòd magna ſint, potius complures fetus ſimul edere: (loquor autem de elephanto, equo, camelo) uerùm quia nutrimentum ad corporis amplificationem abſumitur, fetus in utero multos alere nequeunt. Ac de his quidem hoc modo dictum eſto. Ceterùm lepores aiunt, fetus alios in lucẽ edere, alios paullo prius edidiſſe, alios uecdum abſolutos utero geſtare. Eius rei cauſſa eſt, quòd leporum natura longè ſit fecundiſſima. Ecce enim lac leporinũ mulieri non fecundæ impo-

Imago pulcer.

Myrmecoleon ſiue leo formicarius.

Myrmecoleon imago diaboli.

Elephas lapſus nequit ſurgere.

Remedium pro femina ſterili.



Ayuntamiento de Madrid

impoſitum, celeriter cōceptionem adiuuat, & feminæ ſterili donat infantem, quem uberibus lactet. Non eſt igitur in leporibus cōceptio certo definita tempore, ſed dum adhuc uterum gerunt, altera fit rurſum conceptio. Qua de cauſſa lepus (ut dictum eſt) alios quidem fetus iam edidit, alios parturiēdo profert, alios utero geſtat ſemiperfectos. Nam id neceſſariò conceptionem, quæ alia fit mox poſt aliam, ſequitur. Iccirco lepus etiam pedes hirſutos habet, quemadmodum Ariſtoteles ait, ut qui ſuperflui ſit humoris plenus. Nam hirſuties iſtæc ingentis ſuperfluitatis eſt argumentum. Hinc animalis huius ſūperfetatio. Eadem de cauſſa fit, ut homines hirſuti ceteros læuiores tum uenere, tum ſeminis copia ſuperent. Et hæc quidem ab his tradita ſunt. Ceterùm Aelianus ualde nouum & inuſitatum quiddam de lepore commemorat. Nam qui ex eo naſcitur fetus, eum dicit intra ſe fetum alium gerere. Itidem aiunt, leporem & hyænam alternis uicibus tam marem quàm feminam eſſe. Formidoloſus etiam lepus eſt. quamobrem? Quia cor maximum habet, ſicut & ceruus, & mus, & hyæna, & aſinus, & pardalis, & muſtela, & ſimpliciter omnia, quæcumq; palàm timida ſunt, uel ob metum noxia. Nam quum corda ſint in eis perampla, calor diffunditur, non colligitur: ideoq; formidoloſa ſunt. Quæ uerò cor exiguū habent, in eis etiā neceſſariò collectus eſt ignis ille natiuus & inſitus: ideóq; ſunt ad pugnandum prona. Debes hoc etiam ſcire, totum biennium elephātos uterum gerere. qua de cauſſa? Quia feturæ maiores tempore longiori ad perfectionem egent. Aliæ decem menſibus abſoluuntur, aliæ toto demū anno, ut in equo uidemus uſuuenire. Sic igitur etiam elephantorum partus diuturnior eſt, uterum biennio geſtātium, ob magnitudinem fetus nimiā,

De lepore mirum quiddam.

Quæ cor amplū habeant.

Cur eadem ſint timida.

Elephanti biennio gerunt uterū.

ſicut

Ayuntamiento de Madrid

ſicut Ariſtoteles loquitur. Ceterùm ubi cornua ceruus abiecit, ſemet occulit: pudore quaſi quodam adſectus, quòd ijs ſit denudatus. Quum autem illa rurſum augeſcere cœperũt, uiciſsim liberius priſtino more prodit. Hoc iuſti hominis eſt ſimulacrũ. Nam quũ is ab officio quocumq; tamdem modo deflexit, & uirtutibus nudatus eſt: à Deo ſemet abſcondit Adami exẽplo, cui quid eiuſmodi accidit in paradiſo, quũ ob trãſgreßionem ſe nudũ eſſe cõſpiceret. Verùm ubi deinde ſuſceptis certaminibus rectius ſeſe gerit, ac uirtutes creuiſſe uidet: tum ſcilicet ad Deum reuertitur, & priſtinæ ſe libertatis participem declarat. Hoc Dauides indicare uolens, ait: Tunc non pudefiam, cuncta tua præcepta intuens. Hæc à quibuſdam tradita ſunt. Ceterùm alij dicunt, ceruos nõ propter abiectionẽ cornuum pudore adſectos de locis conſuetis aufugere: ſed hoc ipſo maxima prouidẽtia ſibi proſpicere. Nã ineſt etiã brutis animãtibus ſenſus quidã, de quo ſuæ ſalutis cognitionẽ hauriũt. Nouit ſepia ſemet obſcurãdi artificiũ, ac ſæpe ſic piſcatoribus imponit: ut amplius captã ab ſe prædã conſpicere nequeãt. Norũt ea, quibus adunci ſunt ungues, ad quid eorũ ungues prodeſſe poßint. Nouit lepus curſu pedũq; celeritate uenatorũ inſidias uitare. Sic etiã cerua nouit, amißis cornibus naturã debiliorem tueri ſe contra lædentes haud poſſe. Quapropter abdit ſemet, inſtar militis cuiuſdã inermis, qui hoſti ſe obijcere nõ audet. Ceterùm ſolus ceruus utilitatis ſuæ cauſſa deponit cornua, quemadmodũ Ariſtoteles inquit. Nã onere graui neceſſariò ſe leuat, quãdo cornua ceruorũ prorſus uacua nõ ſunt. Ceterorũ qdẽ animaliũ cornua ſunt aliquouſq; caua, quũ extremæ partes exiſtant ſolidæ, quibus ſcilicet ictus excipiunt. Hoc quoq; cognoſcito, eius aromatis, quod muſcum dicimus, auctores eſſe

ceruos

Ceruus occulit ſe cornibus amiſſis.

Ceruus imago uiri boni.

Varij modi, quibus bruta quædam ſibi conſulunt.

Cur ceruus abijciat cornua.

Muſcus odoramentum unde oriatur.

Ayuntamiento de Madrid

ceruos illos, qui montem Indiæ quemdam incolunt. Nam celeberrimum hoc aroma nihil eſt aliud, quàm ceruorum ſanguis, qui de umbilico rupto profluxit. Hunc illi extremis in partibus montis reijciunt, quaſi quoddam excrementum. quumq; colligitur, nulla pars eius odorem gratum habet. Verùm ubi poſt temporis aliquod ſpatium inquiritur, & alias ad terras delatũ eſt: tum deinde fragrantiam illam ſpirat. Aiunt item ceruam, dum tibiarum ſono & tintinabulis delectatur, adſtantem propè ſagittarium non cernere, ſagittiſq; configi. Sic nos quoq;, dum uoluptatibus huius mundi quaſi modulis quibuſdam tibiarum oblectamur, aduerſarium noſtrum planè nuſquam cernimus, inadſpectabilibus contra nos telis utentem. Præterea tradunt, ceruam adſiduò fetus ſuos curſu exercere. Voluit hoc omnino ſic fieri Deus, ut parẽtibus ignauis pudorem incuteret. Heic quoq; Dei prouidentiã curamq; mihi conſiderato. Quũ animal hoc timidum ſit, ac propterea nunquam non utatur curſu: talem ceruæ ſtructuram Deus effecit, ut fetus ſuos in utero citra periculum ullum geſtet ac retineat. Patet hoc de illis etiam, quæ Iobi libro continentur. Nam ad uirum illum beatum, quum diſceptare cum Deo uellet, inter alia Deus hoc quoq; profert: Tun' obſeruaſti partus ceruarum, menſes' ue numeraſti, quibus uterum ferunt? Mira certè res eſt, quî fiat, ut cerua fugiens, ac tantopere ſaliens, non abortiat. Hoc etiam præter iam indicata de ceruo commemoratur, quòd narium ſpiritu ſerpentes è latebris ſuis extrahat atq; deuoret. Veneni autem metu, cancris ueſcitur, eaq; ratione detrimenti nihil accipit. Fiber quum à uenatoribus urgetur, perſequẽtibus ipſum genitalium membrorum cauſſa, ſeq; non euaſurum animaduertit: præcidit ea, uenatoriq; obijcit. Quòd ſi ſecundum

Elegans imago.

Quî curſu non lædantur ceruæ fetus.

Serpentes à ceruis deuorari.

De fibro.

cundum

Ayuntamiento de Madrid

eundum hoc alius quidam uenator eumdem perſequatur, ſupinum ſemet abijcit: de quo uenator animaduerſo, neceſſarijs eum membris deſtitui, miſſum facit. Quæri et hoc ſolet. Quamobrem in quadrupedibus ac reliquis animalibus ſimpliciter ac plerumq; fetus parẽtum ſimilitudinem referant magis, quàm in hominibus? Quoniam homo uariè conſueuit adfectus eſſe animo, etiam ipſo uenereæ conſuetudinis tempore. Igitur prout tam pater quàm mater adfecti fuerint, etiam quæ gignũtur uaria ſunt ac diuerſa. Ceterà uerò animalia quatenus tẽpore coitionis aliud nihil cogitant, eatenus etiam fetus omnino ſibi conſimiles procreant. Eſt & alia cauſſa, quamobrem mirum tibi uideri nõ debeat, hominum ſobolem partim referre, partim non referre parentum ſimilitudinem. Nam quæ pars ſeminis in commiſtione fit efficacior, ad eam forma quoq; illius, quod fingitur, adſimilari ſolet. Quòd ſi ſemina temperata miſtaq; parem in utramq; partẽ uim habeãt, tum id quod procreatur, ex æquo tam maris quàm feminæ ſimilitudinem refert, hoc eſt, gignitur ſoboles patri matriq; pariter ſimilis. Sæpenumero ſi ſola femina uel huius uel illius imaginationem in actu uenereo concipiat, ſoboles ei fit ſimilis, cuius imaginem apud animum informabat. Quæ res inexplicabilem quamdam miramq; rationẽ habet. Audi, quid Dioſcorides de quodam Stratonico Siciliæ duce tradat. Is quum deformis eſſet, itidemq; uxor ipſius, ac nihilo minus gignere liberos formoſos cuperẽt: huiuſmodi quiddam moliebantur. Inſpectabant imagines & picta ſimulacra, quumq; deinde liberis operam dediſſent, infans ad imaginum ſimilitudinem conformatus fuit. Hoc & caniculis uidere eſt uſuuenire. Quum enim coeunt canes, tum quod defixis oculis canicula contuetur, eius ſimilitudinem

Dioſcorides de Stratonico.

fetus

Ayuntamiento de Madrid

Galenus. ſetus refert. Conſentit hac in parte nobiſcum doctiſsimus ille Galenus, cuius hæc ipſa uerba ſunt: Etiam de narratione priſca intellexi, uirum quemdam principem, qui uultu deformis eſſet, quũ filiũ procreare formoſum uellet: uxori mandaſſe, medios inter amplexus, eleganter ut expreſſam pictura formam pueri diligenter intueretur. quod quum illa defixis in hanc oculis faceret, mentemq́; totam (ut ſic loquar) eò conuerteret: non patri, ſed imagini pictæ conſimilem uultu filium in lucem ab ipſa editum eſſe. Quòd ſi de ſerpentum quorumdam natura cupis aliquid cognoſcere, Nicander ſupra ceteros te docebit. Tradit is in ſuis poematis primùm hæc de uiperis. Femella maris caput inſertum ori ſuo recipiens, eoq́; pacto re cum ipſo habita, marem necat. Itaq; uindicandi, quemadmodum ſanè uidetur, patris cauſſa, fetus deinde matrem uiciſsim occidunt. Nam tempore partus, aluum maternam perrumpunt, atque ita in lucem prodeunt. Ea de cauſſa præcurſor ille Domini Iudæos uiperinam ſobolem appellabat, ut qui uates patresq́; ſuos occidiſsent. Quòd ſi res ſic comparata eſt, quo nam pacto uerbum illud euangelicum eſt accipiendum, quo dicitur: Sitis aſtuti, ut ſerpentes, & ſinceri ut columbæ? Improbus quidem, ac nequiſsimus eſt reuera ſerpens: ſed tamen quædam habet, in quæ iubemur intueri, eaq́; imitari. Nam & apis ſi frutici cuidam inſideat letaliter noxio, quod utile eſt inde ſeligit: quod malum, miſſum facit. Igitur animum mihi uelim aduertas. Serpens quum cæditur, corpus quidem reliquum plagis exponit, at ſolum caput tegit: quaſi ſciret, eo uitam ſuam contineri. Sic etiam nos tempore perſequutionis facere debemus. relinquemus ſcilicet omnia, modò caput retineamus atq; ſeruemus, quod Chriſtus eſt, & ipſa fides. Idẽ ſerpens

De ſerpentibus.

Viperæ.

Quæ ſerpẽtis imitabilis aſtutia.

ubi

Ayuntamiento de Madrid

ubi conſenuit, & oculorũ hebetudine laborare cepit: primum temperanter uictitat, & ieiunus aliquamdiu manet. Deinde per arctum quemdam meatum in terram penetrans, & modo quodam inuſitato cutem totam exuens, iuuenis inde diſcedit. Sic nos quoq;, quum ex peccatis conſenuimus, per arctã uiam incedere debemus, ut hoc pacto innouati ad ſtatum condicionemq; priſtinam reuertamur.

Quî ſerpens iuueneſcat.

Quòd ſi aliquando ſitiat, inq; puteo cõtacturus eſt aquã: primò uirus ſuum euomit, ac deinde ad fontẽ accedit. Sic etiam nos, quum ad diuinum illud poculum acceſſuri ſumus, ut urentia nos peccata ſanemus: omnem prius uitioſitatem debemus abijcere, atq; ita noſmet ad ſacroſancta myſteria conferre. Quamobrem à Domino præclarè dictum uel de commemoratis intelligimus: Sitis aſtuti, ut ſerpentes. Ac de his quidem hactenus.

Qui ſerpens ad fontem accedat.

Debes autem præterea ſcire, ſerpentum eſſe uaria diuerſaq; genera. Nam alij celerrimè perimunt, alij tardius. Item alij morſu perniciem adferunt, alij quodam alio modo.

Varia ſerpentum genera.

Serpens is, quem Baſiliſcum uocant, cuius etiam ſapiens ille Galenus meminit, ad Piſonem de Theriaca diſſerens, ſolo intuitu necat eum, qui ipſum adſpexit. Quo fit, ut litteræ ſacræ nihil oculũ inuidũ ab eiuſmodi ſerpente differre tradant. Quẽadmodum enim ab hac beſtia quiddã exitiale promanat, quod hominẽ continuò perimere poteſt: ſic etiã de inuidi oculis cõſimile quiddã exit. Et mirum hoc inprimis, quòd ſuis nonnumquam perniciem adferant. Neq; tamen hoc nouũ cuiquã uideatur. Faciunt enim id, ad quod à natura ſunt cõparati, non quod uolũt.

Baſiliſcus.

Quòd ſi Eutelidas (ut eſt apud Plutarchũ) ſuos ipſius oculos in aqua cõſpectos faſcinauit, quũ formæ uenuſtatẽ ſuã fuiſſet admiratus: multo magis inuidus oculus alij perniciẽ feret, quaſi telũ quoddã

Eutelidas apud Plutarchum.

uene-

Ayuntamiento de Madrid

uenenatum corporibus ijs, quæ contuetur, immittens. Et hæc quidem tum experientia, tum ſuperiora tempora docuerunt. Nam oculi partim agunt, partim patiuntur: nunc aliquid emittentes, nunc recipientes: quemadmodũ amantibus & amatis uſuuenire uidemus. Magnus ille Baſilius inſcriptionem pſalmi XXXIII enarrãs: Equidem, ait, id quod fertur, oculos telum quoddam uenenatum eiaculari, tamquam uulgare, ac à uetulis excogitatum in mulierum conclauibus, reijcio. Dico autem, malos genios, qui odio boni flagrant, ſi quas reperiant cõſentaneas ipſis & addictas uolũtates, ijs omnino pro lubitu & arbitratu ſuo abuti. Quo fit, ut etiam faſcinatorum oculis ad ſuæ uoluntatis miniſterium utantur. Baſiliſcus quidem, de quo nunc loquimur, non hoc tantum modo: uerumetiam ſibilo lædit aures audientum. Et eſt colore ſubflauus, ut tradit Galenus, inq; capite tres habet criſtas. Præter hunc meminit idem aliorum quoq; ſerpentũ. Serpens, ait, quercinus maximè noxius eſt, & intra quercus degit. Quod ſi quis hũc calcat, mox cutem pedum amittit, & intumeſcit: idq; conſimiliter accidit illius manibus, qui medicinam his uult facere. Hæmorrhois et Hæmorrhus ita necãt homines, ut uocabulis ipſis ſignificatur. Nam læſi ab his ſanguinem per nares, os, totumq; adeò corpus emittẽdo, moriũtur. Quemadmodum qui à dipſade morſi ſunt, ab æſtu miſerè pereũt. Quippe uehementer ſitientes ac peruſti, nonnunquam etiam diſsilientes extinguuntur. Acontias autem, ſiue iaculator, ſemet admodum extendẽs, quaſiq; iaculum quoddam in aduerſa inſiliens, corpora ſic ea perimit. Itidem inter aſpides ea, quæ Ptyas appellatur ab exſpuendo, collo extenſo, & interualli magnitudinem uelut emenſa; quaſi eo ipſo tempore fieret beſtia rationis particeps, uirus ſuũ

*Serpẽs quercinus.* *Hæmorrhois.* *Acontias.* *Ptyadis natura.*

accuratè

Ayuntamiento de Madrid

accuratè citraq; aberrationē in corpora exſpuit. Tradunt autem aſpidum genus eſſe triplex, quarum aliæ dicantur terreſtres, aliæ Chelidonææ, (quaſi dicas hirūdineas) aliæ ptyades, de quibus dictum. Ex his tribus una reginæ Cleopatræ mortem attulit, quū fallere cuſtodes adhibitos ſibi uellet, ac celeriter citraq; ſuſpicionem omnem mori. Vicerat enim hāc Auguſtus cæſar, quumq; uellet eam ſeſe cum Antonio dedere, quo de ipſa triumpharet: ad genus hoc mortis excogitādum mulierem adegit. Nam ubi quid moliretur Auguſtus intellexiſſet, ideoq; rectè ſe facturam ſtatuiſſet, ſi quamprimum uitam abrumperet: duarum quarundam mulierculorum opera, nimirum Nairæ ac Charmiones, ad mortem ſibi conciliandam utitur. Itaq; fallendi cuſtodes cauſſa in quaſillo, quo fici & uuæ continebantur, ad eam aſpis infertur. Eius uim primum in mulierculis ipſis explorat. Deinde cognito, beſtiolam ad necandum efficaciſſimam eſſe, ſimul extingui generoſè nobiliterq; uolens, regio ſemet ornatu induit. Atq; hoc modo ſiniſtrum ad latus (quò tendere cor propius ſciret) adhibita beſtiola, regia quadam cum dignitate moritur. Aiunt enim repertam manum ipſius dextram impoſitam capiti, qua diadema teneret: ut tum quoq; ſpectantibus reginam ſe oſtenderet. Harum igitur beſtiarum Galenus mentionem fecit, quo pacto pernicioſæ ſint, ex toto corpore declarans, ſimulq; ſignificans, non debere pharmaco, id eſt, theriacæ quædā miſceri. Quo fit, ut quum ad uſum earum uiperas ſumimus, unà cum cauda caput præcidamus, quibus in partibus humor ille deterior, nimirum uirus ipſum, exiſtit. Ideoq; carnes medij corporis exſecantes, pharmacum præſentius efficimus. Quòd ſi etiam ſcire cupis, unde primum ſit ortum, quòd theriacæ uiperarum carnes miſcentur:

Aſpidū tres ſpecies.

De morte Cleopatræ.

Theriacæ confectio.

Vſus uiperarum ad Theriacas unde cognitus.



Ayuntamiento de Madrid

tur: hoc ipſum ex nota uulgo narratione facilè cognoſces. Proditũ eſt enim memoriæ, quoſdã iuxta Romam ueterẽ, dũ æſtiuo tẽpore ſpicas uellerẽt, ſiti fuiſſe correptos. Itaq; uaſculũ ad quoddã uino plenũ cucurriſſe, quòd eo ſe ſitim extincturos ſperarẽt. Verùm ea ſpe excidiſſe. Nam uipera ſubitò inde proſiliens, homines ab inſtituto reuocabat. Quid ſecundũ hæc euenit? ſumunt uinũ, idq; cuidã homini miſerè adfecto porrigunt, ut hoc epoto citius tantis doloribus liberaretur, nec uſq; adeò triſtẽ amplius uitã ageret. Accipit oblatũ ille uinum, & cũ uoluptate exhaurit. Mox ſeſe morbo liberari animaduertit. Quamobrem ab illo tempore carnes uiperinæ huic pharmaco miſceri conſueuerũt, cui theriacæ nomẽ datum eſt, à feris atq; beſtijs, quibus ad eam conficiendã utimur. Et cõducit imprimis ad ſanandos ſerpentum morſus. Auctor inuẽti princeps fuiſſe fertur Andromachus quidam, ut Galenus ſcripſit, qui Neronis ætate uixit. Ceterùm præter hactenus indicata, ſcire debes conuolutos ſerpẽtes coire, quemadmodum erinacei coeuntes ob ſpinas recti ſtare ſolẽt. Quòd ſi cauſſam lubet cognoſcere, quamobrem ſerpentes hieme terram ſubeant, æſtate rurſum ad loca ſuperiora prodeant: perſpicuũ eſt, illam huiuſmodi quamdã eſſe. Natura ſerpẽs frigidus eſt, ſiccus, neruoſus, exigui ſanguinis. Quo fit, ut neceſſariò loca ſemper calida quærat. Quumq; per hiemem calor ad ima tendere ſoleat, per æſtatem ſurſum in ſuperficie terræ quaſi diſpergatur: propterea ſerpẽs etiam regiones locaq; ſua pro aeris conſtitutione mutare conſueuit. Nã & aquæ puteales per æſtatẽ frigidæ ſunt, per hiemem calidæ. Tunc enim frigore partes puteorum ſupremas occupante, calor ad ima tẽdit. quæ cauſſa eſt, cur eiuſmodi aquæ per hiemẽ caleant. Quippe natura nequaquã inſtituit, ut frigus atq; calor

Andromachus.

Serpentum & erinaceorum coitus.

Serpentis natura qualis.

Ayuntamiento de Madrid

calor eodem in loco, eodemq; tempore ſimul exiſtát. Volo te hoc quoq; præter expoſita ſcire, conſueſſe ſacras litteras ſerpẽtes maximos appellare Dracones, præſertim quũ de Moſis uirga loquũtur: fuiſſe quidẽ illã prius in ſerpentem cõmutatam, uerùm deinceps in draconẽ, ac ſecundum hæc uirgas præſtigiatorum Pharaonis deuoraſſe, quæ & ipſæ in ſerpentes erant cõmutatæ. Itidẽ uates ille Dauides, de cetaceo genere loquẽs: Draco (inquit) iſte, quẽ cõdidiſti, ut in mari luderet. Ceterùm genus eiuſmodi draconũ, quale quoddã exiſtere uulgo perhibetur, hactenus deſcriptũ ſanè nuſquã deprehẽdimus. Nec propterea fulgureus ignis deorſum fertur, ut huiuſmodi dracones exurat. Ipſa draconũ natura ſicca eſt, & ſubſtãtia quadã ignea cõſtat. Quippe de ipſorũ oculis etiam ignis emicat, et uenenum, quod euomũt, fumoſum eſt, corporáq; cõtacta diſſilire facit. Inde fit, ut ad inflammationẽ diſpoſitus ſit draco, ſiccitatis ſuæ cauſſa. Quamobrẽ ſibi à fulmine metuit, & nonnumquã exſiliẽs per aera fertur. Quærit itẽ humida loca, & ad ſtagna confugit. Nouit enim, ſe propter inſitam ſibi ſiccitatẽ etiã ex interuallo quodã remotũ ab igne fulminis exuri. Sæpenumero quidẽ ſoni exaudiũtur obſcuri tãquã draconis, quũ fulgur deorſum fertur, ac uel in hæc, uel illa corpora irruit. Qui autẽ perhibẽt, (de ijs loquor, quibus eiuſmodi ſe obtulerũt inflãmationes) ſe porcũ grunnientẽ cõſpexiſſe, uel gregẽ caprarũ balantẽ, uel mugientẽ bouẽ: tam ſeipſos, quã alios hæc audiẽtes mẽdacio decipiũt. Nihil enim eiuſmodi uiderũt, ſed imaginatiões earũ rerũ à metu efficiſcũtur. Quòd ſi fortaſſe dæmõ ille præſtigiator et inuidus, ſerpẽtis indutus corpore, ferã hãc, uelut igne ipſam urgẽte, in animalia mãſueta irruere facit, quũ inde uſq; ab initio nos inuidia quadã proſequatur: nõ hoc ita proferri

De draconibus.

Fabuloſi dracones.



Ayuntamiento de Madrid

putabitur, ut omnino ſit reijciendum. Nam genus hoc ferarum ſibi pro domicilio iamolim uſurpauit, quum per id nos paradiſi finibus eiecit. Itaq; nihil nouum, ſi motus inuidia cupit hac etiam terra nos expellere. Ac de his quidẽ hactenus.

Cur feles & ueſpertiliones noctu uideant acrius.

Quòd ſi cauſſam uis cognoſcere quamobrem feles & ueſpertiliones tantùm noctu acutum uideant: hãc illam eſſe ſcito. Sunt hæc animalia ſpiritu, quo cernẽdi uis continetur, ſanè pertenui prædita. Quapropter is noctu mediocriter ob ſolis abſentiam condenſatur, & ad perceptionem rerum adſpectabilium fit idoneus. quippe interdiu tamquam ſubtiliſsimus diſsipatur ac diſpergitur.

Idem in leone.

Idem & in alijs eſt uidere, præſertim ipſis in leonibus. Quo fit, ut ſplendorem radiorum ſolarium toto die fugientes, ſæpenumero uel inuiti occurrentes lædant. Hoc etiam diſce, leonem ueſtigia ſua contrahere, quoties ipſum aliqui perſequuntur. Sic Dominus quoq; noſter in terram deſcendens, aduentus ſui tempus contraxit diaboli cauſſa, qui iamdudum uirgines obſeruabat.

Quî naſcantur leones.

Catulus leoninus in lucẽ mortuus quidẽ editur, uerùm adflatu patris uitam accipit. Idem Deus initio fecit in Adamo, ac deinceps ipſo etiam in filio ſuo, mortem noſtri cauſſa perpeſſo. Quamobrem Iacobus dixit: Corruens ſopitus eſt ut leo, quaſiq; catulus leoninus: quis excitabit eum? Nec quidquã abſurdi, eundem tum leonem, tum catulum leoninum appellari. Nam Chriſtus & rex, & regis filius erat.

Lupus ſcyllam uitat.

Aſtutia uulpeculæ.

Lupus ſcyllam, plantæ ſpeciem, uitat. Id quũ uulpecula norit, apud hanc plantam dormiens cubat, ſi fortè ſuas extra latebras degit: ne à lupis deuoretur. Quòd ſi hoc uulpecula facit, multo magis nos adeſſe debemus ijs, quibus intellectilis ille lupus abigitur. Quæ nam illa? Preces & ieiunium. Nam genus iſtud, inquit Chriſtus, nõ niſi precibus & ieiunio eijcitur.

Came-

Ayuntamiento de Madrid

Camelopardalis in Libya conſpici traditur. Eius duorum animalium miſtionis cauſſa, eſt eius regionis ſiccitas & aquæ penuria. Quippe animalia diuerſa uariarumq; ſpecierum ad aquas congregantur, quæ in Libya raræ ſunt. Ita fit, ut ipſis inter ſe coeuntibus, feræ quædam multiformes procreentur. Et animaduertito, dilecte fili, eiuſmodi animalia compoſita, cuius generis ſunt etiam muli, nõ eſſe uel ad conceptionem, uel procreationem idonea. Quamobrem iſtuc? Quòd ex diuerſis generibus cõſtent, ac propterea uis gignendi in eis uitiata ſit, conſentanea id quidem ratione. Quippe nec terra initio rerum ea produxit, ut animalia cetera: (nam deinceps humana ſollertia quadam & artificio aſinorum & equorũ excogitata eſt coniunctio) nec uocem illam diuinam audiuerũt, qua dictum eſt alijs: Augeſcite ac multiplicamini. Quo fit, ut procreandi uis in ipſis uitiata ſit. Vnicornu animal eſt ualde ferum, quod neq; per uenatores, neq; modo quodam alio capi poteſt. Nihilo minus fera tam immanis ad feminam uirginem, quæ ſplendidis induta ſit ueſtibus, et ornatu uario exculta, non tantùm accedit: ſed etiam ipſius ad genua procumbẽs quieſcit. Idẽ tum in diuinitate illa inadſpectabili & incõpræhenſili, tum uera ſolaq; uirgine uidere eſt. Niſi enim templũ hoc repertũ eſſet puriſsimũ, Deus in terris non conſpectus, nec cũ hominibus uerſatus fuiſſet. Formica ſpicã cõſcendẽs, olfacere cõſueuit, ac ſiquidẽ hordeũ reperit, fugit inde, ſeq; ad tritici ſpicam cõfert. Hoc ſi formica facit, multo magis nos abhorrẽtem à ueritate doctrinã cauere debemus, et ad triticũ, doctrinã uidelicet rectiſſimã, accedere. Quæ lupo ſunt aduerſus oues inimicitiæ, poſsũt hinc etiã perſpici. Si chorda lupina in cithara reperiatur, reliquæ de ouibus confectæ chordæ ſilẽt, ac ſonum nullum

Camelopardalis.

Vnde monſtroſæ in Libya feræ.

Cur muli non gignũt.

De unicornu.

Formica ſibi ab hordeo cauet.

Lupinæ chordæ.



Ayuntamiento de Madrid

nullũ edũt. Idem uidere eſt in tympanis. Quamobrẽ Deus rem adeò nouam & inuſitatam initio rerum inſtituit? Vt inde clarius perſpicerẽtur inimicitiæ, quas intellectilis ille lupus aduerſus oues Chriſti gerit ac exercet. Tradit Aelianus, chamæleontem uarijs formis conſpici, ut qui oculos ſe intuentũ elidat: ad exemplũ Satanæ, qui ſe in lucis angelũ trãsformat. Verùm Ariſtoteles ait, maximè macrũ & exilem eſſe chamæleontẽ inter animalia, quæ oua pariũt, & terreſtria ſunt: idq́; propterea, quòd ſanguinis perparum habeat. Hãc ipſam uult eſſe cauſſam indolis animæ in hoc animali. Varias nimirũ formas accipit, formidinis cauſſa. Metus enim ex inopia caloris exiſtit. Aper dẽtes exſertos ac prominentes habet, ideoq́; acrius uulnerat. Eos dentes femella deſiderat, et propterea quoties ſe tuetur, mordere cõſueuit. Itidem in ceruis, marem cornua geſtare uidemus, quæ in femina nulla ſunt. Etiã apri caſtrati dẽtes exſertos nõ habẽt, quòd ipſorũ natura de uirili in femineam degenerauerit, quæ ab iiſdẽ (ceu dictũ eſt) deſtituitur. Præterea ſcito, ſues ſilueſtres, quæ alimento ſimplici utuntur, ſemel in anno parere: quum cicures, ob nutrimentum pinguius largiusq́;, bis pariant. Eædẽ ubi pingues factæ ſunt, ſetas ac pilos amittunt. Quippe quũ pingueſcunt, etiã magis carnoſæ reddũtur: carnoſæ, rectius etiã digerunt: quæ digerũt cõmodè, parũ excremẽti habẽt: de excremẽtis aũt, ſetæ ac pili exiſtunt. Cur aper & equus ſpumam circa os gerant, hæc cauſſa eſt. Calor & motus ex æquo res humidas efficiũt albas. Vide quid mari accidat. Quum à uentis commouetur, albeſcit. Inſpice ollas, quibus ignis ſubijcitur. Intuere humorem, qui eſt in aere. Agitatus à uentis hiberno tempore, colorem album accipit. Poſtquàm albuit, ob frigus, quod eſt in aere, congelatur, ita nix delabitur. nam

*De chamæleonte.*

*De aprorũ & equorum ſpuma.*

Ayuntamiento de Madrid

nam ea nihil eſt aliud, quàm aqua ſemicongelata. Sic igitur & in apro ac equo humores minutas in bullas redacti, per calorem & motũ in ſpumam cõuertuntur. Quòd ſi ratione eius quoq; rei noſſe deſideras, quam ob rem canes ſoli æſtiuo tẽpore ſint rabioſi: luculentè id ipſum heic tibi declarabo. Rabies infeſtat canes propter ſiccæ temperaturæ incrementũ. Sunt enim à natura ſicci, eaq́; ſiccitas per æſtus augetur. Itaq; humores in eis incaleſcẽtes & paullatim exſiccati uelut inflammantur. Hinc fit, ut nimiæ ſiccitatis cauſſa in rabiem agantur: perinde atq; illi, qui exiuere de poteſtate. Quo fit, ut & ſaliuam ſicciorem, & uenenatã habeant. Et inflammari eos, uel inde paret, quòd frequentius anhelant, oculos habẽt flammeos, & os apertum, propter aeris refrigerationem. Nec rabies hæc canes omnes uexat, ſed eos, qui ſicciores ſunt. Nonnulli uolunt, ſidus illud, quod canem dicimus, nonnihil quaſi defluxu quodam ad horum inſaniam conferre. Ceterùm poſtquàm hac rabie correpti ſunt, quemadmodũ Paulus Sinopenſis ait, tam cibum quàm potum auerſantur. Simul largã ſpumeamq́; ſaliuã emittunt, et in uniuerſum muti ſunt, ac tantopere deſipiunt: ut ne familiares quidem agnoſcãt, ſed in quoſuis abſq; latratu irruãt, et quoſuis mordeãt. Hic morſus nõ continuò quidquã ſecũ adfert ægritudinis aut moleſtiæ, præter eũ, qui ex ipſa re ſentitur, dolorẽ. Verùm deinceps morbus accedit, quẽ Hydrophobiũ, ab aquæ metu, uocãt. Nã qui à canibus rabioſis morſi ſunt, aquã reformidãt, ſiue illã intueãtur, ſiue propius accedãt. Nonnulli etiã canũ more latrãt, et alios aggreſſi mordẽt, quo morſu malũ ipſum propagãt. Ceterùm quæ reliquorũ ſymptomatũ cauſſa ſit, patet. Nã quũ uenenũ omnia mẽbra, et ipſũ adeò cerebrũ occupauit: huiuſmodi ſymptomata ſecum adfert.

De canum rabie.

Paulus Sinopenſis.

Hydrophobiũ ex morſu canis.



Ayuntamiento de Madrid

At eius rei, quòd aquam metuant, cauſſam aliqui nimiam ad ſiccitatem referunt, quaſi prorſus ab humore ſint abalienati. Rufus autem perhibet ſpeciẽ melancholiæ quandam eis accidere, nimirũ ueneno humorem illũ imitãte, ob quẽ alij alia metuunt. Et quid multis heic uerbis opus eſt? Quemadmodũ enim in melãcholicis uſuuenire uidemus, ut alij quidẽ animalia bruta ſibi uideãtur eſſe, ac propterea uoces eorũ imitentur: alij ſe uaſa eſſe teſtacea credant, & iccirco uehemẽter metuant, ne cõfringantur: alij ſupra ſe delabi Atlantẽ exiſtimẽt, ideoq; mirũ in modũ clament: ita cõſimile quippiam cernere licet etiã ijs accidere, quos canes rabioſi momorderũt. Quippe uenenũ canis, ceu noxius humor, eorũ occupato cerebro, facit ut aquã metuãt: in quo metu canis, à quo morſi ſunt, imaginatio ſubit: eoq; pacto ringuntur, & tamdem cum morte uitam cõmutant. Perhibetur quidẽ aliquãdo philoſophus quiſpiã, qui eſſet admorſus à cane rabioſo, balneum ingreſſus, conſpecto in pelui cane, nihil exterritus dixiſſe: Quid cani cõmune cũ balneo? Sed de his ſatis. Vrſus carnẽ gignit, quæ neq; figuram, neq; formam habet. Verùm deinceps ore lambens, articulos in ea efficit. Eiuſdem catuli non lactantur uberibus, ſed ſugendo pedes ſuos augeſcunt. Et parit ante tempus urſa, quo cũ mare cõgrediatur. Ipſo in partu periculo nõ caret. Ideoq; noctu parturiens, Vrſæ ſidus inſpectando obſeruat, eoq; pacto difficultatẽ partus mitigat. Vorax eſt admodũ, quũq; per hiemẽ in luſtro ſuo ſedet ac eſurit, pedẽ lambẽdo ſe nutrit: quod quidẽ ei ſoli peculiare eſt inter animalia terreſtria, ſicut inter marina polypo. Quũ onagri mares gignũt, exſecãt eorũ uirilia, ne procreẽt. Et animal hoc ſicciſſimũ eſt, ideoq; ſitibundũ. Qua de cauſſa Dauides, de aquis diſſerẽs, ait: Sument eas onagri ſitis ſuæ reſtinguendæ

Rufus de hydrophobij cauſſa.

De melancholicorum dementia.

Quid cani cũ balneo.

Vrſæ partus.

De onagris.

Ayuntamiento de Madrid

ſtinguẽdæ cauſſa. Vulpeculã nutrimẽti laborantẽ inopia, ſupinã iacére tradũt, quaſi ſi foret mortua, ſimulq́; anhelitum retinere. Quamobrem hac ipſa de cauſſa diſtentam conſpicatæ uolucres, in eam ſe demittunt, uelutiq́; mortuã attingunt. Tum illa ſubitò exſiliens, quæ mortua credebatur, aues compræhendit atq; deuorat. Capra ſilueſtris uelociſsimum animal eſt, & in rupibus degit. Quòd ſi quis hanc uenatorum perſequatur, in cornua deſilit, nec detrimenti quidquam accipit. Scias autem, ſingulis animalibus, quemadmodũ & Nemeſius ſcripſit, indidiſſe Deum prudentiam quamdam naturalem, non diſcendo parabilem. Nonnullis uerſutias etiam dedit, quibus & præſentes inſidias declinare, & præcauere futuras poßint. Quarum rerum effectiones in brutis à natura, non ratione proficiſci: uel inde patet, quòd ſpecierum quarumuis animalia conſimiliter hæc faciant, nec in tanta eorũ multitudine operationum ſit diuerſitas. Eodem modo nimirum & inſtituto ſpecies uniuerſa mouetur. Sollertia lepores omnes cõſimili utuntur, itemq́; lupi conſimili uafricie, conſimili deniq́; modo quilibet ſimius imitari ſolet: id quod in hominibus locum non habet. Sunt enim humanarum actionum rationes atq; uiæ tantùm non infinitæ. Quippe rationis particeps natura libera ſuiq́; iuris & ſpontis eſt. quo fit, ut homines uniuerſi eodem opere non occupentur, nec idem agant, quemadmodum in ſingulis brutorum ſpeciebus uſuuenire uidemus. Nimirũ hæc à ſola natura mouentur. quæ autẽ à natura mouentur, conſimilia ſunt apud omnes. E diuerſò quæ à ratione proficiſcũtur actiones, aliæ ſunt apud alios, neq; neceſſariò apud omnes eædem. Quis iccirco ſacris etiam in litteris pecus ſimplex minimeq́; ſubdolum dicitur, quòd prudentiam quamdam peculiarem nõ habeat,

Aſtutia uulpeculæ.

Rupicapra.

Nemeſius in primo de philoſophia.

Prudentiæ humanæ ac brutorũ ſollertiæ diſcrimen.



Ayuntamiento de Madrid

*cuius adminiculo reperire paſtum potumq́; poßit, ſi nullum habeat, qui eam ſaginet. Rurſus alia quædam animalia non pauca propè etiam humana abſunt à prudentia. Quo in genere mihi terreſtrem echinum, quem erinaceum dicimus, feneſtras hauriendi aeris cauſſa ſuis in latebris geminas molientem adſpice, quarum altera boreæ, auſtri altera flatus obſtruat: tametſi ad huiuſmodi machinationes, ut cetera quoque animalia bruta, ſolo naturæ ductu feratur. Nec enim bruta ſuo quodam arbitratu agunt, ſicut & Ioannes Damaſcenus tradit, quum à ratione deſtituantur: cuius participes naturæ uoluntatem habent liberam naturaliter. Nam cur obſecro ui rationis præditæ forent, ſi pro uoluntatis arbitrio ratione non uterentur? Quippe naturalem appetitum opifex rerum etiam brutis animalibus indidit, qui ad naturæ ſuæ conſeruationem ea neceſſariò ducat. Quæ enim expertia ſunt rationis ducere non poſſunt, ſed ab naturali appetitione ducuntur. Quo fit, ut quum appetitus exiſtit, mox & impetus ad agendum cum eo coniunctus ſit. Nec enim uel ratione, uel conſilio, uel conſideratione, uel iudicio utuntur. Qua ipſa de cauſſa nec ut uirtutem colentia laudantur & felicia prædicantur, nec ut obnoxia uitijs puniuntur. At natura particeps rationis, habet illa quidem appetitum naturalem, quo impellitur: ſed qui à ratione ducitur, aptéque dirigitur. Nihil enim ratio præſtantius habet, quàm quòd uoluntate libera ſit prædita, quam in natura rationis participe motionem naturalem dicimus. Iccirco uirtutem colens laudatur ac pro beata ducitur, & conſimiliter obnoxia uitijs punitur. Quòd ſi etiam ſcire cupis, quamobrem*

obrem tam animalia, quàm homo pari numero pedes habeant: id propterea factum cognoſcito, ne inordinatè confuſéque exſilirent. Nam hoc modo fit, ut dum homo uni, animalia reliqua duobus pedibus inſiſtunt: interim per alios paullatim progreßio fiat. In nonnullis animalibus, dilecte fili, conſuetudo fit reapſe natura. Nam animalia mihi quæſo Libyca intuere, quæ per æſtatem, quum maximè ſitiunt, à potu abſtinent: per hiemem, quum ſitiunt minus, bibunt. Id eam ob cauſſam omnino accidit, quòd Libya per æſtatem aquæ laboret inopia. Quapropter hiberno tempore aquam hauriunt, quum eius copiam habent. Quúmque ſic ijs in locis adſueuerint, etiam ad alias regiones delata morem ſuum retinent. Ac de his quidem hactenus. Ceterùm poſt animalium terreſtrium creationem, Deus hominem fingit, ac in paradiſo collocat. Quo iam in loco uelim animum mihi, dilecte fili, aduertas. Quamuis enim uolunt aliqui, Deum poſt ſeptimum diem paradiſum condidiſſe, profitentes ſe Moſaicæ hiſtoriæ ueſtigijs inhærere: manifeſtò tamen errant, ut qui tranſitoriè, non adhibita peruiſtigatione conueniente litteras ſacras pellegant. Ac uide mihi, quid ſpectator ille Dei Moſes dicat. Abſoluit Deus, inquit, die ſexto cuncta, quæ fecerat: ac die ſeptimo ab omnibus operibus, quæ efficere ceperat, quieuit. Itaque ſi poſt diem ſeptimum nihil omnino, quod antea non exſtitiſſet, in ortum produxit: quî poſt diem ſeptimum paradiſum condidit? Videntur quidem litteræ ſacræ hoc modo loqui, ac ſi poſt diem ſeptimum paradiſus conditus fuerit: uerùm alius ſcopus eſt earum, de plurium equidem ſententia. Ioannes Chry-

Ex conſuetudine natura.

Cur animalia Libyca per hyemẽ, non ęſtatem bibant.

De hominis creatione.

Quando paradiſus conditus.

Ayuntamiento de Madrid

Chryſoſtomus audiendus eſt tibi,qui in oratiõe de ſex dierum operibus XII dicit, Moſem eorũ, quæ antea cõmemoraſſet,ſummam breuibus deinde complectentẽ,ſimplicioribus occaſionem præbuiſſe, ut huiuſmodi opinionem arriperent atq; proferrẽt. Nam ceteroqui,ſi poſt diem ſeptimum,ut ipſi uolunt,paradiſus eſt conditus:omnino dicamus neceſſe eſt, etiam Adami de puluere formationem, itemq; ſtructurã Euæ de Adami coſta, poſt eumdem ſeptimum diem primùm factam. Quamobrem iſtuc? quia Moſes hanc quoq; poſterius, id eſt poſt diem ſeptimũ narrat. Proinde reliquum eſt,paradiſum ante Adamum eſſe conditum. Et audi obſecro, quid Ioannes Damaſcenus in capite,quod de paradiſo inſcripſit,dicat. Quia Deus, inquit, hominem ex natura partim inadſpectabili,partim adſpectabili creaturus ad imaginem ſimilitudinemq; ſuam erat, quaſi quemdam regem atq; principem totius terræ,ac eorum, quæ terra continentur : paradiſum ei,ueluti regiam quamdam præſtruit, ut in eo beatam ac feliciſsimã uitam ageret. Itaq; licet animaduertere, quòd quum ante formationẽ Adami paradiſum exſtruxerit, manifeſtò ſequatur, eum die ſexto conſitum à Deo fuiſſe:præſertim quum multo magis à ſeptimo die, quemadmodũ idem orator aureus tradit, creare deſierit. Conſerit ergo Deus tempore formationem Adami præcedente diuinum illum paradiſum in Edem,uerſus orientem ſolem. Nam de uniuerſa terra,quẽadmodũ & Theodoritus,& Baſilius ille magnus,& Ioannes Damaſcenus aiunt,ſelecto quodam uerſus orientem loco,qui Edem appellabatur,& conſpicuus erat,uniuerſaq; reliqua terra ſublimior, in eo ipſo paradiſum conſerit: uti nimirum delicatus eſſet,ac perpetuò floridus,quemadmodum Seuerianus ſcripſit. Nam uocabulum Edem ſi uelis interpre-

Seuerianus.

Ayuntamiento de Madrid

interpretari, delicias ſignificat. Heic hominem conditum Deus habitare uoluit. Etenim in paradiſo, quemadmodũ perſcriptum ſacris eſt in litteris, eum collocauit. Hinc aũt, dilecte fili, hoc etiam diſcimus, Deum ex alia terra conditum Adamum in paradiſum collocaſſe. Qua de re quid ſacris exſtet in litteris, audi: Abegit, inquiunt, Deus Adamũ ex paradiſo deliciarum, ut terram, unde ſumtus erat, coleret. Quamobrem uerò extra paradiſum format hominẽ, eũq; deinceps in illũ introducit? Vt hinc diſceret, de Chryſoſtomi ſentẽtia, quanto ipſum honore Deus dignatus eſſet, quantæ uoluptatis fruitionem conceßiſſet. Nam qui de ordine locoq; infimo ad ſuperiorem principemq; transferuntur, norunt neceſſariò, qui prius fuerint, & quò deinceps peruenerint. quæ res non exiguam nobis lætitiam párere conſueuit. Fingit ergo Deus hominem proprijs manibus, ut ſacræ litteræ loquuntur: Sumto de terra puluere Deus hominem formauit, & in eius faciem ſpiritum uitalẽ inſpirauit, ex quo animans effectus eſt. Ideoq; nõ abs re animalia cuncta terreſtria morti ſunt obnoxia. Quippe de terra orta ſunt ipſa cum anima, quemadmodum ſacris in literis eſt, dixiſſe Deum: Edat terra uitalem animam. Solus autem homo factus eſt immortalitatis ex eo particeps, quòd animam per adflatum & inſpirationem diuinam, nõ è terra accepit. Nam in faciem eius ſpiritum uitalem inſpirauit, nimirum ipſam animam, intelligendi facultate præditã. Nec enim dici poteſt, hanc de terra exſtitiſſe. Perſuadebit hoc tibi facilè Gregorius ille Theologus, qui de hominis formatione ſic ad uerbum diſſerit: Quũ de materie craſſa, quæ iam exiſtebat, corpus ſumſiſſet, eiq; ſpiritum ex ſemetipſo indidiſſet, cuius appellatione nobis anima intelligentiæ ui prædita & imago Dei uenit, hominẽ

Cur extra paradiſum creatus homo.

Nazianzeni locus.

in ortum

Ayuntamiento de Madrid

in ortum producit. Iccirco uelim animaduertas, quòd quũ anima intelligentiæ ui ornata per inſpirationem homini à Deo fuerit inſita, illa ipſa etiã de cauſſa immortalis ſit. At brutorum anima iuſſu diuino exorta de humo, terreſtris eſt, ideoq; morti obnoxia. Et de his quidẽ hoc modo dictũ eſto. Scire autem debes, quid hac in parte Chryſoſtomus quoq; tradat. Quũ beſtias, ait, quadrupedes cõderet Deus, unà cum ipſis corporibus animas etiã proferebat: hominẽ uerò formãs, primũ corpus, ut inſtrumentũ, fabricat: deinde illi animã cõditã indit. Nec. n. creatura perficit animã, ne Dei ſe adiutricẽ gloriari poſsit. Igitur animũ aduerte. Inſpirauit, inquit, hoc eſt, corpus illud è puluere factũ, hoc amplius adſequutũ eſt, ut uim quamdam uitalem haberet, quæ uis huic animali facta eſt in animã uiuã, hoc eſt, efficaciter agentẽ, ac per membrorũ motum artem ſuam demonſtrantem. Atq; hæc uerba proferuntur à Deo, noſtrum ad captum ſe demittẽte: ſicut & illa, Faciamus hominem. Nõ enim ulla uel deliberatione, uel conſideratione Deus indiget: ſed hac illorũ uerborũ forma nobis indicare uult immenſum honorẽ, quo dignatur illum, quẽ formabat. Itaq; creat hominẽ, reſpectu imaginis mortuæ, quemadmodum Chryſoſtomus loqtur. Corpus enim iacebat quaſi mortuũ, egẽs motore. Deinde ait: Spiritũ uitalẽ in faciem eius inſpirauit. Hæc à diuino uiro perquàm rectè ordineq; dicũtur, refutante quoſdam, qui cum Origenicas opiniones ſectari dicerent. Nam uerbis indicatis quaſi radicitus peculiarem illam animarum exiſtentiam euertere uidetur, quam delirus Origenes tradebat. Ceterùm in hiſce uerbis, Spiritum uitalem in faciem eius inſpirauit, quidam audita inſpirationis uoce, nec uocabulorũ expenſa craſsicie, quodq; alijs alia litteræ ſacræ ſignificare conſueuerint: animam

Chryſoſtomus à quibuſdam calumnijs petitus.

eſſe

Ayuntamiento de Madrid

eſſe diuinæ participem eſſentiæ putarunt. Sed plurimùm à ſcopo aberrant. Nam id ſi largiamur, Deus ignea ſemetipſum Gehenna punire deprehendetur, quum de ſententia ſacrarum litterarũ animam unà cum corpore perpetuis iſtic ſupplicijs multandam tradat. Sic enim ait: Ne formidaueritis eos, qui corpus interficiunt, quum animam ueſtram interficere nequeant: ſed eum potius formidate, qui & animã & corpus in Gehenna perdere poteſt. Itaq; ſpiraculum illud in animã commutatũ non eſt, ſicut & manus litteras ſcribit, quũ nihilo minus manus maneat manus, & litteræ ſint litteræ. Ac prudẽter heic mihi, quæ dicantur, reſpice. Poſitũ eſt enim hoc in loco uerbũ inſpirandi, ut cũ patre ac filio ſpũs etiã ſanctus hominis opifex eſſe demonſtraretur. Sic enim perſcriptũ eſt: Dixit Deus, Faciamus hominem. Sumtoq́; de terra puluere Deus hominem formauit. Quis eſt ille, qui dixit? Pater. Et quis puluerem ſumſit? Filius. Itaq; ne ſpũs ſanctus ab hominis creatione remoueretur, & excluderetur, uerbo inſpirandi præclarè uſus eſt: per illud ipſum, uti diximus, ſpiritum ſanctũ commonſtrãs atq; denotans, quodq́; gratiæ ſpiritus ſancti particeps homo tũ cõderetur, quẽadmodũ Cyrillus loquitur, tametſi deinceps mandati diuini trãſgreßio donũ hoc obſcurauit atq; cõfudit. Hãc ob cauſſam Dominus, quũ ex mortuis reſurrexiſſet, rurſum diſcipulos adflauit, et dixit: Accipite ſpiritũ ſanctum. Nec enim ferre poterat, ut nõ de integro ſancti ſpũs participes eſſe declararemur, quẽ etiã hodie ſacerdos ei, q baptiſſatur, adflat: quaſi uitæ reſtituẽs eius animã, ex Adami trãſgreßiõe mortuã. Verũ enimuerò ad ſeriẽ oratiõis inſtitutã reuertamur. Noſtra, inquã, eaq́; uerior opinio de corporis cũ anima cõiunctiõe, citra mediũ ullũ ab ipſo Deo proficiſcitur. Ideoq́; dicimus his inter

Trinitatis indicatio.

ſe copu-

Ayuntamiento de Madrid

ſe copulatis, animal unum, idemq; compoſitum, exſtitiſſe: quæ quidem eſt illa perſonalis unitio, nimirum exiſtens utrimq; naturarum diuerſarum in unum concurſus. quam rem Chryſoſtomus admirans: Quonam, inquit, pacto in aluo materna formatur homo? quî ſubitò anima diuinam ſimilitudinem referens exiſtit unà cum corpore? Qui extraria ſemet efferunt ſapientia, quũ formatorem hominis ignorauerint: etiã neceſſariò in ipſa eius formatione aberrarunt. Eſt igitur è terra puluis, quũ anima ſit à Deo profecta. Quod quidem indicare uerbis his litteræ ſacræ uolunt: Spiritũ uitalem in faciem eius inſpirauit, ex quo animans effectus eſt. Quibus ex uerbis, ſi animum aduertas, perſpicuè colligitur, unã eſſe animã, diuerſis facultatibus præditam. quo fit, ut per uniuerſum ſe corpus didat, & ratione modoq; conſentaneo membris ſingulis applicetur. Ac pars quidem eius illa, quæ uim iraſcendi cõtinet, ſedem ſuam in corde fertur obtinere: altera uerò, qua concupiſcimus, in iecinore: tertia, quæ rationis facultas eſt, in cerebro ſita, per id omnibus ſeſe declarat. Sunt etiam nõnulli, quorũ eſt in numero Apolinarius, antiſtes Laodiceæ, qui animas in homine duas eſſe tradunt. Volunt enim peculiariter & ſeorſum eſſe partem uitæ noſtræ brutam ac rationis expertem, uelut animã quamdam minimè rationalem, quæq; ne pars quidem ſit rationalis animæ. Id primùm ex eo ſtatuunt, quòd hæc peculiariter ac ſeorſum in brutis etiam reperiatur. de quo conſequi uolunt, eſſe ipſam perfectam, non partem alterius. Deinde propterea, quòd maximè ſit abſurdum, animæ rationalis partem eſſe id, quòd rationis expers ſit, atq; brutũ. Sic hi duas in homine animas ſua quidem opinione conſtituunt. Verùm per litteras ſacras refutantur, quarum hæc uerba ſunt: Homo factus eſt

Apolinarij dogma.

in ani-

Ayuntamiento de Madrid

in animam uiuam. Non enim aiunt, In animas: ſed in animam uiuam. Doctiſsimus etiam Plotinus ille, quem Laodicenſis Apolinarius ſequutus eſt, hominem de tribus hiſce tradit exiſtere: nimirum mente, anima, corpore. Qua ipſa in opinione conſimiliter fallitur. Mens enim, ut magnus ille Baſilius inquit, eiuſdem eſt cum anima naturæ: quodq; corpori oculus eſt, hoc mens eſt animæ. Nam quæ pars animæ purior eſt ac principalior, ea mens appellatur: ſicut hominis anima mentis ui prædita dicitur, haud dubiè propterea, quòd mentis ſit particeps. Hinc exorſus diuinus ille Baſilius noſter, hæc porrò de anima commemorat. Duplicem ego facultatem animæ ſtatuo, quum ipſa ſit una & eadem. Harum altera corporis eſt, nimirũ uitalis: altera, contemplatrix rerum, quam & intelligentẽ uocamus. Vitalem quàm diu cõiuncta corpori eſt anima, propter ipſam temperaturã horũ naturaliter, non ex electiõe ſuppeditat. Contemplatrix facultas in electione conſilioq; poſitum motum habet. Hæc diuinus etiã Maximus ille declarans, illam animæ partem, quæ purior eſt, adfectionem expertem ac indiuiſilem eſſe dicit, resq; mentis intelligentia tantum comprehenſiles, modo menti conſentaneo percipere: quũ altera pars animæ, adfectionibus obnoxia & diuiſilis, quæ nimirum in ſenſus diuiditur, corpori dolenti cõdoleat, & eodem uoluptatem capiente, uoluptatis eiuſdẽ particeps fiat. Etenim anima, ſicut & Nyſſenus antiſtes ſcripſit, per ſenſus corporeos cum iis, quæ in hominũ uita iucunda ſunt, quaſi coaleſcit & coniungitur. Rerum exterarum & craſſarum elegantia per oculos oblectatur, per aures in auditu iucunda propendet, itidemq; in reliquis ſenſu quolibet adficitur. Hac de cauſſa Ioannes etiam Damaſcenus partem animæ rationis expertem maximeq; brutam

Plotinus.

Baſilius.

Maximus.



Ayuntamiento de Madrid

brumam adfectionibus eſſe tradit obnoxiã,& cõcupiſcen di uim habere. Sũt eiuſdẽ hæc quoq; uerba: Quũ adficitur anima in ſectione corporis,ipſa quidẽ non ſecatur, uti cor pus:ſed nihilo minus ei cõdolet,ac cũ patiẽte patitur. Inde fit, ut cõmunes ſint animæ corporiq; uoluptates, quæ de cõplexibus & ciborũ fruitione percipiuntur, ſicut idẽ inquit:at quæ de diſciplinis liberalibus oblectationes proueniunt,animæ ſoli peculiares ſunt, quũ uoluptates corpori ſoli peculiares nullæ reperiantur. Eſſe aũt in anima partẽ quamdam,quæ adfici patiq; poſsit,& per quã corpori patiẽti ſic cõpatiatur,ut & angatur,& mœreat,& reliquas adfectiones experiatur, quibus obnoxia poſt lapſum eſſe cœpit:de ipſius Domini uerbis intelligi poteſt: Anima mea modò perturbata eſt. Nã ſanctæ ipſius animæ,ſicut & corpori,conceſſum hoc erat: ut nonnumquã ea perpeteretur, quæ utriq; propria ſunt. Adeoq; modũ inanitionis ubiq;
* ſeruauit,quẽadmodũ uir diuiniſſimus ........ loquitur. Nec tamẽ adfectiones iſtæ ab initio cũ hominũ natura conditæ ſunt,ſed poſterius (ut Maximus loquitur) irrepſerũt, ac propter amiſsionẽ perfectionis illi naturæ parti adhæſerunt,quæ bruta eſt ac rationis expers. Tradit his conſentanea Baſilius quoq;, quũ ait: Conſidera mihi,quæ mutua ſit adfectio de carne ad animã penetrans,quì corpus ab anima uitam accipiat, & uiciſsim anima dolorũ corporis particeps fiat. Et hæc quidem ab his tradita ſunt. Ariſtoteles aũt rationibus humanis innixus,mentẽ,quæ in homine principatũ obtinet,ſedẽ in corde ſuam habere confirmat, unde uis eius ab electione cõſilioq; pendens uniuerſum in corpus facilè diſtribuatur. Alij caput inſtar cuiuſdã arcis à natura dicunt exſtructam, ut princeps in homine mens degat in eo, quaſiq; rex ſedẽ ſupra corpus uniuerſum poſitam

Ariſtoteles & alij de animæ ſede.

ſitam

Ayuntamiento de Madrid

ſitam habeat. Verùm qui eccleſiæ ſententiam ſequuntur, animã noſtrã intelligẽtiæ ui præditã, quæ ad imaginẽ Dei condita eſt, & corporis eſt expers, in certo quodã corporis loco circumſcribere localiter nolunt. Nam tota per totum corpus ſeſe didit, & ipſum animat, totumq́; tota collustrat. Et quemadmodũ Deus, cuius ad imaginẽ condita eſt, non pars in parte, ſed totus totum mundum complectitur eſſentia ſua: ſic etiã principis illius exemplaris ſimulacrũ, quũ partium ſit expers, & dimenſione careat, citra diuiſionem ac dimenſionẽ ullam totum toti corpori adeſt. quã quidem rem admirari deſine. Conſiſtit enim peculiariter anima quaſi globus quidã ſolaris, nõ extra corpus, ſed in ipſo, idq́; modo quodã ultranaturali. Simul corpori connexa eſt per deriuatos ex ipſa radios, qui ſi corpus ſectione lædatur, tamen haud adficiuntur, & ſectionẽ nullã experiuntur. Prorſus ut aere per flatus uentorũ moto & agitato, lux ſolaris ei ſemel cõnexa neq; ſectionẽ, neq; fluxũ, neq; mutationem patitur. Eſtq́; mens reapſe quidẽ expers corporis, & inadſpectabilis: uerũ nihilo minus in corpore, tamquã inſtramento, ſuã efficacitatẽ declarat. Eadem in ijs, quorũ ſana recteq́; adfecta ſunt corpora efficaciter agit: quũ in alijs, qui facultatis eius artificioſæ non ſunt capaces, otioſa ſit, ac nihil omnino perficiat. Non tamen ipſa reſpectu ſui læditur, quemadmodũ extrarijs quibuſdã philoſophis uiſum fuit. Nã ſi maximè cuiuſdã inſtrumenti harmonia quoquo modo corrũpatur, nõ tamen omnino ſequi neceſſe eſt, ut ars ipſius etiã artificis propterea periiſſe ſtatuatur. Adeſſe quidẽ in corpore animã noui, at qui res corporis expers in corpore ſit, ignoro. Non enim imperitiam hac in parte meã fateri me pudet. Quippe ſi quis eã dicat expanſam eſſe per totã corporis molẽ, ſicut Chryſoſtomus

Qui exiſtat in corpore anima.



Ayuntamiento de Madrid

ait, id ipſum ratione caret. Nã tale quiddã corporibus eſt propriũ, ac præſertim ſi extendi cum mole corporis dicatur, etiã ſequeretur eam unà reſecari, quoties manus atq; pedes amputantur. At enim ſtatuamus eam per corpus uniuerſum non eſſe ſparſam, ſed una quadã ipſius in parte collectã. Ita uerò ſequi neceſſe eſt, ut membra reliqua ſint mortua. Nam quod expers eſt animæ, prorſus mortuum eſt: id quod heic dici nequit. Quamobrem eſſe quidem illã in corpore noſtro ſcimus, at quo pacto ſit, ignoramus. Itidem animam expertẽ eſſe materiei craſſæ ac incorporeã ſcio, quando ita ſe rem habere accepi: uerùm quæ ſit eius ſpecies ſiue forma, uel qualis eſſentia, ſcire nequeo. quippe non poteſt hoc oratione cuiuſquã explicari. Nam quî cernere quis eam poßit, quæ condita eſt ad imaginẽ Dei, quẽ nec intelligẽtiæ ui, nec ulla perceptiõe cõpræhendere poſſumus? Quippe ſi animæ cõpræhendi poſſet eſſentia, poſſet itidẽ imaginis quoq; princeps exẽplar cõpræhendi. At ſi nequit exemplar illud princeps cõpræhendi, etiã neceſſariò ſequetur, imaginẽ eius cõſimiliter cõpræhendi nõ poſſe. Qua de cauſſa fit, ut tametſi multa multi de ea commẽtati ſint, nemo tamẽ eſſentiam ipſius umquã percipere potuerit, conditã (ut dictũ eſt) ad imaginẽ Dei neminis cogitatione ac intelligentia cõpræhenſilis. Deus quidẽ certè nos caſtigãs & erudiẽs, ut animo demiſſo ſimus, nec imaginatiõibus noſtris omnia, quæ in nobis ſunt, cõplecti uelimus, huiuſmodi quãdã obſcuritatẽ pceptionis animæ indidit. Heic aũt animũ mihi, dilecte fili, aduertito. Dictũ eſt ſuprà in aluo materna ſubitò animã, quæ Dei refert imaginem, unà cũ corpore exiſtere, atq; hoc pacto animal unũ, idq; cõpoſitũ abſolui, quẽ hominẽ dicimus. Eſſe itẽ hãc unitionẽ perſonalẽ, nimirũ exiſtentẽ utrimq; naturarũ diuer

ſarum

Ayuntamiento de Madrid

ſarũ in unũ cõcurſionẽ. Igitur quo pacto corpus & anima ſubitò in aluo materna cõcurrũt, eodẽ quoq; rurſus à ſe inuicẽ ſubitò mortis tẽpore dirimuntur. Quare ſi quis exiſtimat, animã è corpore paullatim tẽpore mortis excedere propterea, quòd mẽbrorũ extremæ partes in iјs, qui ſubitò nõ emoriuntur, planè frigeant ac ſenſum amittant, tamquam ſi à corporis extremitatibus inciperet ſeſe contrahere, paullatimq; ueluti conuoluere, ut poſteaquàm ad cor tota collecta fuerit, ſubitò inde effletur: omnino is opinione ſua fallitur. Quippe res eo ſe pacto non habet, ſed queẽadmodũ citra tẽporis interuallũ elucet anima in corpore, ſolis inſtar, aera ſubitò colluſtrantis: eodẽ modo etiã inde auolat. Quamobrẽ nec extenditur, ut ſuperius indicabamus, nec dimenſionẽ admittit: ſed tota totũ corpus animans, nihilominus peculiariter ex ſe conſiſtit. Et quid eſt * extenſum .......... cum craſſo uerſari corpore animã, abſq; medio quodã extremis cognato. Ipſa quidẽ ante exſpirationẽ poſtremã unà cum extremitatibus extinguitur, nõ inde migrat. Foret enim immortalis, ſi ad ſeipſam colligeretur. At hoc intermedio uinculo diſſoluto, tamquã in ſpatio tẽporis impartibili, uel oculi momẽto, ſicut Apoſtolus loquitur, è corpore diſcedit. Et hactenus quidẽ de anima dictum eſto. Fuerit autẽ pretium operæ nõnihil nos iјs etiã immorari, quæ de corpore quidã olim diſſeruerunt: idq; de cauſſa potiſsimùm ea, quòd pro diſpoſitione corporis, & adfectiõe, anima quoq; cõſueuerit agere. Nã queadmodum ſol pro aeris ſiue craſsitie, ſiue ſubtilitate, radios etiã ad nos diuerſos emittit: ſic & anima ui prædita intelligentiæ pro inſtrumẽti adfectiõe ſuã efficacitatẽ declarat. Hinc quoſdã eſſe fatuos uidemus, quoſdam non itẽ: hinc alios ſomnolẽtos, alios uigilãtes: alios iracũdos, alios mites: alios



Ayuntamiento de Madrid

ſortes, alios timidos: quibus adde, quæ ſunt eius generis alia. Nec pro fabulis hæc tibi ducenda ſunt. Quippe uir eximius, Anaſtaſius Sinaites ait, Deũ nõ eſſe talium auctorẽ, ſed ipſam potius naturã, & elementorum quatuor cõcurſum. Nam ſi elementi calidi abundantia tẽpore conceptionis inueniatur, temperamentũ quoq; calidum conſequitur id, quod tum gignitur. Sin elemẽti frigidi uis maior fuerit, fœtus etiã frigidus procreatur. Eadẽ de cauſſa uel iracundi, uel mites: uel fortes, uel formidoloſi homines gignũtur. Aprum heic mihi cum ceruo intuere, quorũ ille paratus eſt ad pugnã, ob calorẽ: heic pugnã reformidat & fugit, ob eam, quam habet ex frigore, timiditatẽ. Quòd ſi abundauerit ſicci uis elementi, homo ſobrius atq; uigil procreatur. de quo priſcus quidam philoſophus Heracletus dixit, Animam quo ſiccior ſit, eo ſapientiorẽ eſſe: quibus in uerbis animã uocat eſſentiam cerebri. Si deniq; copia frigidi elementi ſuperauerit, gignitur ignauus quidã homo, quiq; difficulter ad agendũ impellitur. Quo fit, ut naturalẽ manſuetudinem, prudentiam, temperantiã, non uirtutum loco diuini patres habeant: ſed eſſe naturalia quædã beneficia, quibus excellant alios alij, ſtatuant. Baſilius quid dicat, aduertito. Multos noui, qui à natura cõplexus uenereos odere. Num eos temperantes uocabimus? nequaquã. Nam tẽperantia eſt cõtinentia quædã, qua uoluptates nobiſcũ pugnantes uincimus. Ac de his quidẽ hoc modo dictum eſto.

Anaſtaſius Sinaites.

Heracleti dictum.

## DE ADAMI FORMATIONE.

Cur aũt Deus, hominẽ creans, non glebam, ſed puluerem, qui eſt admodũ tenue quiddã, ſumſit? Nimirũ hoc modo uoluit ſimul tum inflationẽ noſtrã cõprimere, tum reſurrectionis ſpem facere. Nam quia norat animal hoc emoriturũ, & in puluerẽ reuerſurũ: ipſa

in crea-

Ayuntamiento de Madrid

in creatione uelut anteuertẽs,ſpem nobis de reſurrectione facere uoluit. Itaq; puluerẽ de terra ſumit, ut quũ puluerẽ in ſepulcro cõſpicis,ſcias eum,qui hominẽ formarit,ipſum etiã reſuſcitaturum. Fortaßis etiã quæres,quamobrẽ creaꝛrit hominẽ duplicem,anima nimirũ intelligentiæ mentisq; participe præditũ,& corpore? Nimirũ quo nexus quidã foret intellectilis ac ſenſilis mundi. Nam quũ hi duo mundi eſſentia ſua ſeparati ſint, ne diuerſi etiã opifices exiſtimarentur, hominẽ animal duplex in mundo conſtituit: ut hinc unus eſſe tam ſuperarũ ac cæleſtiũ, quàm inferarum rerum creator intelligeretur. Faciamus, inquit Deus, hominem ad imaginẽ noſtram. Cur ex anima corporeq; compoſitum animal litteræ ſacræ hominem appellant? Vocabulũ quod hominem ſignificat, ignem in Hebræa lingua denotat. Et quando norat iam antè Deus, unum hominem corporibus humanis omnes orbis fines repleturũ,unamq; lucernam tot lampadas accenſurã: iccirco animal hoc appellauit hominẽ, id eſt, ignem. Nam elementa cetera ſic manent, ut exiſtũt. Si aquã menſura quadã capias, manet eadem aqua, nec incrementũ ſumit. Si utrem aere compleas, non potes ex eo utrem aliũ replere. Verùm ignis ita non manet, ut exiſtit: ſed quo materiei plus adquiſiuerit, eo fit maior. Itidem ſi una lucerna multas alias accenderis, iccirco ipſa nõ exhaurietur. Quapropter rectè homini nomen hoc inditum eſt, ſicut eadem ex cauſſa eumdem Adamum Deus appellauit. Nam quia terræ quatuor climata cõplecturus erat, non abs re nomen hoc conſequutus eſt. Eius mihi quæſo litteras conſidera, quæ quatuor illa climata denotant. A ſignificat anatolen, hoc eſt, ortum: D dyſin, hoc eſt, occidentem: A rurſus arctum, hoc eſt, urſam ac ſeptemtrionem: M denique meridiem. Ceterùm

Appellatus ab igne homo.



Ayuntamiento de Madrid

ſacris in litteris hæc uerba ſequuntur: Conſeuit Deus paradiſum in Edem, uerſus orientẽ. Cur non uerſus aliud clima paradiſum conſeuit potius, quàm ad orientem? Vnde initium curſus luminariũ, ibi & domicilium eſſe hominũ uoluit. Ac præterea quod futurũ erat ſignificãs, uerſus orientem in paradiſo collocat hominẽ: ut oſtenderet, itidem atq; luminaria exoriuntur, & uerſus occidentẽ curſu delata occidũt, ſic hominẽ quoq; de uita peruenturũ ad mortem, ac luminariũ more occaſurum, aliumq́; rurſus ortum habiturũ, uidelicet mortuorum reſurrectionẽ. Adamus ad occaſum curſu delatus eſt, & in ſepulcrũ præcipitatus occidit. Venit Chriſtus, & eum, qui occiderat, rurſus exoriri fecit. Icciirco de ipſo uates inquit: En homo, cui nomen ortus. Hoc quoq; ſciendũ eſt tibi, fluuiũ qui de paradiſo promanat, quatuor in principia, id eſt, fontes diuidi: de quibus flumina quatuor oriuntur. Quòd ſi quatuor hi amnes de uno fonte principium habent, cur non & aqua ipſorũ una eſt? cur non una qualitas? Nimirum terræ locorumq́; qualitatis, per quæ fluunt, participes redduntur. quo fit ut tam guſtu quàm qualitate ſint diuerſi. Aquam ipſam mihi intuere. Habet hæc naturã eamdẽ, & eamdẽ qualitatẽ. Verùm ſi abſinthiũ in eã cõijcias, alia qualitas in ea efficitur: itẽ alia, ſi anetũ: alia, ſi rutã. Cæterùm hos amnes Deus labi per ſubterraneos quoſdã meatus certo conſilio uoluit, & alijs è principijs rurſum oriri atq; cõſpici, ne qui ripas horum ſequẽtes, paradiſum occupare conentur. Inter alia uerò, dilecte fili, te hoc quoq; ſcio quæſiturũ: quamobrem de cælo, terra, reliquis omnibus ordine diſſerens Moſes, nuſquam angelorũ creationis mentionem feciſſe uideatur.

Cur angelorum creationis expreſſa mentio non fiat.

Hæc animaduertas, eos, quibus hæc præſcribebat Moſes, parũ confirmatos fuiſſe. Abſq; quo fuiſſet, nõ tot prodigijs conſpe-

Ayuntamiento de Madrid

conſpectis, imaginem uituli Deum nuncupaſſent. Iam qui tanta facilitate iumentorũ ſimulacra pro Dijs habere non dubitarunt, quid non feciſſent, ſi naturarum inadſpectabilium cognitionem habuiſſent? Itaq; Moſe prorſus de his tacente, poſt magnum deinceps temporis interuallum uates Dauides eorum creationis meminit, quamquam perfunctoriè, propter auditorũ imbecillitatem. Sic enim ait: Ipſe dixit, & facti ſunt: ipſe mandauit, & creati ſunt. Interpres autem rerum diuinarum, eximius ille Dionyſius, de hiſce naturis inadſpectabilibus latius diſſerit, ut qui eos erudiat, qui huiuſmodi capere poſſent. Iccirco ſtatum, ordinem, cognitionem, colluſtrationem eorum, itemq; diſcrimen inter ipſos, cum operatione ſingulorum, admirabili complexus eſt oratione, noſq; prorſus hæc ignorantes docuit.

## DE NOVEM ORDINIBVS.

Debes autem ſcire, cæleſtium deſcriptionum ac graduum nouem eſſe ordines, nimirũ Cherubos, Seraphos, Thronos, Dominatus, Poteſtates, Imperia, Principatus, Angelos, Archangelos. Nũ uerò alij præter hos ſint in cælis ordines, quos in altera uita cognituri ſimus, beatus ille Paulus nouit, qui ait: Conſedit Chriſtus ſupra omnem principatum, imperiũ, poteſtatem, omneq; nomen, quod uerbis exprimitur, non ſolùm in hoc æuo, ſed etiam futuro. Ceterùm indicatos hoſce nouem ordines Dionyſius in tres deſcriptiones graduſq; diſtribuit, quorum primo contineantur Seraphi, Cherubi, Throni, qui quidem citra medium ullum & continuò adſiſtant Deo: ſecundo Dominatus, Poteſtates, Imperia: tertio & ultimo Principatus, Archangeli, Angeli. Horum ultimus ordo, quemadmodum & prius dictum eſt, peculiare nomẽ An-



Ayuntamiento de Madrid

gelorum habet, ut qui rerum diuinarum interpretationes nobis exponant, & ad nos perferãt. Quamquam hæc eadem angelorũ appellatio cunctis etiã naturis intellectilibus tribuitur, quòd ipſæ primo loco diuinitùs colluſtrentur, atq; ita deinceps per ipſas ad nos quoq; rerum diuinarum arcana perueniant. Quippe lex ipſa per angelos nobis data eſt, itemq́; patres illos illuſtres tam ante, quàm poſt legem promulgatam, angeli diuinum ad numen ſubuehebant. Nam per prima ſurſum ducuntur ea, quæ ordine ſecunda ſunt. Neq; tantùm ſupra nos ſunt intellectiles illæ naturæ, ſed etiã in ipſis illis ceteroquin eodem ordine compræhenſis ſacris principatibus primi quidam gradus ſunt, & medij, & ultimi: ſimul inferiorũ duces ſunt alij diuiniores, ad percipiendũ rerum diuinarum ſplendorẽ. Et quamuis ſanctiſsimos illos ſupremarũ eſſentiarũ ordines generali uocabulo angelos appellãt rerũ diuinarũ periti, ſicut indicatũ eſt modò: (nã & ipſi ſplendoris à Deo profecti ſunt interpretes) tamen ordinẽ ultimũ ex cæleſtibus illis mentibus, nimirum angelos, abſurdum fuerit uocare Cherubos, aut Seraphos, aut Thronos. Nec enim ex æquo participant cũ poteſtatibus illis ſupremis. Præterea naturas has intellectiles in uniuerſum uocari uidemus poteſtates, ut quæ ſint ab adfectionibus corporeis immunes, & propterea perficere ſibi mandata poſsint. Præſtãt (inquit Dauides) robore, ac imperiũ eius exſequũtur. Præter hæc in ſingulis hiſce ſacris gradibus ordines ſuperiores habẽt inferiorũ colluſtrationes atq; poteſtates, quũ poſteriores ſuperiorũ præſtãtiæ nõ ſint participes. Hoc quoq; neceſſariò ſciendũ eſt tibi, omnẽ mentiũ illarum cæleſtiũ appellationẽ in Hebræa lingua ſignificationẽ habere diuinæ cuiuſdã ſingularũ proprietatis, id quod etiã Ioannes Chryſo-

ſtomus

Ayuntamiento de Madrid

nomus indicat in oratione ſua tertia de incompræhenſili. Quo fit, ut partim Cherubi, partim Seraphi uocentur. Nam eiuſmodi nomina declarãt earũ effectiones. Ac quẽadmodum angelus inde nomẽ accepit, quòd arcana illa rerum diuinarũ nobis nuntiet, itemq́; archangelus, quòd angelis cum imperio præſit: ſic & appellationes iſtæ ſapientiam ipſarum, puritatemq́; nobis indicant. Sicut etiam alæ ſublimitatem in eis naturæ ſignificant, (nam uolare Gabrielus non iccirco perhibetur, quòd angelus iſte pennas habeat: ſed uti diſcas, eum de locis ſupremis ad homines uenire) ita comparata res eſt in Cherubis quoq;, ac Seraphis. Nihil enim ipſorum alæ denotant aliud, quàm naturæ ſublimitatẽ: perinde ut oculi perſpicacitatem declarãt, celebratio perpetua uigilantiam ſummam. Hoc modo appellationes eorũ partim ſapientiæ, partim puritatis indicationes habent. Nam quid aliud ſonat Cheruborum nomen, quàm cognitio multiplicata? quid Seraphorũ, quàm ora ignea? Thronorũ uox nihil ſignificat aliud, quàm eorum excellentiam, ſecretam ab omnibus rebus humilibus, itemq́; promtitudinem ad obeunda diuina miniſteria. Et primus quidem hic gradus ab ipſo naturarũ omniũ auctore principeq́; Deo citra medium ullum inſtituitur. Dominatuum appellatio denotat minimè ſeruilẽ quamdam, planeq́; ingenuam ſubuectionẽ, quæ indeſinenter dominio uerè principi parére cupiat. Vox poteſtatũ ſignificat uirilem quamdam efficacitatem, eamq́; firmã, in omnibus diuinis actionibus: imperiorum, conuenientẽ ac confuſionis expertem in officijs diuinis ordinem. Et hæc media cæleſtium illarum mentium eſt deſcriptio, quæ perficitur & illuminatur per ordinem primum, ipſaq́; uiciſſim ſuas illuſtrationes cum ſequente communicat. In hac principatuũ

uox

Ayuntamiento de Madrid

uox indicat, eſſe ipſos Deo ſimiles ac principatũ obtinere, quodq́; ad principatum illum principem pro uiribus conformentur: archangelorum, eos ſumma conſectari, ut qui communicent tam cum principatibus, quàm cum angelis: cum principatibus, quòd ad ultranaturalem illum principatum ſeſe conuertant: cum angelis, quòd nihilominus ordine diſcipulorum quoq; cõtineantur, uti qui diuinas illuſtrationes à primis illis poteſtatibus accipiant, & uiciſſim angelis exponant. Angelorum deniq; uocabulum ſignificationem miniſterij cõtinet, quo res diuinas enuntiant. De hac indicatione noſtra perſpicuum eſt, primos ordines citra medium quoddam à Deo ſuas illuſtrationes conſequi: deinde à primis, ſecundos: à ſecundis, tertios. Ceterùm eſſe quædam apud cæleſtes illas poteſtates diſcrimina, quodq́; illa ipſa maximè cõſiſtant in ipſorum ſtatu, ordine, & cognitione: diuinus etiã uir Cyrillus in libro Theſaurorum ſuo docet, ac hiſce quidem uerbis: Omnis natura particeps rationis, etiam cognitionis modũ menſuramq́; certam habet, ita ut credi par ſit, aliam in angelis eſſe, aliamq́; maiorem in archangelis, quam ipſam quoq; ſuperet ea, quæ ſublimioribus in poteſtatibus exiſtit. Eadem de re Ioannes Damaſcenus ita diſſerit: Poteſtates illæ ſupernæ tam illuminatione, quàm ordine ſtatuq́; differunt: ſiue adeò pro illuminationis ratione ſtatus ipſarum quoq; comparatus eſt, ſiue pro ratione ſtatus illuminationis participes fiunt, & alij alios illuminant, propter excellentiam uel ordinis, uel naturæ. Id quidẽ perſpicuum eſt, quod ſuperius etiam eſt indicatum, excellentiores cum inferioribus tam illuminationem, quàm cognitionem ſuam communicare. Præter hæc tradit idem, poteſtates haſce cæleſtes attributas ſibi terræ partes cuſtodire, certisq́; ſingulas tum nationibus, tum

Cyrilli theſaurorum liber.

Ayuntamiento de Madrid

*tum locis cum imperio poteſtateq; ſic præeſſe, quemadmodum ipſis ab opifice rerum præſcriptum ſit. Quæ quidem ita ſe habere, ſanctiſſimus ille patriarcha* Germanus *illuſtrius declarat.* Etenim *in oratione de obdormitione* Dei *genitricis hæc uerba ipſius exſtant. Quum genus humanum conditum eſſet, angeli diuinitus cõſtituti ſunt, qui uitæ ipſorũ tutores eſſent atq; præſides. Sic enim perſcriptum ſacris in litteris legimus:* Nationum *limites pro angelorum* Dei *numero ſtatuit.* Item, Angelus Domini *circum timentes eũ caſtra munit.* Inde *hominibus ad deaſtrorum cultus exorbitantibus, angeli quoq; ab eis receſſerũt.* Verùm *quo deinceps tempore uirgo puriſſima peperit, cæleſtia rurſum cum terrenis unita ſunt, angeliq; cum hominibus uerſari, ac* Deum *celebrare conſentientibus animis ceperunt. Cõſimile de angelis quiddam* Chryſoſtomus *quoq; commemorat.* Vates, *inquit,* Danielus *angelos eximium quiddam eſſe tradit,* Deiq; *iuſſu creaturam uniuerſam in eos diſtributam, qui nationum quoq; ſint præſides.* Alium *in* Perſas *defixos oculos habere,* Michaelũ *archangelum pro populo circumciſo excubias agere. Quinetiam inter utriuſq; nationis præſides hoſce contentionẽ ex iracundia quamdam oboriri, modo ſcilicet rationeq; diuina & ineffabili: dum ille quidem* Iudæos Perſis *ſeruire cogit, ut* Dei *contemtores: hic uerò ex alia parte in libertatem uindicat, ac hiſce uerbis utitur:* Deſine Perſarum *præſes.* Nam *peccantes quidem hos multauit adflixitq;* Deus, *uerùm ad ſe conuerſos non auerſatur.* Iam *ſingulis etiã fidelium adeſſe cuſtodiæ cauſſa diuinum angelum, magnus ille* Baſilius *inter alios tradidit. Quemadmodum, inquit, apes abigit fumus, & columbas depellit fœtor: ſic & uitæ noſtræ cuſtodem angelum multis deplorandum lacrymis fœtensq;*

Germanus patriarcha Byzantinus.

Chryſoſtomi locus.

Baſilius de ſingulorum angelis.

Ayuntamiento de Madrid

Theodoriti Therapeutice.

tensq́; peccatũ à nobis ſeiungit. Idem & Theodoritus in-dicat. Nam in Therapeutica ſua uerbis hiſce utitur: Elatus ſuperbia diabolus lapſus eſſe fertur, ac deinceps aduerſus homines exornatos imagine diuina furore quodã exarſiſ-ſe, bellumq́; aduerſus ipſos ſuſcepiſſe. Hac de cauſſa rerum opificem per angelorum inſpectionem atq; tutelam genus humanũ cuſtodire, ne per uim ac tyrannidẽ inadſpectabili ter eos aggreſſus, quos odit ex inuidia, citra cuiuſquã me-tum ac liberè perdat. Quæ quidem ita eſſe, ac fideles ſingu los habere cuſtodem angelum, etiã in Euangelio Matthæi uerbis his exponitur: Videte ne uel unum ex paruis hiſce cõtemnatis. Nam angeli eorũ ſemper faciẽ patris mei, qui in cælis eſt, adſpiciunt. Ac de his quidẽ hæc indicata ſunto. Præterea quæſitum à nõnullis eſt, num hæ poteſtates intel lectiles ante cæli terræq́; creationem conditæ fuerint, an poſtquam illa iam facta erant. Ac Theodoritus quidẽ cum Gennadio mundum hunc ſub oculos cadentẽ productum eſſe in ortũ ante naturas illas inadſpectabiles adſerit. Nam quia certis circumſcripti limitibus ſunt angeli, conuenie-bat omnino, ut locus aliquis exiſteret, quo continerentur. Verùm reliqui patres hoc nequaquã admittere uidentur.

Theodoriti & Gennadij peculiaris opinio.

Alia Baſilij.

Quid magnus ille Baſilius in libro ſuo de primorum ſex dierum operibus dicat, audi. Erat antiquior mundi ortu conditio quædam & ſtatus, ultramundanis illis poteſtati-bus conueniens. In eo rerum opifex quædã condidit, nimi-rum lucem illam intellectilem, beatitati angelorũ Dominũ diligentium conuenientẽ. Audi etiam, quid Gregorius ille cognomento Theologus dicat. Primùm Deus angelicas di uinasq́; poteſtates mente concipit. Ea cogitatio mox opus ipſum erat, Sermone completum, ac ſpiritu perfectum. Se-cundò, mundum è materie craſſa conſtantem & adſpecta

Nazianzeni.

bilem

Ayuntamiento de Madrid

bilem cogitat. Huic conſimilia tradit & frater eius Cæſarius. Omnes, inquit, carnis expertes illi cœtus angelorum prius etiam, quàm mundus hic oriretur, in luce degebant. Itidem Anaſtaſius Sinaites, uir planè diuinus, de his diſſerit: Deus ille noſter, ait, qui ſemper exiſtit, ante omnia creata cogitat & condit angelicas cæleſteſq; poteſtates, quemadmodum ipſe ſolus nouit. Præter hos & Seuerus, & Diodorus, & magnus ille Amphilochius inadſpectabilium naturarum creationē mundum hunc ſub oculos cadentem atq; ſenſilem præceſſiſſe tradunt. Ioannis Damaſceni hæc uerba ſunt: Alij quidem poſt cælum illud primum inadſpectabiles poteſtates conditas eſſe dicunt: uerùm ego Gregorio, cui Theologi cognomentum eſt inditum, adſentior. Etenim conueniebat atq; par erat, primò intellectilem eſſentiam creari, ac deinde ſenſilem: deq; his ambobus, hominem. Itaq; ſupernas illas poteſtates initio Deus in ortum producit. hinc cælum, terram, mare, cuncta his comprahenſa condit. ad extremum manibus ſuis hominem format, quum puluerem de terra ſumſiſſet, ac faciem eius adflaſſet, quemadmodum ſuprà commemorauimus. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem ſimilitudinémque noſtram, qui marinis piſcibus, uolucribus aereis, beſtijs terræ dominetur. Enimuerò cur his in uerbis primò piſcium facta eſt mentio? Dominetur, ait, marinis piſcibus. Nimirum hoc ordini creationis eſt conſentaneum. Nam primò piſces è mari ſunt orti, deinde uolucres: ac ſecundum has, beſtiæ de terra quadrupedes. Sunt etiam, dilecte fili, qui ſcire uelint, quamobrem animalia condita Deus ad Adamum deduxerit. Antea ſcilicet dixerat, Faciamus hominem ad imaginem noſtram, qui piſcibus alijſq; dominetur. Vt ergo

Cæſarij.

Anaſtaſij.

Seueri, Diodori, & Amphilochij.

Damaſceni.

Ayuntamiento de Madrid

*ergo reipſa, quod dixerat, eueniret: ad Adamum animalia deduxit, ut hinc eorum obedientia cognoſceretur. Quippe circumſtabant ipſum omnia, tamquam eius mancipia. Præterea debebat hoc pacto ſapientia diuinitus Adamo conceſſa innoteſcere. Nam ſingulis animalibus tum nomē, cuiuſq; naturæ conſentaneum, indidit. Faciamus hominem ad imaginem ſimilitudinemq́; noſtram: hoc eſt, largiamur ei rationis abundantiam, ut magnus ille* Baſilius *hæc uerba declarat. Ex his quod imaginem attinet, eam accepi à* Deo, *nimirum quòd rationis ſum particeps: quod ſimilitudinem, mihi reliquit. Nam ſi hoc quoq; indidem accepi, quæ nam mihi conceſſa eſt gratia? Quapropter* Dei *ſimilitudinem refero, quum ex meipſo bonus fio. His cōſentanea* Ioannes *etiam* Damaſcenus *tradit,* Deum *nos ad ſimilitudinē condidiſſe, ut pro uiribus humanis ei ſimiles euadamus. Quippe uirtus à* Deo *quidem conceſſa eſt naturæ noſtræ, uerùm in poteſtate noſtra ſitum eſt, ut uel in ea perſeueremus & obſequamur* Deo: *uel ab ea recedamus, & obſequamur* Diabolo. Ioannes Chryſoſtomus *in oratione* XXI *de ſex dierum operibus hæc uerba profert: Quo die* Deus Adamum *condidit, ad imaginem* Dei *condidit eum: hoc eſt, omnium poteſtatem ei conceßit. Nam ſicut imperium* Deus *habet in omnia, tam adſpectabilia, quàm inadſpectabilia, tamquam uniuerſorum opifex: ita quum animal hoc rationis particeps condidiſſet, habere ipſum uoluit imperiū in res uniuerſas, quæcumq; ſub adſpectum cadunt. Iccirco & eſſentiam animæ ipſi largitus eſt, uti quem immortalem prorſus eſſe uellet. Quin etiam mandatum ipſius tranſgreſſum non omnino auerſatur, ſed immortalitate ſpoliatum, & ad mortem condemnatum, propè in eodem imperio relinquit. Nam homo per rationem,*

Ayuntamiento de Madrid

tem, qua præditus eſt, etiam hodie cuncta in poteſtate ſua retinet. Quamquam enim feras agreſtes nonnumquã pro lubitu ſuo uidemus in hominem irruere: tamen id tantopere mirari non debemus, quando conſilio diuino accidit, ut hoc modo uel inuiti de peccato admoneamur, cuius cauſſa nobis hoc cõtigit ſupplicij, ut ſubiectos imperio noſtro metuamus. Rerum quidem omnium, quæ ſunt in terris, principem conſtitutum eſſe hominẽ à Deo, uel ipſa de forma intelligi perſpicuè poteſt. Nam recta homini forma (ceu uides) data eſt, qua tendit ad cœlũ, ſurſumq; ſpectat. Hæc autem omnia, ſicut ait antiſtes ille Nyſſenus, imperio conuenire uidentur, & regiã quamdam maieſtatem indicare. Nam quòd ſolus inter res uniuerſas homo talis eſt, quum alijs omnibus deorſum corpora propendeant: id uerò palàm dignitatis diſcrimen indicat. Atq; heic animum mihi, dilecte fili, aduertito. Quum adficere uellet hominẽ Deus honore peculiari, paradiſum prius conſerit, atq; ita deinde ipſum in eo collocat: tametſi Pyron ſcriptor annalium poſt XL primum dies Adamum paradiſum ingreſſum eſſe tradat. Ego uerò non uideo, ubi Adamus antea uerſatus fuerit, quum XL dies extra paradiſum degeret. Refutat hanc opinionẽ Chryſoſtomus, quum ait: Licebat Adamo etiam extra paradiſum degere, uerùm ea loca nõ erant hominis domicilio præſcripta deſtinataq;, ſed tam iumentis, quàm ceteris terræ beſtijs: quum homini paradiſus, tamquã uoluptaria quædam domus, eſſet datus. Eam ipſam ob cauſſam animalia Deus ad Adamum adduxit, uelut ab eo ceteroqui ſeparata. Quæ quũ ita ſint, non Pyroni, ſed huic oratori noſtro aureo uelim aures præbeas, qui reapſe ſpiritus ſancti diſcipulus fuit. Sequũtur hæc hiſtoriæ diuinæ uerba: Faciamus Adamo adiutricem ſecundum

Pyronis chronographi error.



Ayuntamiento de Madrid

dum ipſum, hoc eſt, tam ipſi quàm toti eius naturæ cõſimilem, non reliquis animalibus. Nam ea naturam eamdem cum homine cõmunem non habent. Heic aũt Manes Deũ mendacem eſſe dixit, & conſimiliter Aquila. Nam uocem hanc in uerſione Græca, κατ' αὐτὸν, contra ipſum interpretabantur propterea, quòd Adamũ hæc non multo pòſt ad mandati diuini uiolationem impulerit, ideoq; facta ſit inſidiatrix, quæ adiutrix appelletur. Hæc illorum eſt opinio. Verùm de ſententia diuini hominis Cyrilli, atq; etiam Damaſceni, adiutrix hæc Adami dicta eſt, ad humani generis propagationem. Itaq; ſomnum Adamo grauiſsimum Deus immittit, unaq; ex coſtis detracta, mulierem ex ea conſtruit. Hac Adamus deinde conſpecta, ueriſsimè uaticinans dixit: Hoc nunc demum os ex oſsibus meis eſt. Nam mulier minimè deinceps eodem modo exiſtet è uiro ſolo, ſed per amborum coniunctionem & coniugij legem procreabitur. Hoc pacto conſopiuit Adamum Deus, ſumtaq; coſta ipſius una, Euam cõſtruxit. Nam neceſſarium erat, Euam non itidem, ut in Adamo factũ erat, è terra proueni re, ſed ex ipſa potius Adami eſſentia: quo hac ratione mutuus amor coniugibus inderetur. Et ſomnum ei grauẽ immittit, ne ſenſum aliquẽ doloris in ademtione coſtæ perciperet, quemadmodũ Chryſoſtomus ait, eaq; de cauſſa cõiugem hoſtili quodã odio proſequeretur. Itidem coſtã unã ſumit, de qua mulierẽ conſtruit, eiusq; locũ carne cõplet. At quamobrẽ complet? Ne ſomno excitatus, per id, quod aberat, ſentire quod acciderat poſſet. Quamquã enim hoc ademtionis tẽpore ignoraſſet, tamẽ deinceps animaduerſurus erat. quapropter carne Deus coſtæ defectũ ſuppleuit.

Manis & Aquilæ blaſphemia.

## DE ANIMA.

Dixit Deus: Augeſcite, multiplicamini, replete terrã.

Hoc in

Ayuntamiento de Madrid

Hoc in loco Baſilij uerbis animum aduertito. Tradit enim duplex incrementũ eſſe, quorum aliud ſit corporis, aliud animæ. Corporis incrementum eſt, de ſtatura parua conuenientem ad magnitudinem peruenire. At incrementum animæ per diſciplinas conſequimur. Etiam Chryſoſtomus de anima inquit, eam quum ſemel à Deo ſuam naturã & exiſtentiam nacta eſt, more corporis ad incrementum aliquod aliud nequaquã tendere. Nam quî fieri poſſet hoc in anima, quæ tamquã imago Dei tam quãtitatis expers eſt, quàm figuræ? Quamobrem anima intelligentiæ ui prædita ſic eſt à Deo cõdita, ut ſtatim ab initio perfecta ſit: etiamſi paullatim unà cũ corpore uideatur incrementũ aliquod ſumere. Perſpicuũ hoc eſt ex hiſce Nyſſeni Gregorij uerbis: Animæ forma pro inſtrumẽti ſubiecti ratione conſpicitur. Quũ enim particeps natura noſtra ſit eius ortus, qui & uitijs obnoxius, & animaliũ rationis expertiũ ortui adfinis eſt: fieri nequit, ut hominis in figmẽto ſtatim diuina imago eluceat, ſed uia quadã ac ſerie hominẽ ad perfectionem peruenire neceſſe eſt: non quòd alia infanti, alia matura ætate uiro indatur anima: ſed una eademq; anima in illo quidem imperfectionẽ ſuam, in hoc perfectionẽ demonſtrante. De quo iam colligi poteſt, animã in ipſa etiã infantili ætate perfectam eſſe, uerùm facultatem ſuam & efficacitatẽ omnem declarare necdum poſſe. Quemadmodum enim muſicus præſtantiſſimus minutis in tibijs exile atq; abſonum carmen canit, at quũ tibias adeptus eſt amplas, tum ſcilicet artẽ ſuam totã demonſtrat: ſic & anima Ex poëmata Nazianzeni de Anima.

—— debilibus cum membris debilis ipſa,
De ualidis elucet, & omnem deniq; mentem
Oſtentat: ——

Quẽadmodũ Gregorius cognomento Theologus in cõmen



Ayuntamiento de Madrid

tationibus ſuis, quas uerſibus eſt complexus, inquit. Nam prout inſtrumentum adfectum fuerit, ipſa quoq; uim & efficacitatē ſuam declarat. Augeſcite, inquit Deus, multiplicamini, replete terram: nō eam quidem inhabitatione, ſed imperio ueſtro, quemadmodū hæc uerba magnus ille Baſilius interpretatur. Nec enim homines neceſſe habent uel peruſtam illam à ſole terrā, uel cultus omnis expertē, uel frigore nimio inutilem, uel inacceſſam replere: ſed hac uoce Deus nobis ius replendæ terræ conceſſit. Noſq; adeò replemus eam ex rationis arbitrio. Poſteaquàm enim perſpeximus, quantum ſpatium terra peruſta & inhabitabilis occupet, quantū aquilonale clima, quod nimij frigoris cauſſa nequit excoli, & eſt inutile: an non terram reliquā compleuimus? non delecta eius utili parte, quidquid habitationi hominum eſt inutile, reliquimus? Dixit item Deus: En ego conceßi uobis omnes frugiferas arbores, quibus ad alimoniam & uos utamini, & omnes beſtiæ terreſtres. Heic animum aduertito. Deus quidem piſcium, & animalium reliquorum dominum fecit hominem: uerùm ut ijs ueſceretur, non permiſit. Nimirū hæc prima lex tantùm homini fructuum uſum concedebat, quum adhuc paradiſo dignus eſſet. Itaq; tā homines, quàm aereæ uolucres & terreſtres beſtiæ fructibus arborum, herbis, gramine ueſcebātur. Et quāquā hodie leo, pardalis, aliæ feræ cruētis mactationibus cibiſq; delectentur: tamen id temporis hæc etiam animalia legi naturæ ſubdita fructibus tantùm alebantur. At poſteaquàm Deus hominem iam factum intemperantiorem uidit, altera lege poſt diluuium poteſtatem ei facit omnibus ueſcendi. Cuncta uobis, ait, perinde fruenda concedo, ut herbarum olera. Propter hanc conceßionē reliqua etiā animalia quibuslibet ueſci ceperunt. Itaq; leo

Quî terra compleatur à nobis.

carniuo-

Ayuntamiento de Madrid

carniuorus ab eo tempore fuit, & morticina uultures obſeruant. Nec enim id tēporis, quo primùm oriebantur animalia, terrā uultures circumſpectabāt, ut ad paſtum cadauera cōſequerentur: ſed in pratis alimoniam quærebāt. Videmus et hodie canes medicamēti cauſſa gramine ſæpe numero paſci, non quòd hoc nutrimento uelut idoneo uefcantur: ſed quia doctrina quadā naturæ, diſcendo nō percepta, tendunt ad ea rationis expertes beſtiæ, quæ ipſis utilia ſunt. Eiuſmodi fuiſſe tunc animalia carniuora cogitabis, quæ gramine ſcilicet ueſci conſueuerint, nō ſibi inuicē inſidiari. Facta eſt igitur fruitionis horū cōceßio poſt diluuium, ſicut indicatū eſt hactenus. Enimuerò ſunt hodieq; nōnulli, qui uitā ſuam ad imitationē uitæ paradiſi (quantū eius fieri poteſt) inſtituentes, à nimiū craſſa illa ciborum fruitione abhorrent, ac tum fructibus, tum ſeminibus, & omnibus ijs, quæ de arboribus proueniūt, utuntur. Quæcumq; ſcilicet præter hæc ſuperuacanea ſunt, tamquā non neceſſaria recuſamus. Etenim nec abominabilia putari debent, propter creatorē, nec expetēda magnopere, propter carnis luxum, & ad delicias propenſionem.

## CARNIBVS HOMINES ANTE diluuium non uictitaſſe, tametſi Abelus opilio fuerit.

NOui te, dilecte fili, hac etiam in parte non parum hæſitare. Si carnium, dices, ante diluuiū non erat uſus: cur tamdē Abelus erat opilio? Verùm ſcire debes pecudū curam inuentā fuiſſe ueſtimentorū cauſſa, quemadmodū in oratione de ſex dierum operibus VIII Chryſoſtomus inquit. Eiuſdem rei fidē tibi litteræ ſacræ facient, de primùm formatis hominibus ita loquētes: Et pelli



Ayuntamiento de Madrid

ceis tunicis eos Deus induit. Nam hoc ipſo Deus & utilitatem huius amictus oſtendit, & ſimplicitatē inelaboratam. Voluit enim certo conſilio de lanis ouium ueſtes hominibus fieri, alia certè nulla de cauſſa, quàm ut tegumentum haberent, neu rationis hoc particeps animal brutorum more quadam cum deformitate ac inuerecundia nudum incederet. Et quidem hic ueſtimentorum amictus perpetua nobis ſit commonefactio lapſus eius, quo tantis bonis excidimus, deq; pœna nos erudiat, qua genus humanum propter inobœdientiā adficitur. Ceterùm hæc quoque Deus ad Adamum protulit: Omnibus paradiſi arboribus ueſcéris, præter arborem ſcientiæ boni atq; mali. Nam ea quocumq; die ueſcemini, morte multabimini.

## DE COGNITIONIS ARBORE.

ACcuratè heic, dilecte fili, quid dicatur aduertito. Nam diſſenſio non exigua propemodum inter omnes eſt, tum de arboris huius natura, tum fruitione. Neq; de hoc tantùm, ſed etiam nonnulli uolunt Adamum cibo ſenſili fuiſſe ſatiatū, eaq; tum feciſſe, tum paſſum eſſe, quæ à paſtu neceſſariò naturæ mortali conſueuerunt accidere. Quapropter ipſa requirit neceßitas, ut de ipſius Adami natura prius quædam exponamus. Nam ea ratione cognoſcemus, quantum quidem eius fieri poterit, quis cibus ille fuerit, quo in paradiſo ueſcebātur Adamus, & quæ arboris ſcientiæ natura exſtiterit. Adamū alij quidē à Deo conditū fuiſſe mortalē dicunt, alij uerò medio quodam loco conſtituunt, nimirū inter immortalitatē & mortalitatem. Etenim abſq; hoc foret, ut ipſi quidem inquiunt, non poſt tranſgreßionem morti fuiſſet factus obnoxius. Enimuerò tu hos miſſos facito, quando ſapiēs ille Solomo in ſapientia ſua tradit, Deum mortem non condidiſſe. Immò in

Ayuntamiento de Madrid

mò in ſtatu interitus experte creauit hominem, ad imaginem æternitatis ſuæ. Verùm deinceps inuidia Diaboli mors in mundum uenit. Quare ſi Deus in ſtatu interitus experte ad imaginem æternitatis ſuæ condidit hominem: quo pacto dici à nobis poteſt, Adamum interitui mortalitatiq; ulla ex parte obnoxium fuiſſe? præſertim quum mortem, ceu dictum eſt, ab initio minimè Deus condiderit. Nam ſi dicamus, Adami corpus illud interitui quodam modo ſubiectum fuiſſe: nihil aliud ſignificabimus, niſi auctore Deo ab initio ſtatim interitũ ac mortem in nos imperium habuiſſe. Nequit autem hoc uerum eſſe, nequit: quũ mors à Deo, ſicuti diximus, profecta nõ fuerit. Quapropter omnis heic dubitatio tollatur. Nam ſi ſtatim, quum hominẽ conderet Deus, ad eum dixiſſet, Quacumq; die ueſcemini de hac arbore, morte multabimini: habuiſſent ſanè, quod obijcerent, qui Adamum inter immortalitatem ac mortalitatem medium quaſi faciunt. At quum poſt creationem ipſius non exiguo interiecto ſpatio lex hæc promulgata fuerit, per quam mors occaſionem aduerſus nos arripuit: prorſus heic hæſitare non debebant, qui litteras ſacras & attentè, nec ſine conuenienti perueſtigatione ſe legere profitentur. Igitur ab initio rerũ Deus hominem in ſtatu interitus experte condidit, hoc eſt immortalem in ortum produxit, ad imaginem æternitatis ſuæ. Nihil heic difficultatis obijci tibi patitor. Habes Anaſtaſium Sinaitem, uirum diuinum, qui in oratione ſua de reſurrectione ſic inquit: Condidit hominem Deus, & quidem Dei ad imaginẽ eum cõdidit. Hæc prima fuit creatio, ſimplex, nullum coniugij uinculum habens, interitus expers. Quòd ſi prima creatio fuit expers interitus, quemadmodum ſanctus hic uir ait: quid de homine primo dicemus? Anaſtaſij locus.



Ayuntamiento de Madrid

dicemus? Nimirum Deus eum ſtatim ab initio expertem interitus condidit, & dono immortalitatis ornauit. Quæ quidē uerba nequaquā mea ſunt, ſed uir eximius, Andreas antiſtes Cretenſis, in oratione ſua de ijs, qui obdormierunt, in hunc modum loquitur: Quum hominem creaſſet Deus, hoc ei dignitatis largitus eſt, ut eſſet particeps rationis, intelligendi facultate præditus, immortalis, interitus expers. Quòd ſi dignitatem hanc immortalitatis homini Deus cōceßit, quî fieri poteſt, ut eumdem pariter & mortalem & immortalem dicamus? uel obnoxium interitui pariter, & interitus expertem? Nequit hoc prorſus, mea quidē opinione, fieri. Nam immortali & interitus experti nequaquam poteſt uel morti uel interitui ſubiecta conditio tribui. Enimuerò ſcire quidē nequeo, quibus hi cauſſis permoti, non modò non miſcenda miſceant, quum ſcilicet Adami corpus medio inter immortalitatem ac mortalitatem loco coſtituunt: ſed etiā naturales adfectiones atque morbos ei tribuere non uereantur, qui ante peccatum tam illarum adfectionum, quàm interitus expers erat, & quidem hoc ipſum citra demonſtrationem aliquam, è ſacris petitam litteris, faciant. Quapropter nihil heic tibi uerendum eſt. Nam hominem ad imaginem Dei conditum, tali ab initio natura præditum fuiſſe, nimirum immortali & interitus experte: ac præterea corpus illud Adami nullo modo ulli paßioni obnoxium fuiſſe, ſupra interitum ſcilicet omnem poſitum: Ioannes ille noſter Chryſoſtomus & prolixius & clarius te docebit. Etenim fuere nonnulli tam in hoc corpore interitui obnoxio carpendo & eleuando acerbi, ut etiam indignum dicerent, quod à Deo conditum exiſtimetur. Si figmentum, aiebant, manuum Dei foret, non tot miſerijs & ærumnis

Andreæ Cretenſis locus.

eſſet

Ayuntamiento de Madrid

*eſſet obnoxium.* Aduerſus hos ille in hunc modum diſſerit. *Nemo mihi hominem hunc obijciat, qui offendit, qui condemnatus eſt, qui adfectus ignominia; ſed ſiquidem ſcire uultis, quale nã ab initio corpus nobis* Deus *formauerit, ad paradiſum noſmet conferamus, & hominem illũ principem intueamur.* Nec *enim corpus ipſius interitui obnoxium & caducum erat, ſed inſtar aureæ ſtatuæ recẽs eductæ de fornace, mirificeq; ſplendẽtis, ab omni corpus illud interitu erat immune.* Non *illi moleſtus erat labor ullus, non à ſudore lædebatur, non inſidiabantur ei curæ, non mœrores ipſum oppugnabant, non ſordes, non lacrymæ, non aliud quidquam eiuſmodi adfectionum uexabat. Verùm poſteaquàm aduerſus beneficum erga ſe* Deum *petulanter ſe geßit, &* Deum *ſe euaſurum ſperauit, & maiora quàm ipſius dignitas ferret, animo concepit: tum uerò caſtigans eum* Deus, *interitui mortiq; reddidit obnoxiũ, ac uarijs hiſce neceßitatibus adſtrinxit.* Hæc *hominis illius diuini uerba ſunt, quorũ auctoritate ſi corpus* Adami *dicamus interitus expers fuiſſe, rectè id quidem facturi ſumus.* Nam *quod nulli ſubiectum eſt interitui, haud dubiè fatendum eſt interitus expers eſſe.* Quòd *ſi expers interitus fuit, quo pacto tamdem aliquid pati potuerit, ſcire cupimus.* Etenim *cogitare per nos ipſos, qui corpus ab omni liberum ac immune interitu ſub adfectiones cadere potuerit, non ſatis poſſumus: ideoq; per alios hoc ipſum expetimus cognoſcere.* Corpus *quidem illud expers interitus & immortale fuiſſe, beatus etiam* Cyrillus *oſtendit, in oratione ſua de hominis creatione ſic ad uerbũ differens:* De *terra quidem factum erat* Adami *corpus, ſed idem ſupra mortem & interitum omnem poſitum erat.* Quippe *uitam ei uitæ ſuppeditator & auctor inſeuerat.* Idem *& à* Baſilio *magno*

Cyrilli oratio de hominis creatione.

Baſilius.



Ayuntamiento de Madrid

magno uerbis his ſignificatur: Quum formaſſet hominem Deus, æternæ uitæ fruitionem ei largitus eſt. Præter hos diuinus ille Barlaamus ad Ioaſaphũ in hanc ſententiã ſcripſit: Hominem illũ principem Deus uoluntate libera præditum et ornatum immortalitate, uniuerſarum rerũ terreſtrium regem conſtituit. Ipſa deniq; ſacrarum litterarum uerba mihi adſpice, nec obiter pellege. Simul enim homo ad imaginem Dei condebatur, & tam arbitrio uoluntatis libero, quàm immortalitate diuinitus donabatur. Quo igitur pacto dicemus eum pariter immortalitatis ac mortalitatis participem? Abhorret hoc ſcilicet ab omni ratione. Quippe ſi nobiſcum rectè poſſemus expendere, quòd hominem Deus terreſtrium regem conſtituerit, ornatum ab ſe prius immortalitate: non heic mortalitatis quidquã immiſceremus, non de condito ad imaginem Dei quidquam abſurdi cogitaremus. Facit huc Ioannis Chryſoſtomi locus, qui in oratione XXI de ſex dierũ operibus exſtat. Quum hominem, inquit, creaſſet Deus, uoluit eum in res uniuerſas adſpectabiles imperium habere. Iccirco etiam ei naturã & eſſentiã animæ largitus eſt, quòd eũ perpetuò uellet immortalẽ eſſe. Ac tametſi per ſecordiam lapſus ſit, mandatumq; ſibi præſcriptũ tranſgreſſus: nõ tamẽ ipſum prorſus auerſatus eſt, ſed immortalitate ſpoliatũ, ac morte damnatum, propemodũ in eodẽ imperio reliquit. Heic autẽ notandũ, quòd non ſolùm Deus ipſum cõſtituere uoluerit adſpectabiliũ regẽ, ſed etiã hoc imperiũ ei cõceſſum abſolutè fuiſſe, rebus ipſis declararit. Quippe ad ipſum animalia cuncta deduxit, tametſi quid ſequuturũ eſſet, nõ ignoraret. quo factũ, ut omnia ſeruilẽ in modũ ipſi adſtãtia, ſuas per ipſum appellationes acceperint. ita per mentẽ intelligẽtię ui præditam Deus hominẽ etiã immortalitate ornauit.

Ayuntamiento de Madrid

ornauit. Quamquã enim futurã non multo pòſt exorbita-tionẽ non neſciret, tamẽ quũ ob ſolũ cogitationis inſtitutũ dãnare nõ uellet, cõſentanea Deo ratione conſiliũ ſuũ perficit: adeoq; mentis participẽ (ut diximus) animã ei largitur, ut omnino immortalis eſſet. Enimuerò cur hominẽ ſtatim ab initio regẽ terreſtrium, & immortalẽ condidit? Vt hinc diſcamus, etiã opificẽ illũ noſtri Deũ cũctis illis ſupernis poteſtatibus cũ imperio præeſſe, nec nõ eumdẽ eſſe immortalẽ, omniſq; expertẽ interitus. Nã ea de cauſſa puluere ſumto inqt, Faciamus hominẽ ad imaginẽ noſtrã. quod quũ Solomo nõ ignoraret: Deus, ait, mortẽ nõ cõdidit, ſed in ſtatu, interitus experte ad imaginẽ æternitatis ſuæ hominẽ creauit. Ac tametſi deinceps eum ad mortẽ dãnauit, non tamẽ diu conſolationis egere permiſit. Nam transfert Enochũ, eaq; re naturã noſtrã condocefacit, ut immortalitatem illam exſpectet, qua propter inobœdientiã excidit. Audi quid hac in parte magnus ille Athanaſius in oratione ſua de Adſumtione tradat. Mors quidẽ intrauit per inobœdientiã, uerùm nihilo minus ſuæ cõminationis uigorẽ laxãs Deus, ſtatim humano generi ſpẽ immortalitatis oriri facit, dũ Enochum è medio rapit, eoq; pacto nos docet, metas immortalitatis exſpectandas nobis eſſe. Confirmant hæc & Chriſti diſcipuli, quũ dicũt ea, quæ Enocho et Eliæ acciderint, repræſentare nobis inſigniter liberationẽ noſtri ab interitu, & uitam illã perpetuam. Ac de his quidẽ in hunc modũ illi diſſeruerũt. Ioannes autẽ Chryſoſtomus expoſuit etiã illuſtrius, hominẽ primũ hac ab interitu immunitate præditum fuiſſe, idq; per hæc ipſa uerba. Placuit Enochus Deo, ꝓpterea trãsfertur. Heic mihi Domini bonitatẽ intuere. Quũ enim reperiſſet hominẽ egregia uirtute præditum, non ea dignitate ſpoliat ipſum, quam ante

mandati

Ayuntamiento de Madrid

mandati uiolationẽ homini primùm formato largitus fuerat. Quod ſi ita eſt, quid uerbis eſt opus? Nam ſi primus homo immunitatẽ illam ab interitu habuit, quam ut homines exſpectent, Enochus translatus docuit: omnino perſpicuum eſt, quòd à Deo talis cõditus ab initio fuerit, qualem ex mortuis reſurrecturum oracula diuina tradũt. His tu fidem derogare noli. Nam & Anaſtaſius ille Sinaites in oratione ſua de reſurrectione, uerbis his eadem apertiſſimè tractat. Tale ſuſcitatum eſt ex mortuis corpus, dudum collapſum, quale ab initio erat: reiectis atq; depoſitis omnibus, quæ prius ei per peccatũ accidêre. Velim his mihi uerbis animum aduertas. Si tale ſuſcitatum eſt, quale ab initio erat, & ſi corpus illud, quod excitatur, ſic ſuſcitari conſtat, ut ſupra mortem interitumq; poſitum ſit, quod ipſum magnus ille Paulus confirmat hiſce uerbis, Oportet hoc corruptibile incorruptibili natura, & hoc mortale immortalitate indui: planè perſpicuum eſt, etiam corpus illud, quod eſt omnium primò factum à Deo, reuera immortale ac interitus expers fuiſſe, ſicuti iã ſæpe diximus. Idem & Nyſſenſis ille Gregorius tradit, ubi dictum illud Eccleſiaſtæ declarat, cuius hæc uerba ſunt: Quid eſt, quod fuit? idem illud, quod erit. Quid factum? idem illud, quod fiet. Inquit enim hoc loco, manu Dei factũ hominem, non quod nunc propter peccatum eſt, nimirum mutationi & interitui obnoxius, ab initio fuiſſe: ſed quod deinceps efficietur, expers ſcilicet mutationis et interitus. Quapropter ſi Deus in ſtatu interitus experte condidit hominem, ad imaginem æternitatis ſuæ, quemadmodum Solomo loquitur: ſi honorem ei proprium detulit, cõmunicata cum ipſo anima intelligentiæ ui prædita, quo perpetuò immortalis eſſet, quemadmodum Chryſoſtomus ait: ſi æternæ uitæ frui-

Anaſtaſij locus.

Repetitio teſtimoniorum & rationum omnium.

tæ frui-

Ayuntamiento de Madrid

tæ fruitionẽ largitus eſt homini ab initio Deus, ut magnus ille Baſilius loquitur: ſi Adami prima creatio interitus erat expers, ut Anaſtaſius ille Sinaites inquit: ſi dignitatẽ hanc ab initio Deus homini dedit, ut immortalis & incorruptibilis eſſet, ut uir diuinus Andreas dixiſſe reperitur: ſi hominem Deus libertate uoluntatis donatum & exornatum immortalitate, regem omnium terreſtrium cõſtituit, quemadmodum uir beatus Barlaamus prædicat: quo tandem ore pariter eum mortalẽ ac immortalem à Deo conditum dicemus? nequit hoc ullo pacto fieri, quando peritiſſimus ille rerum diuinarum Gregorius eiuſmodi nos de homine illo principe imaginari non ſinit. Quum enim illũ nullo uel tegumento, uel ueſtitu indiguiſſe tradit, clarè demonſtrat, ornatu immortalitatis amictum fuiſſe. Enimuerò his contradicere uelle, iniquum fuerit. Nam uel corpus illud adfectionibus hiſce naturalibus ſubiectum erat, & pro confeſſo ſtatuetur, obnoxium corruptioni fuiſſe: uel ſupra omnes adfectiones erat poſitum, quemadmodũ oratione ſuperiori eſt declaratum. Itaq; de incorruptibilitate ipſius minimè dubitandum eſt, quum manifeſtò pareat, interitui nulli reapſe ſubiectum fuiſſe.

## ADAMI CORPVS INCORRVptibile conditum à Deo fuiſſe.

EOdem modo, dilecte fili, corpus etiam Domini noſtri Ieſu Chriſti corruptibile fuiſſe fatemur ante paſſionem, quum adfectionibus naturalibus ſubiectum fuerit: ac rurſum poſt paſſionem & reſurrectionem incorruptibile. Nam adfectiones eiuſmodi prorſus depoſuit, ex mortuis ſuſcitatum. Qua ipſa de cauſſa nudum è ſepulcro exſilijt, relictis in eo cũctis ſepulcralibus exuuijs.

Quippe

Ayuntamiento de Madrid

Quippe iam factum incorruptibile, ceu diximus, nõ tegumẽti ullius egebat. Quid multis uerbis opus eſt? Si primus ille Adamus pariter mortalis erat, & immortalis, ſi naturalibus adfectionibus obnoxius erat, ut multi opinantur: omnino neceſſariũ eſt ſtatuamus, noſtra quoq; corpora deinceps condicionis eiuſdẽ futura, ſi quidẽ ad ſtatum primi illius Adami reuertentur. Id uerò dici nefas fuerit, quando etiam oratione deficiente fidẽ facere nobis ipſæ res abundè poſſunt. Quippe ſi homo hic obnoxius interitui, poſteaquàm defoſſus in terrã fuerit, & computruerit, incorruptibilis et immortalis ex mortuis ſuſcitatur, beato Paulo hoc ipſum uerbis hiſce comprobante, Seritur in mortalitate, ſuſcitatur in immortalitate: clariſſimè patet, etiam Adamum ante peccatum talem ab initio fuiſſe, nimirũ incorruptibilem & immortalem. Neq; mirũ hoc tibi uideatur, quando etiam coniectũ in terram ſemen, tale cõſueuit oriri, quale prius erat. Nã ſiue tritici granũ appelles, ſiue hordei, ſiue aliud quoduis ſemen: illud ipſum è terra ꝓdit, quod in eam coniectũ fuerat. Hæc fabuloſa tibi nequaquã uideãtur. Etenim magnus etiã Athanaſius ille probare uolẽs, nos ex incorruptibili natura corruptibiles factos eſſe, ac uiciſſim ex corruptibili reſurrecturos incorruptibiles, grani ſimilitudine quamaptiſſimè uſus eſt, in hunc modũ ad Antiochũ differens: Quemadmodũ grano ſpicã ab initio Deus adiũxit, & cõtrita ſpica granũ conſitum, rurſus ſpicã producit: ſic homo diuinitus incorruptibilis factus eſt, deinde per inobœdientiã attritus interijt. Verùm ubi per mortẽ ſeritur, et terra defoditur, repullulat & incorruptibilis fit, qualis ab initio erat. Noli hoc loco mihi obijcere: Si erat antea immortalis, quo pacto deinceps interitui mortalitatiq; factus eſt obnoxius? Hãc tu mihi uocem,

Athanaſius ad Antiochum.

Quo

Quo pacto, miſſā facito. Nā Deus erat, qui dixerat: Quo-
cūq; die uescemini hac arbore, morte multabimini. Et au-
des tu mihi obijcere, quo pacto mortalis factus ſit, qui im-
mortalis erat? Deſine Quo pacto interrogare. Ioannes ille
Chryſoſtomus in oratione ſua de Adami exſilio dubitatio- Chryſoſtomi oratio de Adami exſilio.
nē hāc tibi ſoluet. Trāſgreſſus eſt, inquit, mādatū Adamus,
comedit à quo iuſſus erat abſtinere. Propterea qui immor
talis erat, mortalis factus eſt. Quónā id pacto, percūctari
deſine, ne fortè de hoc mortali corpore magis etiā hæſites,
& quónā pacto reſurrecturum ſit ex mortuis immortale
quæras, quū mortale ſit & corruptibile. Nā qui de eo du-
bitat, quo pacto qui immortalis erat, mortalis factus ſit: ne-
ceſſariò de hoc etiā dubitauerit, nec reſuſcitationē ipſius
ex mortuis facilè admittendā exiſtimauerit. Quamobrem
illud tuū Quo pacto, miſſū facito. Vbi Deus, ibi Quo pa-
cto locū nō habet. Cōdidit enim Deus hominē ad ſtatū in-
teritus expertē, omniū terreſtriū principē cōſtituit, perpe
tuā ei largitus eſt immortalitatē, uti ſuprà declaratū eſt,
ipſum deniq; quod attinet, habiturus hāc erat homo ſæcu-
lis æternis, quū munera Dei ſint irreuocabilia: ſed quia ui-
debat eū ad peccatū delabi, ac propterea ſublimi illo uitæ
genere, quod angelorū uitæ par erat, excidere: ipſo cōce-
dēte mors aduerſus eū occaſionē arripit. Quippe ne qui-
dē expediebat, hominē ex eo tempore immortalē eſſe. Nā
niſi tale qddā accidiſſet, niſi cōdonatio deinceps facta fuiſ-
ſet ex beneuolētia, ne malū perpetuū foret: nequaquā per-
miſiſſet Deus, ut mors ad hominē primū, in ſtatu experte
interitus cōditū ad imaginē æternitatis Dei, accederet: nec
corpus illud ſupra mortē et interitū omnē prius poſitum,
corruptioni factū fuiſſet obnoxiū. Quæ quū ita ſint, quo
tandem pacto dicemus eum mortalem pariter, et immor-

talem

Ayuntamiento de Madrid

talem eſſe conditum à Deo? Quamquam enim nõ ſeruato mandato, ſibi præſcripto, in mortem incidit: tamen hoc ipſum referri debere ad poſteriorem illam adminiſtrationem, uti ſuperius indicatum eſt, reperiemus: ſi quidem ſeriei ſacrarum litterarum aduertere animum uolemus. Nõ enim tum, quum cõderet hominem Deus, ut antea dicebamus, his ad ipſum uerbis uſus eſt, Quacumq; die uefcemini hac arbore, morte multabimini: ſed aliquanto poſt eius creationem interiecto tempore. Poſteaquàm enim regem ipſum conſtituerat, poſteaquàm animalia cuncta deduxerat ad eum, poſteaquàm diuinum de ipſo cõſilium ad exitum perductũ erat: tum demum hac eum uoce compellat. Simul aduerſus ipſum id temporis mors locum inuenit. Quamobrem hoc? ne ſi manſiſſet immortalis poſt tranſgreſsionem, neceſſariò peccatum quoq; cum ipſo ſine finẽ maneret. Et uerò immortalẽ futurum fuiſſe, hominẽ etiam poſt peccatum, niſi diſpenſatio diuina quædam acceßiſſet, ne ipſi quoq; perpetuis pœnis ſubijceremur, ut angelis lapſis accidit: diuinus ille uir, Gregorius antiſtes Nyſſenus oſtendit. Poſteaquàm, ait, homines illi principes uetita cõmiſerunt, ac beatitate ſua nudati ſunt: pelliceis tunicis, hoc eſt, animalium mortalitate, certo quodam conſilio & diſpenſatione Deus naturam ad immortalitatem conditam induit, ne malũ perpetuò duraret. Quibus in uerbis præclarè dictum, feciſſe Deum hoc certo quodam conſilio & diſpenſatione. Nam ſollicitus de nobis, ne fortè perpetuò peccaremus, neu triſtis hæc & ærumnoſa uita duraret æternùm, uti Ioannes etiã Chryſoſtomus inquit: morti poteſtatem facit immortalẽ inuadẽdi; atq; hoc modo mortalis fit, qui immortalis erat; & corruptibilis, qui nulli erat interitui obnoxius. Idem nobis etiam Baſilius perſuadeat, cuius

Ayuntamiento de Madrid

cuius hæc uerba ſunt: Mortē Deus nō prohibuit, ne infirmitas ac morbus ille noſter æternùm duraret. Quo ſit, ut in lucro mors poni debeat, & hæc pœna beneficij loco haberi, quemadmodū Gregorius ille cognomēto Theologus ſcripſit: adeóq; nos iccirco mœrere non cōuenit. Quamuis enim in terrā, unde ſumti ſumus, reuertimur, iuxta imprecationē illā Dei, Terra es, et in terrā redibis: tamē indidē, uti Chryſoſtomus ſcripſit, ſuſcitamur, ac meliorē ad cōdicionē transformamur, ita ut tales rurſum euadamus, quales eramus prius, hoc eſt, interitus expertes & immortales. Nihil igitur heic hæſitandum, quādo patres illi diuini reſurrectionem ex mortuis nihil aliud nobis policeri tradūt, quàm lapſorū in integrū et condicionē priſtinā reſtitutionem. Vide, ſi placet, quid præ ceteris diuinus ille uir Anaſtaſius in hac parte dicat. Fecit, inquit, hominē Deus, & qdē eū ad imaginē Dei fecit. Hæc prima hominis creatio fuit, ſimplex, expers cōiugij, expers interitus: ad quam creationē corporū reſurrectio reſpicit, uti quæ ſit lapſorū ad priſtina reuerſio. Quid multa proferri opus eſt? Expoſita in Euangelijs de oue aberrāte ſimilitudo, itidēq; altera de drachma perdita, prorſus ipſam hominis tā deerrationē atq; lapſum, quàm ad priſtinū ſtatū reuerſionē declarāt. Nā illā ob cauſā relictis cælis Deus in terrā deſcēdit, et homo factus eſt: ut nos, qui lapſi eramus, ad priſtinū adeóq; primum illū honorē reduceret. Ceteroqui reuerſus filius ille prodigus, nō audiſſet: Induite ipſum priore ſtola. Quòd ſi qui dicūt, Adamū quidē à Deo conditū fuiſſe immortalē, uerùm nihilo minus talem exſtitiſſe, qui mortalis eſſe poſſet, hoc eſt, qui mortalitati poſſet obnoxius fieri, ſiquidē mandatū ſibi præſcriptum nō obſeruaret: hāc nos quidē ipſorum orationē admittimus, ut quæ admitti poſſe



Ayuntamiento de Madrid

uideatur, præſertim ijs, qui altius ſacrorũ patrum ſcripta perueſtigare nolunt: nõ tamẽ eum quidquã fuiſſe paſſũ, id eſt, ulli adfectioni naturali ante tranſgreſſionẽ ſubiectum fuiſſe, cõcedimus. Quo enim id pacto cõcederemus? quum tale quiddã de Adamo traditum ab ullo ſanctorũ patrum, nuſquã reperiamus. Quin potius aiunt eum adfectionum expertẽ fuiſſe, ſupraq; cunctas neceſſitates corporales poſitum. Primùm diuinus uir, Ioannes ille Damaſcenus, hominem ante lapſum dicit ab adfectionibus uniuerſis immunitate ſumma præditum fuiſſe. Nam fames, ſitis, fatigatio, ſomnus & ſudor, quemadmodum tradit idem capite LXIIII, poſt tranſgreſſionem primùm uitam humanam inuaſerunt. Præter hunc Anaſtaſius Sinaites in oratione ſua de reſurrectione, has expertes uitij, quæq; uituperari non merentur adfectiones, unà cum peccato exortas in nobis unà cum pelliceæ tunicæ amictu dicit. Etenim illa naturæ rationis participi, tamquam brutis animalibus, naturaliter non adhærebat: ſed deinceps acceſſit, ut ei pœnæ loco foret, qui quum eſſet in honore, animum tamẽ nõ aduertit: quo per ipſam ſcilicet admoneretur, quibus bonis excidiſſet. Ioannes itẽ Chryſoſtomus oſtendẽs hominẽ primũ expertẽ adfectionũ fuiſſe, uerbis hiſce utitur: Cõſidera mihi beatitatis abũdantiã, quo pacto ſupra res corporeas omnes poſiti fuerint homines illi principe loco formati à Deo: quo pacto terrã ſic incoluerint, ac ſi cælũ incolerẽt: quo pacto in corporibus exiſtẽtes, quæ propria corporũ ſunt non pertulerint. Nec enim uel tecto, uel laqueari, uel indumẽtis, uel alia quapiã tali re indigebant. Conſimiliter Gregorius ille Theologus hominẽ primum nec tegumẽto, nec ueſtitu indiguiſſe dicit. Habebat enim corpus, quod neq; frigori, nec æſtui foret obnoxium. quippe ſi eiuſmodi



Ayuntamiento de Madrid

quæpiam adfectio læſiſſet ipſum, etiam neceſſario tã tegumento, quàm ueſtitu indiguiſſet. de quo colligitur, diuinũ hunc uirum exiſtimaſſe, nihil omnino tale ullo pacto corpus illud hominis primi perpeſſum eſſe. Immò tradit idẽ, Adamum carnẽ hanc craßiorẽ & morti obnoxiam, à qua ipſa proficiſcũtur huiuſmodi adfectiones, unà cum amictu pelliceæ tunicæ induiſſe. Quo indicare uoluit, ante amictũ eiuſmodi, fuiſſe hominẽ adfectionum expertẽ: ut qui carne ſubtiliore, immortali, et incorruptibili prius indutus eſſet. quæ uoces exhibere tibi moleſtiæ nihil debẽt. Nã de Chryſoſtomi ſentẽtia, corpus illud ab interitu erat immune: quã ob cauſſam meritò incorruptibile dicitur. Quòd ſi erat incorruptibile, planum eſt, etiã immortale fuiſſe. Nã quũ morbi atq; mortes tam ex abundantia, quàm defectu quatuor humorum oriri conſueuerint, adſentiẽte nobis in hoc ipſo etiã Chryſoſtomo, & uerò corpus Adami expers adfectionum fuerit, eodẽ modo ſcilicet adfectũ perpetuò: (nõ enim mutationẽ ullam admittebat, quod in nobis uſuenire cernimus, tamquam ſupra omnes adfectiones poſitum) perſpicuũ prorſus eſt, etiã particeps immortalitatis fuiſſe, quemadmodum iam multoties eſt indicatum. Et fuiſſe hominẽ id temporis ſupra omnes adfectiones poſitum, magnus ille Baſilius in Aſceticis ſuis oſtendit, ubi ad uerbum hæc exſtant: Quemadmodum ſi eſſemus in paradiſo deliciarum, non uel cõſideratione uel labore agricultionis indigeremus: ita ſi eſſemus in ſtatu adfectionum experte, ſecundum illã gratiam, quæ nobis erat ante lapſum in creatione conceſſa, nihil arte medica noſtrum ad uſum egeremus. Quòd ſi ergo gratiam hanc ante lapſum in creatione habuit homo, quo tamdem ore dicemus, eum ulli adfectioni naturali obnoxium id temporis fuiſſe, quum



Ayuntamiento de Madrid

prorſus expers adfectionũ foret? Quinetiam magnus ille Maximus adfectiones haſce, mœſticiã, uoluptatẽ, appetitũ, aliasq́; tales, quæ hodie inſunt humanæ naturæ, de ſorte brutorũ in hominẽ translatas eſſe dicit. Poſteaquàm enim condẽnatus eſt, ut ortu brutis iumẽtis cõſimilis ſit: neceſſariò quoq; tales adfectiones inde nactus eſt. Non enim illæ prius erãt in homine cõditæ, quemadmodũ diuinus hic uir in ijs, quæ ad Thalaßium ſcripſit, inquit: ſed propter amiſſionẽ perfectionis furtim uelut ingreſſæ ſunt, parti naturæ noſtræ magis aliquãto brutæ adhæreſcentes. Quæ quũ ita ſint, quî dicemus, in ipſa perfectione primum illũ hominẽ huiuſmodi quidquã perpeſſũ eſſe? Quapropter multis iã demonſtratũ eſt, ante trãſgreßionẽ nulli prorſus adfectioni naturali hominẽ obnoxiũ fuiſſe, ut qui cõceſſæ per gratiã immortalitatis minimè fuerit expers. Quo poſito, quî pati uel adfici potuit? Nã ſi paſſus eſt, etiã neceſſariò naturam mortalẽ ac interitui obnoxiã habebat. Enimuerò ne hac in parte ſic ſentiamus, non modò ſanctorũ hominum à nobis indicatorũ cœtus uetat, ſed etiam Synhodus illa, quæ Carthagine conuenit. Eius enim hæc uerba ſunt, canone CIX: Si quis dicit, Adamũ à Deo conditũ eſſe mortalẽ, ac nõ poſt peccatum prolapſum eſſe in interitũ, exſecrabilis eſto. Quo fit, ut minimè mihi uel cõuenire, uel piũ eſſe uideatur, ad conuellendã hanc ſententiã Gregorij Theologi uerba producere. Quamquã enim is dicere uidetur, hominẽ illũ principẽ fuiſſe terrenũ corpore, cæleſtẽ animo: caducũ pariter, & immortalẽ: adſpectabilẽ, et intellectilem: mediũ inter magnitudinẽ & humilitatẽ: eumdẽ tam ſpiritũ, quàm carnẽ: ſpiritũ propter gratiã, carnẽ ob ſuperbiã: illud quidẽ ut maneat, ſuũq́; benefactorẽ celebret: hoc uerò ut patiatur, ac patiens cõmonefiat, propterq́; magnitudinem

Maximi locus.

Concilij Carthaginienſis uerba.

Extat locus in oratione de Chriſti natiuitate.

Ayuntamiento de Madrid

dinem arrogãter ſibi placens caſtigetur ac erudiatur: non tamen ita nos ſtatuendũ eſſe cenſemus, quãdo diuina iſtæc uerba nequaquam debere primum ad hominẽ referri exiſtimamus. qui enim hoc faciamus? quũ Theologum ipſum alibi audiamus ad uerbũ ita loquentem: Quandoquidẽ ob inuidiã Diaboli mors ingreßa eſt mundũ, hominẽq; dolo circumſcripſit: iccirco Deus homo factus paßione noſtra uexatur & adficitur. Quæ ſanè uerba conſiderari attentè cupio. Nam ſi mors (uti noſter hic Theologus loquitur) hominẽ dolo circumſcripſit atq; ſurripuit, omnino paret exiſtimaſſe diuinũ hũc uirũ ante fraudẽ illã corporis etiã ratione hominem immortalem fuiſſe. Quod ſi demus, quo tamdem pacto dixit: Vt patiatur, & patiens cõmonefiat, propterq; magnitudinẽ arroganter ſibi placẽs caſtigetur ac erudiatur? Quippe quod eſt immortale, nequaquã ſic comparatũ eſt, ut ullo modo pati poßit. Quid multis uerbis opus eſt? ſi paßionibus homo fuit ante peccatum obnoxius, etiã neceſſariò ſequitur eum fuiſſe fluxum et caducũ: ſi fluxus erat, perſpicuè patet mortalẽ quoq; fuiſſe: ſi erat mortalis ab initio, reſtat interitũ atq; mortẽ ex inobœdiẽtia nõ eſſe ortã. Id uerò, mea quidẽ opinione, nemo rationis compos dixerit: quãdo ſic ſentiẽtes indicata Synhodus exſecrationi ſubijcit. Quòd ſi Gregorius Adamum ante tranſgreßionẽ putabat caducũ fuiſſe, quî fit ut ei deinceps mortẽ lucri cuiuſdã inſtar acceßiſſe dicat? ſic enim loquitur: Ne malum perpetuum foret, Adamo Deus cõceßit, ut per mortẽ extingueretur. Quæ ipſa quoq; uerba conſiderari attentius merentur. Nã ex eis apparet, fuiſſe hominẽ ante peccatũ immortalẽ. Quî enim malum perpetuum futurum erat, ſi homo poſt deceptionẽ non eodẽ modo, quo prius, uicturus erat in immortalitate? Itaq; permittitur



Ayuntamiento de Madrid

*immortali, ceu iam antè diximus, ut per mortem interiret, ne malum perpetuum ſoret: quod ipſum Gregorius etiam lucrum appellauit.* Nolim *uerò te hac diſputatione perturbari.* Nam *ſi* Adamus *tam ante tranſgreßionem, quàm poſt eam mortalis erat: quando tamdem ſupplicio mortis eſt adſtrictus? quando pelliceas illas tunicas induit? Quapropter intelligi non obſcurè poteſt,* Gregorium *de communi hominum natura diſſerentem, dixiſſe hominem corpore caducum, animo immortalem eſſe.* Nam *eò reſpiciens, ait ipſum pati cõmonefactionis caſtigationisq́; cauſſa. Ceteroqui uerò quî paßionibus obnoxium eſſe corpus illud potuiſſet, quod tegumento ueſtituq́; nullo indigebat? hoc ipſo nobis argumentum ſuppeditante, quòd paſſionũ expers fuerit.* Itaq; *non conuenit hac in parte quemquam nobis diutius aduerſari. Si enim caducus fuiſſet ab initio, ſi ante peccatum mortalis: non eximius ille* Paulus *mortem eſſe peccati ſtipendium dixiſſet: quibus uerbis ſignificauit, hominem ante peccatũ fuiſſe immortalẽ. Quod ſi uerum eſſe concedimus, ſequitur eumdem omnibus corporeis neceßitatibus ſuperiorem exſtitiſſe.* De *quo porrò colligitur, hominẽ ab initio cibum ſenſilem non deguſtaſſe.* Quamquam *enim* Deus Adamo *poteſtatem in paradiſi quaslibet arbores largitus eſt: non tamen inde ſequitur, eſum iſtic ſenſilem ac fluxum fuiſſe, quemadmodũ tibi clarius indicabitur, ubi nonnihil progreſſa fuerit oratio.* Nã *uti magnus ille* Athanaſius *ad* Antiochum *diſſerit, uel interitus expertes putari debent arborum paradiſi fructus: & quo pacto dentibus ſecabantur? quî comedebantur? quum res interitus expers neq; diuidi, neq; comedi poſſit: uel interitui obnoxij, quemadmodum nonnulli exiſtimant: & quî* Adamus *eos pro nutrimento uſurpabat?*

Cibus hominis ante lapſum qualis fuerit.

Athanaſij locus.

Ad hæc

Ad hæc nobis reſpondeant. Quippe corpus illud, quod tunc habebat, uel erat perſpirabile, tamquam interitui ac fluxioni ſubiectum, ideoq; neceſſariò eſuriebat: uel non perſpirabile manebat, tamquam fluxionis & interitus expers. quo conceſſo, quæ nam urgebat ipſum neceßitas, ut cibum ſenſilem ſumeret? Enimuerò nihil heic habituri ſunt, quod dicant. Potius exiſtimandum, hominem ad imaginem Dei conditum ſupra corporeas neceſſitates omnes poſitum fuiſſe, quemadmodum Chryſoſtomus loquitur. Nam fames, ſitis, fatigatio, ſomnus, dolor, interitus, ſicut & antea monuimus, poſt tranſgreßionem hominum uitam occuparunt. Quamobrem hæc tibi prudenter conſiderãda ſunt, nec hinc inde congeſtis, & quæuis exponentibus, aures citra iudicium adhibendæ: ſed potius ea uelut aſpernanda proq; nihilo ducenda reijcies, quemadmodum & nos paullo antè fecimus. Nam huiuſmodi complura reperta lectaq; à nobis inter fabulas retulimus. quamobrẽ iſtuc? quòd à recta doctrinæ patrũ ſentẽtia procul ea recedere iudicaremus. Quare nòli cibum in paradiſo fluxum exiſtimare, nec ſcriptis adeò ieiunis animum aduerte: quando litteræ ſacræ ſæpius alia per alia declarant atq; docent. Eius generis ſunt hæ uoces. Formauit hominem Deus, ſumto de terra puluere. Item illa: Adflauit in faciem eius ſpiritum uitalem. Et hæc: Inambulabat à meridie Deus in paradiſo. Nam iſtæc prorſus Deo corporis experti non conueniunt, quæ tamen ita litteræ ſacræ, imbecillitati noſtræ ſemet accommodantes, protulerunt. Niſi enim hoc demus, abſurda multa conſequẽtur. Nimirũ os Deo tribuemus, & manus, & pedes, aliaq; talia. Nam ſi manibus carebat, quî fingebat hominẽ? ſi ore carebat, quî adflabat in faciẽ eius? ſi pedibus carebat, cur



Ayuntamiento de Madrid

aiunt litteræ ſacræ in paradiſo eũ à meridie inambulaſſe? Atenim hæc omnino locum non habent. Nã ſacrorum ille patrum cœtus ſuperuenit, qui huiuſmodi dicta enarraret, noſq́; doceret, quo illa pacto ſint accipienda: ne pro arbitrio lubituq́; noſtro oberrantes, per præcipitia collaberemur, ac procul à uia recta deflecteremus. Sic ergo de arbore cognitionis exiſtimare te par eſt, licet opinionum diuerſitas quædã incidat. Diuinus quidẽ ille uir, Iſidorus Peluſienſis, ita de hac re diſſerit. Chriſtus ficum exſecratur, ut Iudæis oſtẽderet, ſe etiã adficere ſupplicio poſſe. Subeſt autem huic rei quædã arcana ratio, quam à ſenibus ſapientiſſimis accepimus: nimirum illud tranſgreſſionis lignum fuiſſe, cuius folijs tranſgreſſores pro tegumento utebãtur. Hoc lignum benigna quadam ex adfectione Chriſtus exſecrabatur, ne uidelicet amplius fructum, qui foret delicti cauſſa, ferret. Ioannes autẽ Damaſcenus, rerum ille diuinarum peritiſſimus, cibum paradiſi uocat agnitionem diuinã. Largitur enim Deus quidẽ Adamo poteſtatẽ in omnes paradiſi arbores: uerùm non cibi cauſſa, ſed uti hoc modo ad ipſum opificẽ deduceretur. Quippe de magnitudine ac uenuſtate creatorũ, ut Paulus ait, opifex eorũ agnoſci cõſueuit. Ac uide mihi obſecro, quî diuinus hic Ioannes dicta de paradiſo accipiat, et quid de ijs tradat. Aiunt ſacræ litteræ: Omnibus paradiſi arboribus ueſcêris. Per omnia creata ſcilicet ad me opificẽ conſcẽdes, unicũq́; de omnib. fructum percipies, nimirũ me, qui reapſe uita ſum. Omnia tibi uitæ fructũ ꝓferãt, adeoq́; ꝙ exiſtis nihil eſſe putabis aliud, quàm mei fruitionem. Atq; hæc illi tradiderũt. Nyſſeni autẽ Gregorij leguntur hæc ipſa uerba. Lignũ illud, de quo ne ueſcerentur interdictũ erat, nec ficũ fuiſſe, quod quidam uolunt, nec aliam fructiferam arborem perſuaſi ſumus.

Iſidorus Peluſienſis.

Damaſcenus.

G. Nyſſenus.

Ayuntamiento de Madrid

ſumus. Quamquã enim ſpectator ille Dei Moſes de ſenſili cibo heic loqui uidetur, ego tamẽ dum ſacras litteras audio, non tantùm corporeã quamdam eſcam agnoſco: ſed etiam nutrimentum aliud eſſe ſcio, cuius fruitio ſolam ad animam pertinet. Hortatur enim hiſce uerbis eſurientes Sapientia: Veſcimini pane meo, uinumq; bibite, quod uobis miſcui. Quinetiam Dominus Samaritanorum ſalutem indicans: Cibum, inquit, habeo quo ueſcar, uobis haud cognitũ. Item alibi: Qui ſitit, ad me ueniat ac bibat. Quamobrem conſitioni Edenis (quæ uox delicias denotat) conueniens quidam fructus accommodandus eſt, quo paſci hominem non dubitemus: nequaquam uerò cogitandum, in paradiſi uita fuiſſe nutrimentum aliquod tranſitorium, quodq; per uices ingereretur. Eodẽ modo diuinus uir Anaſtaſius cibum illum uult intellectilem fuiſſe, nõ ſenſilem atq; carnalem. Nam ſi cibũ eiuſmodi literæ ſacræ deſignarent, etiam carnaliter primi homines illo deguſtato mortem obiiſſent. At uerò mentis ratione quum deliquerint, iccirco mox animæ mortem oppetunt. Eodem modo Gregorius etiam Theologus arborem illam, ſcientiæ uidelicet lignum contemplationem ait eſſe, hoc eſt, perfectiorem quamdam cognitionem, ad quam contendere uelle non tutum eſt iis, quorum cupiditas plus æquo eſt auida. Igitur animaduertis, eſſe probatum compluriũ auctoritate, nõ eguiſſe Adamũ in paradiſo cibo quodã ſenſili. Quippe quũ immortalis à Deo conditus eſſet, rei nullius indigebat: Et quid hæc ego prolixius tracto? Si ad angelorum ſimilitudinem in reſurrectione uicturus eſt homo, quemadmodum perſcriptum legimus, Erunt omnes tamquam angeli Dei: & uerò ſi reſurrectionis beneficium de ſententia diuinorum patrum nihil eſt aliud, quàm lapſorum ad condicio-

Anaſtaſius.

G. Nazianzenus.

i 5 nem

Ayuntamiento de Madrid

nem priſtinam reſtitutio: intelligi perſpicuè poteſt Adamum ante transgreßionem uitam angelicæ parem egiſſe, nec cibo nec potu, ceu diximus, uſum, quando quid eiuſmodi nec in angelis locum habet. Quapropter exiſtimare noli, hominem in paradiſo ſenſili nutrimento ſe ſatiaſſe, quandoquidem iſtic eo non indigebat propterea, quòd omnis tum adfectionis eſſet expers. Enimuerò neminem hac in parte ambigere conueniebat. Nam quum adfectiones illæ naturales, fames inquam, & ſitis, & fatigatio, & ſomnus, & dolor, & mœror, & cæteræ, poſt transgreßionem primùm uitam humanam inuaſerint, ut ſuperiori oratione docuimus: paret omnino, ante peccatum hominem cauſſæ nihil habuiſſe, quæ ipſum ad ſumendum ſenſilem quemdam cibum cogeret. Quid prolixa indicatione opus eſt? Si homo ab initio nutrimenti egebat, de quorumdam opinione: nimirum neceſſariò ſequitur, etiam ipſum eſuriſſe, frigus pertuliſſe, dormiſſe. Si talis erat, manifeſtum eſt etiam ab initio fuiſſe mortalem & interitui obnoxium. Nequit enim fieri, quemadmodum Ioannes Damaſcenus ait, ut expers interitus maneat, qui cibo ſenſili fruitur. Miſſos igitur illos facies, quando ſuperius indicata Synhodus ita nos de homine ſentire non patitur, cuius hæc expreſſa uerba ſunt: Si quis dicit, Adamum à Deo conditum eſſe mortalem, ac non poſt peccatum prolapſum eſſe in interitum, exſecrabilis eſto. Ac de his quidem in hunc modum diſputatum eſto. Cæterùm nihilominus ſeuit eiuſmodi arborem Deus in paradiſo, de qua uesci Adamum uetuit. Quamobrem iſtuc? ut hinc tantorum bonorum ſuppeditatorem agnoſceret, ſeq́; Domino ſubiectum ſciret, (lubet enim cum Chryſoſtomo loqui) neu quid ei tale accideret, cuiuſmodi lapſo

Lucifero

Ayuntamiento de Madrid

Lucifero uſuuenit, qui conceſſam ſibi gloriam ac ſplendorem ferre non potuit. At enim quid ſecundum hæc factum? Mandatum tranſgreditur Adamus, ex arbore decerpit, illico nudus efficitur, interitui fit obnoxius, paradiſo eijcitur, cum Eua cubat, tres filios gignit, Cainum, Abelum, Setum. Atq; heic mihi prudenter animum aduertito, dilecte fili, néue tranſuerſum agi te ab ijs patitor, qui huiuſmodi proferunt: Si norat Deus Adamum mandato non pariturum, ideoq; paradiſo eijciendum, quamobrem ipſum condidit? Etenim uel eum condere non debebat, uel prohibere, ne conditus cibum illum uetitum attingeret. Has opiniones qui ſequuntur, miſſos facito, ac Gregorio potius Nyſſæ præſuli fidem adhibeto, cuius hæc uerba ſunt: Deus ille, qui omnia nouit, haud ignorabat, è bono exorbitaturum hominem: neque tamen hoc impediuit. Quemadmodum enim exorbitationem proſpiciebat, ſic & reuocationem eius ad bonum cognitam habebat. Quid ergo? præſtabátne prorſus naturam noſtram in ortum non producere, quando norat hominem Deus à bono aberraturum: an conditum & in morbum prolapſum rurſus ad primam gratiam per pœnitentiam reuocare? Præferendum omnino hoc alterum, præſertim quum conſtet, Deum uoluiſſe ſuæ bonitatis cauſſa genus humanum in ortum producere, quamuis in confeſſo ſit, eum quoq; deflexionem hominis à curſu recto præuidiſſe. Quòd ſi hanc ob cauſſam hominē condidit, ſequitur de Ioannis Damaſceni ſententia, bonitatem diuinā à prauitate noſtra uictam eſſe. Quippe Deus omnia, quæ fecit, bona fecit: quum noſtrum quilibet arbitratu & electione propria uel ad bonum, uel ad malum deflectat. Quamquā enim Dominus dicat, Præſtabat illi homini, nō

Lapſus hominis.

G. Nyſſeni locus.

eſſe

Ayuntamiento de Madrid

eſſe natum: non tamen hoc ita profert, quaſi propriũ opifi cium uituperet: ſed indicare uult eam uitioſitatẽ, quæ opi ficio diuino deinceps ipſiuſmet uolũtate acceßit. Quippe in hoc homine propriæ uoluntatis nequitia fecerat, ut ei beneficiũ opificis nõ prodeſſet. Licet id etiam in noſtris re bus conſpicere, ac (ſiquidẽ lubebit) animũ exemplo, quod indicabimus, aduertito. Fac eſſe regem quemdã, qui aliquẽ è ſubditis beneficentia ſingulari cohoneſtare uolens, magi ſtratũ ei maximũ tradat. Ille mox ad præfecturæ ſuæ ſubli mitatẽ reſpiciendo, quũ eius molẽ ſuſtinere nequeat, apud ſemetipſum animo efferri, quietè uiuere nõ poſſe, maiora ſe cogitatione concipere, tyrannidẽ uſurpare, ad defectio nem progredi. Quid ſecundũ hæc? rex indignari, rem non parum moleſtè ferre, ſecum ipſe dicere: Quid hoc? itáne homo ingratus gloriam, quã à nobis eſt conſequutus, cum infamia commutauit? Simul eo præditus eſt animo, ut im memorem beneficij perdere nolit: neq; tamen uſurpatio nem tyrannidis omnino negligere poßit. Quapropter de ſertorem ſuam in poteſtatem redigit, dignitate ſpoliat, pœ nis grauibus ſubijcit. Nonnunquã & uitã ei adimit. Eiuſ modi homini expediebat, magiſtratum potius à rege non accepiſſe: quàm inſania propria talibus ſe malis & peri culis exponere. Fac igitur cõſideratè agas, dilecte fili, nec abripi te cum illis patere, qui conſilia diuina curioſè per ſcrutari conantur. Nam Dei beneficentia nequaquam ma la nobis cõciliat, ſed omnino ſecordia noſtra, ſpontaneaq; ad uitium inclinatio. Nec conueniebat Deum hominẽ im pedire, quum ueſci de arbore conabatur. Cur enim id face ret, qui hominem libertate uoluntatis præditũ creauerat? Quippe ſi retrahere decreuerat hominem, quamprimum cerneret eum de uia recta deflectere: quánam re uis ratio

Exemplum illuſtre.

nis inditæ

Ayuntamiento de Madrid

nis inditæ homini declarare ſe potuiſſet? qua item libera uoluntatis facultas? præſertim quum naturæ brutæ ſit, ac ratione carentis, præter animi uoluntatẽ huc & illuc circumduci & transferri. Conſimiliter ſi homo fuiſſet impeditus, quo minus delinqueret: quis uirtuti locus fuiſſet reliquus? quis coronis, quæ propter hanc conceduntur? Cur regnum cæleſte homini ceu præmium propoſitum ſit, ſiquidem neceſſe non habet, ut eius ſtudio ſuo, ui, præclaro animi propoſito particeps fiat? Impediendus ſcilicet homo non erat, neq; rationis erat compos, brutorum in numerum referretur, quum libertatis in agendo beneficium poßideret. Eamdem ſententiam magnus ille Baſilius uerbis hiſce diſſerit: Quicumque rogat, cur nos Deus non ita condiderit, ut peccare non poſſemus? is nihil facit aliud, quàm quòd naturam brutam rationis participi & ex præſcripto uirtutis agenti præfert. Quamobrem Adamus arbitrio ſuo relinquitur, arborem attingit, continuò nudus efficitur, deq; paradiſo expellitur. Quid inde ſequitur? aperiuntur animi eius oculi, quo facto quantum bonum eſſet obſeruatio mandati perſpicit, quantumq; contrà malum, eiuſdem uiolatio. Nec enim arbor illa, quemadmodum Ioſephus & Nemeſius antiſtes Emeſenus declarant eiuſmodi naturam habebat, ut ex ſe decerpentibus inderet prudentiam, qua bonum ac malum agnoſcerent. tametſi nimirum litteræ ſacræ illam ſcientiæ lignum nuncupant, non iccirco dicendum nobis eſt, talem ei uim adfuiſſe: ſed quia mandati tranſgreßio in eo facta eſt, de quo conſequuta porrò eſt peccati agnitio atq; pudor, iccirco nomen hoc meruit. Conſueuerunt enim litteræ ſacræ de rerum euentis nomina etiam indere. Audi quid hac in parte Chryſoſtomus dicat. Vnus quidã in ſolitudine fons, aduerſationis

Ioſephus & Nemeſius de ligno ſcientiæ.

Chryſoſtomus exẽplo rem declarat.

Ayuntamiento de Madrid

uerſationis aqua eſt nuncupata, non quòd eiuſmodi naturam haberet, ut ex ſe haurientes in mutuas aduerſationes excitaret. Nam ſi res ita cõparata fuiſſet, etiã ipſe Moſes, hauſta fontis huius aqua, Deo contradixiſſet. Quemadmodum ergo fons ille non ſua natura, ſed propter diffidentiã populi, quã erga Deum declarauerat, aduerſationis aqua nuncupatus eſt: ſic & arbor illa cognitiõis mali atque boni uocatur, non quòd ipſa ſcientiã habuerit, ſed quia quiſquis peccat, cognitionẽ adſequitur intelligẽdi, quòd obtẽperare Deo bonũ ſit, delinquere malũ. Hinc appellationẽ hanc habuit, ab euentu nimirũ poſteriore. Ceterũ poſteaquàm Adamus poſt tranſgreſsionẽ iam interitui ac mortalitati factus erat obnoxius, ait Deus: En factus eſt Adamus quaſi unus de nobis. Heic animũ, dilecte fili, aduertito. Nonnulli tradunt, Deum hæc per ironiam protuliſſe. Quippe diuinitatis deſiderio flagrans Adamus, etiam ijs bonis, quorum erat particeps, miſerè exciderat, & immortalis antea, mortalis iam factus erat. Alij dictum intelligi uolunt per præceptionem temporis, quæ ſacris litteris eſt familiaris. En factus eſt Adamus quaſi unus de nobis, hoc eſt, tamdem aliquando de nobis unus homo fiet, Adamo ſimilis. Conſueuerunt enim litteræ ſacræ peculiari quodam modo ea, quæ futura ſunt, ſic efferre, quaſi ſi præſentia forent, aut iam accidiſſent. Conſimile quiddam proferri de matre hominum illa primæua uidemus. Nam quum ipſa necdum creata foret, hæc nihilominus dicuntur: Fecit hominem Deus, & quidem marem ac fœminam eos fecit. Diuinus autem uir Anaſtaſius dictum hoc alio quoq; ſenſu cepit. Nam in oratione de reſurrectione uerba ipſius hæc reperiuntur: Duplex eſt naturæ noſtræ ſtructura. prior ad numinis ſimilitudinem cõformata, & altera

Prolepſis uſitata ſacris litteris.

Anaſtaſij locus.

Ayuntamiento de Madrid

altera ſexuum diſcrimine diſtincta, quæ quidem opificio noſtro poſtremum acceſſit. Neq; tantùm hæc Anaſtaſius profert, ſed etiam litteras ſacras allegat, quo doctrinam hanc clariorē efficiat. Sic enim ait: Fecit hominem Deus, & quidem eum ad imaginem Dei fecit. hæc prima noſtri eſt creatio, ſimplex, uniformis, expers ſocietatis, diſcrimen nullum habens. Quippe ad imaginem Dei fecit eum. Succedit altera formatio: Marem ac feminam fecit eos. Quæ quidem ita ſe omnino habere, de uerbis ipſis eſt perſpicuum. Nam iſtic aiunt numero unitatis, Ad imagiginem Dei fecit eum: heic uerò numerus multitudinis uſurpatur. Conſideres igitur, quòd quũ litteræ ſacræ prius dixiſſent, Ad imaginem Dei fecit eum: deinde ſubiecerint, poſt hominis nimirum formationem, Marem ac feminam fecit eos. quibus uerbis clariſsimè oſtendunt, aliam eſſe formationem illam priorem, aliam hanc poſteriorē. Nam illa dignitatem opificis repræſentat, de qua ſcilicet dicitur, Ad imaginē Dei fecit eũ: hæc ſexuũ diſcrimē denotat, hiſce uerbis cōprehenſum, Marē ac feminā fecit eos. Videtur aũt hæc oratio parũ tolerabilis, ſed ijs, qui rationē propriā ſequũtur. Nam ceteris, ſacra patrũ ſcripta peruestigātibus, omnino digna exiſtimatur, quæ recipi debeat, præſertim quũ aperta ſit atq; plana. Quid idē Anaſtaſius dicat, audi. Nā hactenus expoſitis, hæc etiā adiecit, pluribus id quod protulerat, declarare uolens. Secunda creatio eſt maris ac feminæ formatio, quæ figmento Dei acceſsit, quod ratione creationis primæ ad imaginem Dei factum erat, nec ſexuum diſcrimen habebat, quando nec in diuina illa beataq; imagine quid eiuſmodi exiſtit. Quæ quum ita ſint, à ratione non abhorret, dicere, Deũ ex præſcientia talem ab initio ſtructuram Adamo conceſsiſſe: quum hac ſexus

diſcrimen

Ayuntamiento de Madrid

diſcrimen à ſecunda creatione profectum fuerit, quam neceſſariò priori, ceu dictum eſt, adiecit. Nec enim quid futurum eſſet, ignorabat. Et animum ſi libet, aduerte Ioannis Damaſceni de homine primo uerbis. Quia Deus futurorum præſcius norat, hominem mandato non pariturum, ac interitui futurum obnoxium: iccirco feminam ex eo producit. Adeoq; ſi homo uita angelica non excidiſſet, ſexuum diſcrimen nullum factum fuiſſet: quippe cuius haud eguiſſet ad generis propagationem is, qui ad imaginem Dei factus erat. Nam more angelorum (ut indicatũ eſt ſuprà) ſemet amplificaturus fuerat. Sedenim ad inſtitutam orationem redeundum eſt.

## DE SERPENTE.

Haec eſt illa Dei ad ſerpentem poſt hominis lapſum oratio: In pectus ac uentrẽ ambulabis. hoc eſt quandoquidẽ cor decepiſti, & uentri perſuaſiſti, ut cibum illum decerperet: iccirco in pectus ac uentrem ambulabis. Non enim propterea Deus inambulaturum uentri ſerpentem pronuntiat, quaſi prius ille pedes habuiſſet, ut Ioſephus & paruus ille de rerum ortu liber aiunt: ſed quia de ſententia Chryſoſtomi prius facultatem habens erecto corpore conueniendi Euam, & cum ea colloquendi, nunc damnatus fuerit, ac meritò quidem, ut humi ſerperet. Nam tametſi ab initio ſerpens ita conditus erat à Deo, pedibus uti careret: tamen orbibus quibuſdam factarum inferius conuolutionum erectus, ijs ipſis extenſo pectore uelut inequitabat. Iccirco uidemus & hodie ſerpentem iratum ſemet erigere, ac in orbes conuolutum progredi. quo facto, quaſi ueteris inceſſus memoria nobis in mentem reuocata, rurſum iuxta diuini pronuntiati legem ſemet demittit. Ceterũ prudenter

Parua Geneſis.

Ayuntamiento de Madrid

denter obſeruabis, æquè graue eſſe, quempiam alios ad peccandum impellere, ac ſi delinquat ipſe. Propterea grauior ſerpentis pœna fuit, quàm Euæ: rurſumq; grauior Euæ, quàm Adami: quòd Adamum Eua decepiſſet, Euam ſerpens. Exiſtimarunt autem Manichæi, hac narratione moti, bruta quoq; prædita eſſe anima mentis ac intelligentiæ ui participe. Nam abſq; illo ſit, inquiunt, Deus ſupplicio ſerpentem non adfeciſſet. Atenim hoc minimè uerũ eſſe, de uerbis hiſce Dauidicis perſpicuè patet: Nolite conſimiles equis & mulis fieri, quæ intelligentia carẽt. Alioqui ſi propterea putant brutas beſtias animæ intelligentiæ ui præditæ participes eſſe, quia ſupplicio ſerpens adfectus fuerit: nihil eſt omnino, quod impediat, quo minus eadem in arboribus quoq; ualeat opinio, quando ficũ exſecrationi Chriſtus ſubiecit, quum eſuriens fructum in ea nullum reperiret. Deijcit ergo ſerpentem in terrã Deus, ut tametſi quis haud cernat, quid diabolo acciderit: nihilo minus ſerpentem, qui de ſententia Chryſoſtomi olim erectus ſtabat, humi repentem intuens, ſecum ad animum reuocet, quòd quum facinoris huius adminiſter multetur, multo magis exiſtimandum ſit, principem mali auctorem puniri. Ceterùm ſupplicio ſerpentem adficiens Deus, eiuſmodi quid facit, quale liberûm amans pater. Non tantùm enim is de interfectore filij ſui ſuppliciũ ſumit, ſed ipſum etiam cædis inſtrumentum confringit, ac multas in partes lacerat. Secundum hæc Deus ait: Obſeruabit ille caput tuum. Non iam amplius, inquit, audebis tu ſerpens hominibus inſidias ſtruere, quod hactenus feciſti: ſed tantus erit metus tantaq; formido tua, ut ambulantibus illis temet in latebras tuas ſis abditurus. Tradit enim ſuis in epiſtolis magnus ille Macarius, de Diabolo, futurũ fuiſſe, ut ſtatim

Manichæorũ error de brutorũ anima.

Macarij locus ex epiſtolis.



Ayuntamiento de Madrid

à lapſu Gehennæ traderetur: ſed ei conceßiſſe Deũ, ut hu manũ genus oppugnaret, quo Chriſti milites ſeſe probarent ac declararẽt. Eamdem ob cauſſam magis etiã dãnabilis, ſupplicio grauiori multabitur. Baſilius in Eſaiæ uatis enarratione huiuſmodi quædam de Diabolo protulit. Fortaßis ante creationem hominis Diabolo quoq; pœnitẽtiæ locus relictus fuiſſet, ac potuiſſet ſuperbus ille, quãquã malum inueteratũ foret, per pœnitentiã adhibito ſibi remedio priſtinã ad condicionẽ ſeipſum reſtituere. Verũ poſteaquã ſequuta eſt mundi creatio, itẽq; paradiſi, ac homo in paradiſo exiſtere cepit, & mandatũ, et inuidia Diaboli acceßit, & hominis ornati à Deo cædes: ex eo ſcilicet tẽpore modus ei pœnitẽtiæ nullus eſt relictus. Quippe ſi Eſaus pœnitẽtiæ locũ nõ inuenit, quũ primigeniorũ iura uendidiſſet: quis ei relictus ſit pœnitentiæ locus, qui Adamũ illum principẽ humani generis interfecit, eiusq; morti cauſſam præbuit? Diuinus aũt uir, Anaſtaſius ille Sinaites, quo uehemẽter deſperatos homines (uti quidem uidetur) ad cõuerſionẽ inuitet, hæc ad uerbũ profert: Si Manaßẽ Deus per pœnitentiã recepit, auſim dicere, quòd etiam Diabolum toto pectore atq; animo reſipiſcentem in gratiã recepturus fuerit. Quibus uerbis rectè illud inſeruit, Audeã dicere. Nã & Damaſcenus ille Ioãnes Diabolo pœnitentiã nullã tribuit, cuius hæc uerba ſunt: Quod mors eſt hominibus, hoc angelis eſt lapſus. quippe poſt lapſum nulla reſtat eis pœnitẽtia, quẽadmodũ nec poſt mortẽ hominib. Et quidẽ pœnitẽtia lapſis angelis propterea nõ eſt cõceſſa, ſicut Nemeſius ait, quia corporis expers eſt eorũ natura. Homo enim propter imbecillitatẽ corporis pœnitentiã conſequutus eſt. Quæ tamen extrema uerba, quod Adamũ attinet, equidẽ admittenda nõ puto. Nec enim

Baſil. de pœnis diaboli.

Anaſtaſij Sinaitæ locus.

Damaſcenus.

Nemeſius.

Ayuntamiento de Madrid

nim ille corporeis à cupiditatib. uictus, mãdati uiolator factus eſt. Apage ſis cũ iſtac Origenica inſania. quippe nullum illæ locũ habebant in ipſo ante tranſgreßionẽ. Quid multis hæc uerbis indicemus? Adamus paradiſo eiectus, & eius ex aduerſo collocatus, omnẽ uitã plorãdo exegit. quapropter Deus flectitur, eiusq́; cauſſa nihil non facit ac patitur. Diabolus autẽ lapſus nõ modò nõ caſum ſuũ deplorauit, uerumetiã Dei figmẽtum furẽter aggreſſus, Deũ ipſum aduerſus Adamũ criminatus eſt. quo quidẽ pacto quum adfectus à delicto fuerit, nequit omnino accidere, particeps ut pœnitẽtiæ fiat. Audi quid de hoc in ſua Therapeutice Theodoritus dicat. Quũ faſtu, inquit, elatus fuiſſet Diabolus, lapſus eſſe dicitur, contraq́; homines exornatos imagine Dei furore quodã percitus, bellũ in eos ſuſcepit. Verùm opifex ille rerũ angelis hominibus præeſſe iußis, mortale genus cuſtodit, ne ui ac ſæuitia uſus Diabolus, inadſpectabiliter eos aggreſſus, quos odit ex inuidia, perdat. Quapropter illa inuidia, præſertimq́; faſtus elationis & demẽtatio, (nam hodieq́; ſunt inter eos imperia & poteſtates, quẽadmodum Paulus ait) & præterea deſperatio (abſq; qua foret, nequaquã dixiſſent: Quamobrẽ ante tempus ad excruciandum nos uenisti?) deſertorem illum Dei pœnitentia uti non ſinunt. Theodoritus.

DE DESERTORE SIVE DIABOLO.

Volo aũt præter indicata te hoc etiã ſcire, deſertorẽ hũc Diabolũ primũ inter angelicas poteſtates locũ habuiſſe, quũ bonus à Deo factus eſſet, nec ullũ uitioſitatis aut improbitatis in ſe ueſtigium cõtineret. Nã omnia quæ fecit Deus, bona erãt, & quidem ualde bona: quum malum nullum cõdiderit. Etenim malũ nihil eſt aliud, q̃ à bono ſeceßio: quẽadmodũ caligo nihil aliud eſt, Diabolus ab initio bonus.



Ayuntamiento de Madrid

quàm lucis adẽtio. Quapropter præclarè dicitur, Deum non eſſe mali auctorem. Quippe rerum per ſe ſubſiſtentium conditor eſt Deus: non earum quæ non exiſtunt: Quòd ſi bona dicuntur in ortum à Deo producta, putandum eſt eorum appellatione uenire res omnes, quæ exiſtunt. At malum quum à Deo conditum non fuerit, non etiam in numero rerum eſt exiſtentium. De quo conſequitur, Deum nõ eſſe mali auctorem, quando is nequaquam rerum nõ exiſtentium opifex eſt, uti iam antè monuimus.

Malum ἀνυπόστατον.

Dicitur autem malum non eſſe aliquid propterea, quòd ſubſtantiam nullam habet, nec per ſe ſubſiſtit. Talis ergo, nimirum bonus, à Deo conditus Diabolus, terreſtris ordinis & ipſius adeò terræ cuſtodiam à Deo ſibi mandatam accepit. Quum autem ferre non poſſet illuſtrationem & honorem, quem Deus ei largitus fuerat: de naturali ſtatu in alienum à natura ſua exorbitauit, aduerſusq́; ſuum opificem faſtu quodam elatus eſt. Collocabo, inquit, ſolium meum in nubibus, & ſupremo par ero. quam quidem ob cauſſam etiam fulguris inſtar de cælo in terram cecidit, uti Dominus ipſe loquitur. Eſtq́; auulſa cum eo, ſimulq́; lapſa multitudo quædam angelorum ipſi ſubiectorum infinita. Significauit hoc uates Eſaias hiſce uerbis: Qui delapſus eſt Lucifer ille, qui pridem oriebatur, terræq́; alliſus eſt? Luciferum appellans ob ſplendorem, diuinitùs ei conceſſum. Conſimilia Gregorius ille Theologus tradidit, quum luciferum uocari ait ſplendoris ſui cauſſa, qui caligo deinceps propter elationem factus ſit & appelletur. Secundum hæc impuri genij bellum aduerſum nos ſuſceperunt. Nequeunt enim æquo animo pati, ut homines eò ſtudioſè contendentes uideant, unde ipſi peſſimo conſilio deciderunt, quemadmodum magnus ille Baſilius ait:

Quippe

Ayuntamiento de Madrid

Quippe cum omnis improbitatis receptacula ſint, etiam inuidiæ morbo ſunt infecti. Nec ſic creatus à Deo putari debet Diabolus, ut hoſtis noſter eſſet: ſed ex æmulatione quadam nos oppugnat. Quum enim ſe cerneret angelorum ordine locoq; motum, ferre non poterat, ut hominē terreſtrem ad angelorum dignitatem profectu ſuo ſubuectum adſpiceret. Eſt & angelis malisq; genijs una quædā eſſentia ſiue natura, uerùm nō eadem electio: quemadmodum & in hominibus tum bonis tum improbis eſt uidere naturam quidem unam & eamdem, ſententiā uerò uoluntatemq; diuerſam. Hæc de malis genijs eorum eſt ſententia, qui rectam Eccleſiæ fidem amplectuntur. At Græcorum illi ſapiētes, Porphyrius & Iamblichus, genios eſſentia naturaq; differre à ſe inuicem tradunt, eorumq; uolunt aliquos rationis expertes & craſſiore materia præditos eſſe. Addunt irruere ipſos in nos, non ut infeſtos: ſed tamquam caſtigatores, à quibus puniamur. Eoſdem aiunt futura proſpicere atq; noſſe, non tamen uniuerſos. Nam ſuperiora loca nactos genios omnino uera prædicere perhibent, quum alij tartaro concluſi mendaces ſint: medios autem, terræq; nonnihil uicinos adſerunt ancipites ac ambiguos eſſe. Qua in ſententia nos minimè ſumus. Nam ſi etiam luci conſimiles angeli non ex ſe donum futura proſpiciendi habent, ut qui prædicunt ea, teſte Ioanne Damaſceno, quæcumque diuinitùs ipſis reuelata fuerint: multò magis impuri genij nihil, quod prædicant, habent. Quippe futurorum noticia cum agnitione cordium ſoli Deo peculiaris eſt. cuius quidem rei fidem tibi Dauidis hæc uerba faciant: Tu ſolus omnino corda noſti. Hæc compendio quodam explicare tibi, dilecte fili, uoluimus: neq; breuitas eſſe tibi moleſta debet, homini diſcendi perſtudioſo, quum

Porphyrius & Iāblichus de genijs.

Vnde angelorum predictiones de futuris.



Ayuntamiento de Madrid

noris hæc à nobis alibi prolixius expoſita. Ceterùm ſacris in litteris hæc uerba legimus: Vt uidit mulier arborē eſſe ad ueſcendum accōmodam, & oculorum adſpectui gratam, & ad diſcendum pulcrā: ſumſit de fructu eius, & comedit. Heic attentè mihi quid magnus ille Baſilius dicat, aduertito. Quāobrem, inquit, erat in paradiſo lignum, de quo ueſci quis poſſet? Nā abſq; illo fuiſſet, nequaquā Diabolus nos deceptos in mortem præcipites egiſſet. Nimirū oportebat eſſe mandatum quoddam, in quo noſtra obœdientia exploraretur. Icciro arbor iſtæc erat elegans & fructuum ferax, ut per abſtinentiam à re ſuaui temperantiæ bono declarato, digni cēſeremur, quibus tolerātiæ ſerta meritò tribuerentur. Sic ille de his diſſerit. Nyſſenus autem antiſtes ſublimius hæc uerbis huiuſmodi exponit. Malum illum peccati fructum ſerpens commonſtrat, non illum quidem eo pacto, quo comparatus erat à natura: (nā enim aperto malo circumſcriptus homo fuiſſet) ſed externa eius ſpecie per uenuſtatem quamdam exornata, & in ipſo ſenſu dulcedine guſtui præſtigijs quibuſdam indita, uiſus eſt mulieri fidem omnino mereri. Eo pacto fallere Diabolus hominem conſueuit, qui niſi planè prudens atq; ſobrius ſit, molitiones eius uitare, laqueosq́; ſuperare nequit. Atq; hæc in hunc modum comparata ſunt. Ceterùm paruus ille de ortu rerum liber Adamum citra circumſpectionem ſumſiſſe de ligno & comediſſe, prorſus Euæ uerbis haud impulſum, tradit. Senſiſſe nimirum moleſtiam animi quamdā ex fatigatione ac fame. Verùm hæc ſilentio tegi præſtat, quum perpetuum ſilentium mereantur: niſi tu quoq; uelis dicere, mulierem Adamo cōceſſam, ne alia ſe ad animalia conuerteret: ſerpentem ex iumento factum beſtiam reptilē, quum manus ac pedes prius habe-

Paruæ Geneſis praua narratio.

ret,

Ayuntamiento de Madrid

ret, quibus ſpoliatus propterea fuerit, quòd paullo audacius paradiſum fuiſſet ingreſſus, ac primus de ligno ſumſiſſet & comediſſet: Adamum uolucres & reptiles beſtias abegiſſe, ac fructibus paradiſi cõgeſtis unà cũ uxore uictitaſſe: quæ quidem (ne multo his plura cõmemorem) paruus ille de rerum ortu liber narrat, omnino tibi reijcienda, uti quæ pro ludo iocoq; ducant, quotquot aliquo ſaltem modo litteras ſacras inſpectarunt.

## DE TVNICIS PELLICEIS.

TVnicis, inquiunt litteræ ſacræ, pelliceis induit eos. Tradit heic Gregorius antiſtes Nyſſenus, Dominũ pelliceis quidẽ tunicis homines illos principe loco formatos amiciuiſſe, nõ aũt pellibus. Etenim quib. obſecro mactatis animalibus pelles detraxit, ut hominibus amictũ reperiret? Reſtat igitur, Deum certo cõſilio de natura brutorum petitã mortalitatẽ indidiſſe naturæ huic ad immortalitatẽ cõditæ, ne malum perpetuum foret. Ioãnes autem Chryſoſt. haſce tunicas intelligẽs, ut uerba ſonãt, inqt: Si quis eſt hominũ in alios ſenſus ſcripta ſacra torquẽtium, qui ambitioſè roget, unde pelles iſtæ repertæ fuerint, quũ animalia nulla mactata forẽt: is ſciat me quoq; audientem de Aegypti ſanguine, ſcire cupere, quo pacto Deus Nilũ in ſanguinem conuerterit, qualiánam mactarit animalia? Nimirum in ſanguinem commutatus eſt amnis, quum animal nullum mactatum eſſet. Itidem pelles exſtitere duæ, atque illi quærunt, de quibus animalibus ſumtæ fuerint? Vt ibi ſcilicet abſque animali ſanguis erat, ita heic abſque animali pellis. Hoc quoque ſcire debes, non tantopere patrem de liberûm educatione ſollicitum eſſe, atque mater eſt: quippe quæ id temporis ſibi dici audiuerit,



Ayuntamiento de Madrid

Cum dolore natos paries. Secundum hæc Deus ait: Exſe-cratione quadam infelix erit humus propter ea, quæ deſi gnaſti. Nimirum me peccante ſolum ſterilitate flagella-tur, adeoq; infelix humus eſt facinorum noſtrorum cauſ-ſa: hoc eſt, quæ ex ea naſcuntur, non iam amplius ſponte proueniunt, uti prius conſueuerant. Et folia ficulna con-ſuērunt, immortalitatem exuērunt, amictus ille glorioſus eis ademtus eſt, corpusq; nudatum & in lutum redactū. Ea ſcilicet de cauſſa ſibi ficulna folia conſuērunt. Artem ipſam conſuēndi unde repererit homo, noli quærere. Nā ſi erat imago Dei, de ſcientia ipſius ambigendum non eſt. Atq; hoc loco Chryſoſtomus eos irridet, qui paradiſum in cælo collocant, & ſpiritualem eſſe uolunt. Quippe ſi ſuperioribus iſtis in locis erat, dicere debebant litteræ ſa-cræ, flumina eius deorſum ferri, nō exire. Quæ ratio Ori ginē illum exſecrabilem quaſi ſuffocatum manifeſtò peri mit, ſimulq; uanam ipſius orationem, qua corporis exper tem Adamum fecit. Nam ſi corporis fuiſſet expers, non ſumſiſſet unam ex eo coſtam Deus, mulieremq; de illa for-maſſet. Itaq; perſpicuum eſt, quòd quum ex eo coſtā ſum-ſerit, quæ in expertibus corporis nulla eſt: ſtatui debeat, hominem primò formatum corporis expertē non fuiſſe. Ceterùm poſteaquàm Adamus eiectus paradiſo fuiſſet, E-uam uxorē ſuam cognouit, & Cainum procreauit. Quó nam autem pacto cognouit? Non citra corporis adfectio-nes. Quippe quum homo angelica uita excidiſſet, ex quo mandati uiolator exſtitit: in ſtatum uitæ brutorum conſi-milem & adfectionibus obnoxium lapſus eſt. Iccirco Da-uides plorans inquit: Hei mihi, quum homo dignitate flo-reret, animum non aduertit. Iccirco brutis iumentis eſt comparatus, eisq; factus ſimilis. Idem eximius etiam ille



Ayuntamiento de Madrid

Maximus in ijs, ad Thalaſſium quæ perſcripſit, expoſuit: adfectiones nimirum haſce, uoluptatem, dolorem, appetitum, ceteras, initio cum hominum natura non fuiſſe conditas: ſed propter amiſsionem perfectionis irrepſiſſe, ac parti naturæ paullo longius à ratione recedenti adhæſiſſe, per quas ſtatim unà cum tranſgreſſione pro diuina beataq; imagine brutorum animalium ſimilitudo in homine manifeſta & conſpicua exſtitit. Erat enim neceſſe, ut cooperta rationis dignitate, natura mortalium æquiſsimo iure per ea puniretur brutorum naturæ indicia & argumẽta, quæ ipſamet ſibi ſponte ſua arceſsiuiſſet: ſapienter efficiente Deo, ut hoc pacto intelligentiæ rationalis amplitudinem homo ſecum expẽderet. Enimuerò poſt tranſgreſſionem reapſe nos Deus cupiditatibus illis alligauit & cõſtrinxit, per quas ad cibum, potum, res uenereas impellimur. Hinc eſt in corporibus noſtris per procreationem in lucem editis, quòd & gignantur, & alantur, & tam diu maximè durent, quàm diu cuiuſq; corporis conſtitutio uitæ capax eſt. Quum enim corpus ex elementis quatuor conſtet, ita neceſſariò comparatum eſt, ut eius diſſolutio tandem ſequatur. Quippe compoſitio noſtri ortus initiũ eſt, quemadmodum Gregorius ille Theologus inquit. Idcirco corpus in quibuſdã celerius diſſoluitur, in alijs tardius. Perſuadeat hoc etiam magnus ille tibi Cyrillus, qui ait: Poſt lapſum Deus unicuiq; uitam ſuam explere pro ratione temperamenti ſinit. Nam illam ob cauſſam partes eas corporis noſtri, quæ uitam noſtram continent, cuius generis ſunt cor, cerebrum, iecur, aliaq; talia, firmis oſſibus undiq; natura muniuit: ut ne per quaſuis occaſiones fortuitas ijs læſis, extemplo mors conſequeretur. Atq; his, de quibus antea loquuti ſumus, cupiditatibus uoluptatem Maximus.



Ayuntamiento de Madrid

quoq; uelut eſcæ condimētum quoddam miſcuit, ut ea nos cōmodè delenitos flecteret. Nam ceteroquin ad cibum potumq́; nos haud conferremus, & à rebus uenereis prorſus abſtineremus. quibus rebus omiſsis ac neglectis, neceſſariò genus humanum interiret. Hinc fit, ut ſemen, quod ſuperfluitas quædam eſt, nos urgeat, & moleſtia quadam adficiendo cogat, ut eius ad excretionem progrediamur: optima id ratione permittente Deo, propter generis noſtri durationē. Quæ quum Manes atq; Valentinus ignorarent, uti quidem uidetur, carnē eſſe Diaboli opificium dixerūt, & accendi ab eo, quo turpes in libidines proruat. Enimuerò non conceſsit nobis Deus, ut nimiopere ſimus ad cōplexus uenereos procliues, nec brutorum in morem abſq; ſenſu uiuendi poteſtatem fecit. Nam uoluptati quamdam inſuauitatem adiunxit atq; miſcuit, ut hoc modo ad generis propagationem excitaremur. Hinc eſt, quòd miſerias noſtras deploramus, prioris ſtatus memoriam nobis refricamus, peccatum deniq; grauiter incuſamus, cuius cauſſa paradiſi uita ſpoliati ſumus, brutisq́; iumentis ſimiles facti.

Manis & Valētini error.

## DE TRIBVS ANIMAE partibus.

PRæter hæc etiam illud ſcire te uolo, partem eam animi, quæ appetendi facultatem continet, in iecinore ſedem ſuam obtinere: alteram, qua iraſcendi uis continetur, in corde: rationis denique domicilium in cerebro eſſe. Atque hanc ipſam rationis facultatem gubernator ille rerum uniuerſitatis propterea tibi donauit, ut ab iraſcibili facultate adiutus, fortiter aduerſari brutæ pecuinæq́; concupiſcentiæ poſsis. Norat enim Dominus ille naturæ, quantus eſſet eius impetus. Et hanc appetendi uim

ſedem

Ayuntamiento de Madrid

ſedem in iecinore ſuam habere, Galenus etiã Tityi cõme- morata fabula probat: in libro quidem eo, cui Diagnoſti- ces titulum fecit, iecur eius ab aquila: in altero autem li- bro ſingulari, qui eſt de animi moribus, à uulturibus deuo- rari tradens. Etenim Tityus hic, ut exteræ diſciplinæ fabu- lis cõtinetur, Latonã adamaſſe perhibetur, eamq; ob cauſ- ſam ab illius liberis, Apolline ac Diana, ſupplicio adfe- ctus: Galeno quidem narrante, hominẽ uel ab aquila, uel à uulturibus abſumi: alijs uerò tradentibus, ſagittis eũ fuiſſe confixũ, quæ quidẽ adhuc iecinori eius inhæreãt. De quo intelligi non obſcurè poteſt, appetentẽ animæ uim eſſe in iecinore ſitã. Atq; hoc loco quid ſim dicturus conſiderato. Quũ rationis facultas imperiũ obtinet, eiq; uis iraſcibilis paret, appetente debilitata, ſummiſſeq; ſe gerente: tum ue- rò nec intemperanter homines uiuunt, nec prædonum aut tyrannorum in morẽ: ſed honeſta planè iuſtaq; uita degi- tur. Hac de re dubitari non debet. Nam ſi res ita compara- ta non foret, & ſi corporis in eadem ſtructura nõ hic ad- fectionibus foret obnoxius, ille ſe ſuperiorem ijs declara- ret: nequaquam magnus ille Baſilius Eſaiam uatem enar- rans, quoſdam à natura præcellere diceret alijs, & ipſius etiam carnis cõparatione multis præſtare, ſiue in ſcientiæ alicuius perceptione, ſiue in cultu uirtutis. Hinc uidere eſt uarios homines, tẽperantes & intẽperantes, iracundos et mites, prudẽtes et ſtolidos, ut ſuprà quoq; monuimus. Atq; hæc de cõdicione deteriore in melius cõmutari poſſunt, ac uiciſſim à bono in peius licet deflectere, quẽadmodũ ex hi ſce Gregorij Theologi uerbis perſpicuè intelligimus. Satis eſt, inquit, corpori ſua uitioſitas. Cur flãmæ materies am- plior ſuppeditetur? cur huic belluæ nutrimentũ largius? ut intractabilis ſcilicet fiat, ac rationẽ uiolentia ſua ſuperet.

Galenus de Tityo.

Animum

Ayuntamiento de Madrid

Animum igitur aduertito. Quantam ſibi uim adferāt homines ij, qui frugi quidem eſſe cupiunt, uitamq́; angelicā imitari, uerum facultatem appetentem in ſe ualidam ſentiunt: (etenim natura requirit ea, quæ ſua ſunt: cuius uoluntati atq; motibus aduerſatur, quiſquis uitam agere caſtam inſtituit) quamq́; adeò graue ſit, repugnare naturæ uelle, cui reſpondet ipſius etiam præmij magnitudo: ſanctus ille uir, Ioannes auctor ſcalæ hiſce uerbis declarat: Qui corpus uicit, naturam uicit: qui naturam uicit, ſupra naturam ſemet extulit: hoc qui conſequutus eſt, paullum angelis eſt inferior, ne nihil ab ijs differre dicā. Nimirum ſcito grauibus eos moleſtijs premi, qui caſti eſſe deſiderant, quum appetitum in ſe fortem experiantur, & geniture magnam copiam, quæ negotij plurimum eis faceßit, ac numquam non, ut emittatur, urget. Nihil de hoc ambigendum. Quippe ſi Diogenes ille Cynicus, quum onus illud naturæ nequiret amplius ferre, homo perpetuis & maximis exercitationibus ad abſtinētiam condocefactus, mulierem aliquando quæſiſſe perhibetur, quò rem moleſtam ſibi deponeret, & corpus onere uelut excuſſo leuaret: quantum illos ſuſtinere laboris atq; moleſtiarum exiſtimandum eſt, in quibus à natura uehemens eſt appetitus impetus, quum nihilominus ſeruare ſeipſos in continentia uelint? Atq; hanc ob cauſſam, dilecte fili, quidam uiri religioſi nudis corporibus totos dies in medias aquas ſemet abieciſſe traduntur, quo inflammationem & æſtum illum naturalem reſtinguerent. Itaq; nemo poſthac natiuitatem ſuam in medium proferat, nemo inauſpicatos ſiderum poſitus & inter ſe conformationes cauſſetur. Nam ſapiens ille moderator uniuerſorum præclaro conſilio inſtituit, ut ſuis temporibus certi ſiderū motus, ortus, occaſus eueniant:

Num ſidera mentes hominū regāt.

Ayuntamiento de Madrid

niant: quò commutato per has cauſſas aëre, pluuijsq; delabentibus, plantæ incrementum commodè ſumāt. Quum enim alimenta quodam uelut ambitu perpetuo ſuppeditata non deſiderantur, etiam illorum natura, qui fructus ipſos percipiunt, uel egere, uel deficere nequit. De quo intelligimus, ſidera quidem cum motibus ſuis fructuum, fructus autē animalium & hominis eſſe cauſſa factos. Quapropter animorum uoluntates atq; ſententias ſidera non mutant, nec hominem ad imaginem Dei factum mancipij cuiuſdam uilis inſtar hac illac ducunt. Non tam enim ipſa depræhenderentur iniuſta eſſe, quoſdam adulteros efficientia, quoſdam homicidas ac prædones: quàm eorum opifex, qui præcipuam in hac parte culpā mereretur, ob res eiuſmodi conditas, quæ neceſſariò nos ad mala procliues redderent. Iccirco non abs re ſcripſit eximius ille Petrus ad Fauſtum, quoſdam falſò uniuerſum hoc natalicijs ſideribus & fato committere. Prudenter igitur hæc conſiderato, nec horum uerbis plus æquo perturbari te ſinito. Quum enim dicunt, eam horam, qua fetus conceptio fiat, fetum ipſum, tam marem quàm femineum, optimè formare: mox eis obijcere uiciſſim potes, quòd ſi quidem una & eadem hora, una & eadem ſeminis deiectione, gemellorū conceptio fiat, omnino neceſſe ſit alterum eorum non eſſe marem, alterum feminam: ſed uel ambos mares, uel feminas formari. Conſimiliter eadem ratione ſequeretur, alterum eorum non debere citius extingui, tardius alterum: ſed utrumque rebus humanis pariter eximi. Nam, ut ipſi loquuntur, idem ſidus tam huic, quàm illi uitam præbuit. Quin etiam eò progrediuntur, ut morbos quoſdam & formas, quæ fetibus in ipſa matrice nonnumquam accidunt, (ſolent enim interdum femellæ uerendis in partibus

uirilem

Ayuntamiento de Madrid

*uirilem habere ſpeciem, ac uice uerſa mares femineam) ἀſtris auctoribus tribuant.*

ADVERSVS EOS, QVI DICVNT, ILlorũ quæ pueris præter naturã accidant, cauſſam ad ſidera referendam eſſe.

De hermaphroditis.

*VOcant eiuſmodi fetus, de quibus modò loquebamur, hermaphroditos. Nam perbellè fingũt, Mercurium (qui Græcis Hermes eſt) & Venerẽ (quæ Aphrodite) in iiſdem centris coniunctos, Saturno etiã accedente, certáq; conformatione aeris, fetus quoſdam præter naturam adfectos producere. Sedenim hoc minimè uerum eſt. Nam ipſa fetus formatrix natura nonnumquã huiuſmodi efficit, quemadmodum eſt ſuprà demonſtratum.*

Hermes triſmegiſtus.

*Hermes quidem ille philoſophus, quẽ Græci tanto habẽt in honore, ſcriptis ad ſapientem Ammonem litteris, morborum in iis cauſſas, qui furore corripiuntur, & mente ſunt alienati, ad ſidera refert. Quum enim, inquit, ſidus illud, in cuius poteſtate cerebrum eſt, fetum bono quodam adſpectu intuetur, eiuſq; cerebrum in ipſa formatione radiis eiuſmodi colluſtrat: omnino fit, ut facultates animi principes in tali fetu præclarè comparatæ ſint. At ſi quomodocunq; ſidus ipſum malè adficiatur, etiam diuerſa erit & contraria priori eius effectio. Hunc in modum ſpectatores illi ſublimium ſentiunt atq; loquuntur. Eorum tu opinionem reiicito, ac prauis quibuſdam humoribus cerebrum eius repletum eſſe credito, quẽ animo alienatum conſpexeris. Nam cerebrum mentis eſt inſtrumentum, ideoq; pro ipſius inſtrumenti adfectione mens etiam, uelut artifex, agere conſueuit. Propterea Deus herbas quaſdam condidit, quibus uariis doloribus atque morbis medeamur, & hominibus medicam ſapientiam abundè largitus*

Ayuntamiento de Madrid

gitus eſt. Hinc & cerebrum purgari uidemus, & morbos alios, qui curationem requirunt, conuenientium medicamentorum adhibitione ſanari. Non igitur eorum uerbis decipi te patitor. Ac ne fato quidem, ceu dictum eſt, hi morbi hominibus accidunt. Quid enim aliud ſibi fati uult uocabulum, de ipſorum ſententia, quàm quòd ſit euentus quidam ineuitabilis, ortus ex ſerie perpetua motus cæleſtium corporum? Quod ipſum totus ille ſanctorum uirorum cœtus longiſſimè reijcit. Quãobrem iſtuc? quia multum amentiæ ſtoliditatiſq; continet, plus impietatis: ut magnus ille Baſilius loquitur. Naturaliter quidem (ceu diximus) gubernari regiq; corpus noſtrum, ipſe rerũ Dominus uoluit: abſq; quo foret, nec aere puro, nec aquis pellucidis, nec loco ſalubri, nec ſumtis per uices eſculẽtis ac poculentis uita noſtra indigeret. Enimuerò, care fili, fac diuinam mihi ſapientiam intueare, ſiquidem nõnihil de rerũ natura nobis eſt cõmentandum. Etenim ne maximè principales neceſſariæq; corporis noſtri partes quibuſuis de cauſſis læderentur, caput noſtrũ, uti quod cerebrum cõtinet, quo uita noſtra tota nititur, tum capillis, tum oſſibus præter illos ſolidis duriſq; muniuit. Cerebrum ipſum natura tenerũ fecit, quandoquidẽ cunctis ſenſib. ſuos quaſi fontes ſuppeditat. Rurſum ne tã tenera ſubſtãtia propter oſſiũ duriciẽ colliſa uelut attereretur, ac detrimẽtũ caperet: duab. eã mẽbranis eſt cõplexa, iiſq; nõ unius generis, ſed interiore quidẽ molli, ob cerebri quietẽ: exteriore uerò ſolidiori, quò per illã utriuſq; ſaluti conſuleretur. Idem in corde factum, Ioanne Chryſoſtomo teſte, quod oſſibus quidem cinxit Deus: ſed nihilo minus eidem, quaſi teneram quamdam ueſtem ſtragulam, pulmonem adiunxit, ne & ipſum ad oſſa propter perpetuitatem motus allideretur. Quin

Fatũ quid.

Prouidentia in hominis formatione.

Ayuntamiento de Madrid

Quin illud etiam, quòd non continuum & unum ſit os; quo cerebrum tegitur, ſed omni ex parte ſuturas habeat, quàm præclarè conſultum ſanitati noſtræ ſit, argumento eſt. Nam per eas uapores ſuos emittit, ne per halitus surſum contendentes ſuffocetur: & eadem ratione conſequimur, ut illata fortè cerebro plaga non totum lædat. Quippe ſi os continuum & unum foret, ab uno uulnere totum læderetur. Nunc quum in oſſa plura diuiſum ſit, fieri hoc omnino nequit. Nam ſi maximè pars una uulneretur, neceſſe eſt illud os lædi, quod illa eſt in parte ſitum, quum illæſa cetera maneant, ipſa uulneris cõtinuitate per oßium diuiſionem interrupta. Quid de capitis excrementis dicam? quorum egeſtioni nares ſunt (uti uides) deſtinatæ. Quum enim caput tamquàm ſupremum in corpore locũ conſequutum, uapores deorſum adſcendentes excipere ſoleat, quorum redundantia cerebro plurimum detrimenti allatura erat: ne id quidem opifex ille rerum negligere uoluit, ſed quibuſdã meatibus effectis in ipſis oßibus, excrementa humida & craſſa in palatũ ac nares deduxit, quas ipſas quoq; duas in partes diuiſit, quibus excretio fiat: ut compendiaria quaſi uia breuiterq; noxia egerantur, & excrementa ſurſum exhalantia per cranij ſuturas ſurſum expellantur. Neq; cerebri naturam eſſe frigidam mirabe-

Quò ſeruiat in homine cerebri amplitudo.

ris, nec quòd in homine cerebrum ſit amplius, quàm in animalibus ceteris. Nam hinc tradit Ariſtoteles calorem ebullitionemq; cordis temperatiorem effici, & ipſum cerebrum propter calorem ſurſum tendentem non nimium efferueſcere. quod ſanè ſi fieret, non parum effectiones eius impedirentur. Atque hoc loco mentem mihi uelim adhibeas. Quia magnus eſt cordis calor, icciro etiam maior illi frigiditas cerebri & humiditas opponitur: cuius humiditatis

Ayuntamiento de Madrid

miditatis cauſſa pquàm ſerò capitis os conſolidatur, quod bregma nonnulli uocant. Et ſuturas capitis, ceu diximus, homo plures habet, præſertimq; uir. Quamobrem iſtuc? quia cerebrum in eo quoque maius eſt. Vt igitur hic locus fœtoris expers eſſet maximè, uir pluribus ſuturis egebat, pro ipſius nimirum cerebri amplitudine. Quòd ſi cerebrum quis ſiccum minimeq; grauatum ab excrementis habeat, prudens atque ſobrius euadit: quum eiuſdem humiditas contrarium quiddam efficiat, hominem uidelicet deſidem, ſomnolentum, ignauum. Licet hoc de ſapientis Heracleti uerbis intelligas, qui animam ſicciorem dixit eſſe ſapientiorem. Nam in cerebris humidis ſpiritus animalis ueluti ſubmerſus, ut & in feminis eſt uidere, præclariſſimè ſuas effectiones abſoluere nequit. Iccirco diuinus ille Cyrillus ſexum femineum dimidia parte uirorum indoli cedere dixit. Atque hæc de ſtatu condicioneq; cerebri naturali dicta ſunto. Quum autem plus æquo ſicceſcit, neceſſe eſt hominem lædi & adfligi. Nam uehementes quædam temperamenti iuſti perturbationes partium ipſarum effectiones quaſi retundere conſueuerunt. Itaq; fieri plerumq; ſolet, ut uel ieiunia, uel uigiliæ naturalem cerebri ſiccitatem plus æquo augentes, huiuſmodi morbos gignant. Eſtq; propterea neceſſarium, ut homines in hunc modum adfecti uictus ratione aliquanto humidiore utantur. Nam orti de ſiccitate morbi per humiditatem curantur. Rurſum ſi ex morbo quodam plus æquo ſit humidum cerebrum, ſubſequi rerum obliuio & infatuatio quædam ſolet, eaq; tanta, ut ſæpenumero tam artium quàm litterarum, ſuiq; adeò nominis homo prorſus obliuiſcatur. Tribus nimirum membranis cerebrum diſtinguitur, ac uentriculus quidem eius anterior facultatis informantis

Cur præſtent ſicca cerebra.

Vnde uehemētes obliuiones.

Ventriculi cerebri.



Ayuntamiento de Madrid

*formantis & imaginantis eſt inſtrumentum: medius uerò, cogitantis: poſticus deniq;, recordātis. Etenim primò rem hanc aut illam informatione quadā concipimus: deinde de informata ratiocinamur, quid & quotuplex à natura ſit: atq; ita in memoriam tandem recōdimus. Et hæc quidem accipiēda de ijs ſunt, qui rectè adfecti ſunt atq; ſani. Quòd ſi autē uel unum aliquid horum morbo quōdā, quocumq; pacto adficiatur, tunc eius partis ratione anima purè nequit efficax eſſe. Hæc tibi, dilecte fili, monendo ſubijcio, ne ſiderū inter ſe conformationes & adſpectus cauſſeris: quū naturalibus huiuſmodi quædam rationibus euenire conſueuerint. Ac ſumus quidem hactenus longioribus in expoſitione hac digreſſionibus uſi, uerùm id omne ſtudio diſcendi tuo, quo ſanè ſingulari flagras, tributū eſt. Quippe dum cupiditati (ceu uides) tuæ gratificamur, magno hæc labore atq; induſtria collegimus, & in hunc commentarium ſtudioſè digeſſimus.*

# ANNALIVM PARS SECVNDA,

## ab Adamo uſq; ad Cæſaris imperium.

Georgius Syncellus de Adami liberis.

SECVNDVM *hæc* Adamus *Cainū*, Abe*lum*, Sethumq; *genuit*, *& filias duas*, *uti* Georgius *memoriæ prodidit*: Azuram *uidelicet*, *quæ cū* Caino *nupta fuit*, *et* Aſuam, *quā* Sethus *uxorē accepit*. Etenim Abelus *per inuidiam à* Caino *necatus*, *exſors coniugij ac uirgo deceſſit*. Cauſſa, *quamobrem* Abelo Cainus *inuideret*, *hæc erat*, *quòd ſacrificijs eius magis* Deus *eſſet ꝓpitius*, *quàm* Cainicis, *quæ omnino auerſabatur*: *nō quia terræ fructus*

*ille*

Ayuntamiento de Madrid

ille offerret, quemadmodum ueſanus ille Iulianus ſcripſit, animalium mactationes hoc argumento comprobare uolens: ſed quòd inutilia prorſus eſſent. Itaq; Deus Abeli ſacrificia reſpiciebat, quæ ille de pecorum ſuorum, & quidem eximiorum primigenis offerebat: hoc eſt, ut Chryſoſtomi uerbis utar, inſtitutum animi uel probat uel improbat, non res ipſas, quæ offeruntur. Sedenim unde Caino ad animum accidit, ut Deo ſacrificium offerẽdum eſſe ſtatueret? Num ex cõſcientiæ noticia quadam, ut Chryſoſtomus ait? Et unde tamdem Cainus idem intellexit, Deum munera ſua non reſpicere? Nimirum ex eo, quòd in eius hoſtias ignis è cælo non delaberetur, quemadmodum in Abeli ſacrificijs fieri conſueuerat. Nam eius hoſtias ignis supernè delatus abſumebat, quo ipſo declarabatur, Deum eas acceptas & gratas habere. Solet illud etiam hoc loco quæri, quamobrem initiò de cælo delapſus ignis oblatas hoſtias Deo depaſcebatur, quum id modò non fiat? Num uictimis animalium Deus oblectabatur? Nequaquam, ſed uti Cyrillus inquit, ignis ille typus et imago ſancti ſpiritus erat, qui deſcendit inadſpectabiliter, & ſpirituales uictimas noſtras acceptat: quemadmodũ in ipſum quoq; Chriſtũ in Iordane deſcẽdebat, nõ quòd ille ſpiritus egeret, ſed uti nos diſceremus, ſpiritũ in quẽuis hominẽ, qui baptiſſatur, inadſpectabiliter deſcẽdere, ac eũ ſanctificare. Ceterũ nequaquã tibi nunc abijciẽda eſt fides, ꝓpterea, quòd talia ꝓdigia modò nulla uideas. Quãuis enim ſpectacula quædã ſenſilia tũc oculis exhibebantur eorũ cauſſa, qui paullo rudiores animis erant, ut Chryſoſtomi uerbis utar, nec incorporeã naturã cogitatione cõplecti poterãt: nõ tamẽ idcirco neceſſe eſt nobis offerri ſpectanda conſimilia, quum illorum omnium loco fides nobis ſufficiat. Nam prodigia,

Iulianus imp. pro animaliũ mactatione.

Cyrillus de igne cæleſti.



Ayuntamiento de Madrid

ut ille ait, infidelibus ſeruiunt, non fidem habentibus. Nec ignores, dilecte fili, grauius Cainum deliquiſſe, quàm Adamum: id quod ex utriuſq; poteſt intelligi exſecratione, cui diuinitus ſubiecti ſunt. Nam de Adamo dicitur, Exſecratione infelix erit humus propter ea, quæ deſignaſti: at uerò quia Caini delictum erat exitiale, propterea Cainus ipſemet exſecrationem commeruit. Eamdem ob cauſſam nec celeriter moritur, quo nimirum & alios exemplo ſuo commonefaceret ac erudiret.

## DE CAINO.

Quiſquis me repererit, occidet: inquit de ſemetipſo Cainus, & quidem ad membrorum ſuorum luxationem reſpiciẽs. Verùm Deus è diuerſo: Ne tibi formidaueris, ait. Nam qui te necauerit, ſeptuli uindictam ſuſtinebit. hoc eſt, ſeptem pœnis ſeipſum obnoxium faciet. In hunc modum hæc perſcripta legimus. Georgius autem memoriæ prodit, Cainũ miſerabili morte per ignorationem fuiſſe peremtum, uti quem Lamechus ab oculis deſtitutus occiderit: quod ſanè fidem mereri nequit. Nam quis obſecro ſcire poteſt, num Cainus adhuc Lamechi temporibus ſuperſtes fuerit? Certi nihil ſtatui de hoc poteſt, quum annos poſterorum Caini Moſes ita memoriæ non prodiderit, ut oriundorum à Setho: ne dicam, Deum Caino quamdam appoſuiſſe notam, ne à quoquam necaretur. Per hanc uerò notam uel ipſa Dei de Caino ſententia debet intelligi, uel membrorum eius trepidatio. Quo nam igitur pacto dici poteſt, quòd interemtus fuerit? Iã ſi quæras, quamobrem Moſes Caini poſterorum annos non recenſuerit: magnus ille tibi Cyrillus in Glaphyris ſiue uarietatibus ſuis reſpondebit. Non hoc factum eſt, inquit, ex

Georgij chronographi mendacium.

Quæ nota Caino addita.

Cyrilli γλαφυρά.

igno-

Ayuntamiento de Madrid

ignoratione quadam Dei, ſed quia peccatorum annos, totamq; adeò uitam libro uiuentium contineri nolit. Idē Cyrillus refert, Cainum & Abelum fuiſſe figuram primigeni populi iudaici, & Chriſti Chriſtoq; fidentium. Quemadmodum enim Cainus inuidia flagrans, profuſo fratris ſanguine non ſolum à Dei conſpectu profugit, uerumetiam in eiuſmodi exſecrationem incidit, ut uagabundus in terris gemeret atq; tremeret: ſic etiam Iudaica natio propter inuidiam, qua flagrauit, & profuſum ipſius Chriſti ſanguinem, è Dei conſpectu exceſſit, iamq; adeò tremens & gemens obuagatur. Hoc modo notam Caino Deus appoſuit, ne ab aliquo perimeretur, id quod futurum exiſtimarat. Etenim ipſe dixerat: Accidet, ut qui me cumq; repererit, occidat. Ioſepus tradit, Cainum obſecraſſe Deum, ne in obuagatione ſua fortè in belluas incideret: eoq; pacto periiſſe hominem refert. Quòd ſi etiam ſcire deſideras, unde Cainus modum occidendi fratris acceperit, qui neminem ſciret adhuc à quoquam interfectum: licet hoc de magno illo Athanaſio cognoſcas, qui Diabolū ait Caino per quietem necandi fratris rationem oſtendiſſe. Inuidia quidem certè, ceu diximus, in Caini corde quodam quaſi domicilio conſtituto, Abeli cædem peperit. Nam eiuſmodi adfectionibus mortaliū animi facti ſunt obnoxij, poſteaquàm è ſtatu perturbationum experte, ipſaq; adeò perfectione exciderunt. Nihilominus animi quidam adfectiones haſce ſuperant, quum è diuerſo alij nolentes ijs ſemet opponere, quibuslibet occaſionibus, etiam leuiſſimis, quaſi proſtrati ſuccumbant: cuiuſmodi quiddā in ipſis etiā corporibus eſt uidere. Nam quædam eorum optimè prorſus adfecta ſunt, nec à rebus extrinſecus accidentibus ullo modo læduntur: quum alia tantopere debilitati ac morbis obnoxia ſint ex



Ayuntamiento de Madrid

cõſtitutione quadam naturali, ut cauſsis extrinſecus accidentibus reſiſtere uel tantillum nequeãt. Nimirũ ſi paullo plus æquo uel incaleſcant, uel frigeant, uel uigilẽt, uel dormiant, cõtinuò morbus ſubſequitur. Idem in animis etiam uſuuenire cogitabis. Secundũ hæc ut Adamum Deus conſolaretur, qui tum propter amiſsionẽ paradiſi, tum Abeli cædẽ, magnopere adflictaretur: præſtantẽ ei uirtute filium Sethum dedit. quamobrẽ his Eua uerbis eſt uſa: Deus mihi ſobolem alterã in locũ Abeli à Caino perempti repoſuit.

## DE CAIANITARVM SECTA.

SCire debes, magnum illum Epiphanium inter ceteras, Caianitarum quoq; ſectam commemorare. Colebant illi Cainum, ceu quamdam poteſtatem, aiebantq; bonum & malum in hominibus à uoluntate non pendere ac proficiſci, ſed à natura. Iidem & Iudã honore proſequuntur, ut qui Seruatorem prodẽdo præclari operis, noſtræ nimirum ſalutis, auctor exſtiterit. Circumfertur apud eoſdẽ liber, quẽ Anabatianum (ab adſcenſu) uocant. Continentur hoc ea, quæ Paulus id temporis conſpexerit, quo in cælum tertium adſcendit. Retinẽt hunc illi librum, nõ animaduertẽtes, Paulum profiteri, ſe tum uerba quædã audiſſe, quæ linguis humanis efferri ſit nefas. Atq; illa certè uerba nec prolata fuiſſe umquã, nec à mortalium quoquã cognita, Gregorius etiã Theologus in oratione, quæ eſt de recta diſſerẽdi de Deo ratione, uerbis hiſce demonſtrat: Quòd ſi Paulo licuiſſet effari ea, quorũ ipſi cognitionẽ cælum tertium, et uſq; ad illud progreſsio ſuppeditauit: fortaſſe de Deo nobis aliquid amplius conſtaret. Cõſimiliter Ioannes ille Chryſoſtomus in orationibus illis, quibus opera ſex dierũ enarrauit, his uerbis utitur: Si magnus ille Paulus, quẽ eo dignatus eſt honore Deus, ut audiret

Anabatianus liber Caianitarum.

Ayuntamiento de Madrid

diret ineffabilia uerba, nulli ad hunc uſq; diē alij mortaliū audita, dicere nō dubitauit, ſe corpus ſuum contundere ac ſubigere: quid nos tamdē de nobis dicere par eſt? Ac de his quidem hactenus. Adamus autem eiectus è paradiſo, (hinc enim temporum annotatio incoatur) quū annos nongentos ac triginta uiuēdo expleſſet: in Iudæa mortuus eſt, ibidemq; ſepultus. Vnde id conſtet, audi. Epiphanius in Panarijs, & Baſilius in Eſaiæ uatis enarratione tradunt, traditionem quamdā non ſcriptā in eccleſia retineri, Adamū de paradiſo eiectū mox in Iudæā perueniſſe, quo dāni facti ſolatium aliquod haberet. Nā eius terræ ſolum pingue ſacris in litteris appellatur, in qua deinceps quum uixiſſet, ibidē quoq; ſepultus fuit. Et uidebatur eius caput, ubi iam carnes defluxiſſent, mirum quoddā intuentibus eſſe ſpectaculū, præſertim quū Iudæa primum omniū cadauer ipſius excepiſſet. Itaq; loco quodā hac ipſius caluaria cōdita, locum ipſum Caluariæ locum dixere: quo loco deinceps in crucem Dominus agitur, ut in ligno eum reſtitueret uitæ, qui per lignū mortalitati factus fuerat obnoxius. Qua de cauſſa nugas agere Tatianos eſt neceſſe, quū Adamū ſalutē conſequutū negāt. Eumdē, ceu diximus, in Iudæā delatū, ibidē terræ mandatū eſſe: Ioſepus etiā, de hebraica perceptū hiſtoria, memoriæ prodidit. Ceterùm in annotatione temporū ſcriptores hoc loco diſſentiūt. Nā ex ſeptuaginta interpretū auctoritate reperiuntur in decē ab Adamo ad Noā ætatibus anni CIↃ CIↃ CCXLII. Iudæorū hebraica lectio tradit in iiſdē ætatibus annos CIↃIↃCLVI. Libri Samaritanorum hebraici annos CIↃCCCVII habent. Perhibetur etiā, diuinum angelum Vrielum, cuius eſt inter aſtra ſtatio, deſcēdiſſe ad Sethum et Enochum, eoſq; de temporum anni, menſium, conuerſionum, ipſorumq;

Chronographiæ initiū unde ſumendum.

Vbi Adamus exſul uixerit atq; mortuus ſit.

Caluariæ locus quis.

Tatianorū error.

Diuerſitas in numeris annorum apud Græcos & Hebræos.

2242.

1656.

1307.



Ayuntamiento de Madrid

annorũ adeò diſcriminibus erudiiſſe. Georgius tradit, Se-
thum primum inueniſſe litteras Hebraicas, ſigna cæleſtia,
cõuerſiones annorũ, mẽſes, ſeptimanas: eumdẽ ſideribus et
ſtellis ſeptẽ erraticis indidiſſe nomina, de quibus agnoſce-
912. rẽtur. Hic Sethus quũ annos IↃCCCCXII uixiſſet,
fato functus eſt, tum propter uirtutẽ pro Deo habitus, tũ
quòd Hebraicas litteras & appellationes ſiderum primus
inueniſſet. Procreauit autem Enoſum, qui & ipſe pro
Deo uirtutis nomine haberi meruit. Quum annos uixiſſet
905. IↃCCCCV, reb. humanis exẽtus eſt. Filiũ habuit Cai-
910. nã, qui quũ annos ætatis IↃCCCCX expleſſet, obijt:
895. relicto filio Maleleelo, qui annis uitæ IↃCCCXCV
exactis, mortuus eſt. Filiũ is habuit Iaredũ, qui poſt annũ
962. uitæ IↃCCCCLXII terras reliquit. Genuit aũt Eno-
chum, ex quo Mathuſalas natus eſt: quumq; uixiſſet Eno-
chus annos CCCLXV, ſublatus à Deo nuſquã exſtitit.
Bis aũt litteræ ſacræ tradũt, Enochũ Mathuſalã procreaſ-
ſe. Propterea Chryſoſtomus hæc ita declarãs, inquit: Con-
iugiũ illis, qui grati & accepti eſſe Deo uolũt, nihil impe-
dimẽti adfert. Nã ea de cauſſa ſemel atq; iterũ indicant lit-
teræ ſacræ, Enochum Deo fuiſſe gratũ, poſtquàm Mathu-
ſalã genuiſſet, ideoq; ſublatũ è medio fuiſſe. Atq; heic mihi
bonitatẽ heri noſtri adſpice. Nã homine reperto, qui ſum-
ma uirtute præditus eſſet, noluit eũ illius dignitatis exper-
tẽ eſſe, qua principe loco formatũ hominẽ ante uiolationẽ
edicti ornauerat. Et uerò propterea de medio ſublatum
Enochum fuiſſe diuinitus, ut homines mortalitati propter
peccatum factos obnoxios Deus cõſolaretur: magnus ille
Athanaſius in oratiõe ſua de Adſumtione uerbis his aper-
te ſignificat. Propter inobœdientiam quidẽ ingreſſa mors
eſt, uerùm nihilominus extremam illam comminationis

Coniugium pietatis & uirtutis cultui non officit.

Athanaſii locus de Enocho.

ſua

Ayuntamiento de Madrid

ſuæ ſeueritatē mitigans Deus humano generi ſpem immortalitatis illuſtrem oſtentat, Enocho de medio mortalium ſublato. Quo ipſo facto nos docuit, naturam mortalem fines immortalitatis excipere. Adeoq; iuſti hominis hæc cōdicio, nihil erat aliud, quàm mortis uelut inſiſtere iuſſæ inhibitio. Georgius ſcribit, interfectis Enochi fratribus à Lamecho, qui deinde coniuges eorū ſibi matrimonio iunxerit, iuſtum hunc uirum precatum eſſe, ne quid eiuſmodi amplius ſpectaret. Cainus etiam cum uxore quum liberis operam dediſſet, cōcepto illa fœtu, Henoſum enixa eſt. Henoſus Gaidanem procreauit, Gaidan Maleleelum, Maleleelus Mathuſalā, Mathuſalas Lamechum. Is duabus uxoribus, Ada Selaq;, ductis: ſic eas eſt alloquutus. Audite meā orationem, uxores Lamechi, & quæ dicā attendite. Occidi hominem cum uulnere meo, iuuenem non ſine plagis meis. In Caino ſeptupli pœna fuit, in Lamecho ſeptuagecupli ſeptupli erit. Quæri ſolet hoc loco, quāobrē in Caino quidem ſeptupli pœna ſtatuatur, quū is proprium fratrē occiderit: in Lamecho autem, ſeptuagecupli ſeptupli? Reſpondemus, Cainum necdum ſciuiſſe, cuiuſmodi malum cædes foret: necdum quemquā homicidam punitum nouiſſe: necdum indignationem Dei compertam habuiſſe: quamobrem pœna non uſqueadeò graui fuiſſe adfectum. Lamechi uerò ſupplicium eò fuiſſe grauius, quòd homicidium poſt legem latam, & condemnationem promulgatā commiſiſſet, nec Caini exemplo monitus frugi factus fuiſſet. Idcirco grauius punitur. Rurſum Cainus ueniā cædis nō eſt conſequutus, idq; propterea, quòd Deo ipſum redarguente, delictū occultare conatus fuerit. At eodē à piaculo Lamechus abſoluitur, quòd ipſemet ſuo ſe calculo damnauerit, ſeq; maiori ſupplicio dignū uerbis hiſce pronuntiauerit: In

Caini poſteritas.

Caini cū Lamecho comparatio.



Ayuntamiento de Madrid

rit: In Caino ſeptupli pœna fuit, in Lamecho ſeptuagecu-pli ſeptupli erit. Quòd ſi, dilecte fili, curioſè tibi libet etiam de hoc inquirere, quod ad Cainum à Deo profertur, Quicumq; Cainum necauerit, ſeptupli uindictam ſuſtinebit: licet ex Ioannis Chryſoſtomi oratione in Iudæos ſeptima diſcas, ubi hæc uerba ipſius exſtant: Dicere uoluit Deus, Ne metuas tibi, Caine, uitam longæuam exiges. Quòd ſi quis te necauerit, multarum pœnarum ſe reum faciet. Septenarius enim numerus ſacris in litteris indefinitæ multitudinis ſignificationem habere ſolet. Qui ergo te interfecerit, iiſq; pœnis exemerit, quæ te nunc premunt: is ſupplicium in ſemetipſum transferet. Quod quidem dictum perquàm eſſe graue uidetur, uerùm à prouidentia ſingulari proficiſcitur. Quum enim Deus poſteriores efficere frugi uellet, huiuſmodi pœnæ modum reperit, qui & ipſum liberare ſupplicio poſſet. Nam ſi mox eum ſuſtuliſſet, ſuo cum delicto periiſſet, nec poſteris innotuiſſet. Nunc quũ facta fuerit ei poteſtas in illa trepidatione diu uiuendi, uel ipſo intuitu ſibi occurrentes erudiebat. Enimuerò quî factum eſt, ut quum delictum ſuum faſſus ipſe uerbis his eſſet, Maior eſt mea culpa, quàm ut remittatur: peccatum abluere nequiuerit? Atqui uates ait: Iniquitates tuas Domino prior exponito, ut iuſtificeris. Nimirum propterea damnatus eſt, quòd ſic delictum ſuum faſſus non fuerit, quemadmodum uates præcipit. Hoc enim requiritur, non ut ſimpliciter profitea-re: ſed ut prior hoc facias, nec coarguentem exſpectes. At uerò Cainus prior non expoſuit, ſed tantiſper expectauit, donec à Deo coargueretur: quo facto delictum ſuum expoſuit, id quod eſſe confeſſio nequit. Nam priorem eſſe in fatendo, id uerò iuſtificat. Huiuſmodi Chryſo-

Cur nõ mox Cainus punitus fuerit.

Qualis Caini confeſsio fuerit.

ſtomus

Ayuntamiento de Madrid

ſtomus uerbis his indicauit. Ceterùm Mathuſalas Enochum eſt ſubſequutus, Mathuſalam Lamechus, à quo Noa procreatus fuit, cui tres fuere filij: Semus, Chamus, Iaphetus. Accidit autem, ut iam hominum multitudo per orbem creſcere inciperet: quibus quum filiæ naſcerentur, filij Dei animaduerſo filias hominum uenuſtas eſſe, de omni numero eligebant, quas uxores ducerent. Tum Dominus dixit: Non permanebit ſpiritus meus in hiſce mortalibus, quum caro ſint. Itaq; reliquos eis faciam annos CXX. Erant ea tempeſtate in terris Gigantes, quæ quidem & diluuium Deus immiſit, cuius nota eſt admodum cauſſa. Quid præter alios Ioſepus tradiderit, audi. Septem ætatibus in eo ſtatu perſtitere mortales, ut Deum pro rerum Domino agnoſcerent, ſolamq; uirtutem in omnibus reſpicerent. Ab eo deinceps tempore mutati ſunt in peius. Nam complures ex Dei filijs cum mulieribus conſueſcentes, liberos ex ijs contumaces, & omnis honeſti contemptores, propter potentiæ fiduciam, progenuere. Quapropter uiſum eſt Deo, cũ ijs uniuerſam nationem mortalium exſcindere, genusq; purum ab omni flagitio facere: reſectis ipſis etiam annis uitæ longæuæ, quã prius degebant. Conſimiliter & eximius ille Cyrillus differit. Filij Dei, ait, hoc eſt, à Setho prognati, (nam illum uirtutis cauſſa ſui Deum appellauere) animaduerſo filias hominum, id eſt, ortas ex poſteritate Caini, forma uenuſtas eſſe: matrimonio ſibi eas iunxerunt, natiq; ſunt ex eis Gigantes homines informes, omnesq; prauitatem referentes, indente turpem eis hanc ſpeciem Deo, propter nefandam & exſecrabilem generis utriuſq; commiſtionẽ. Eaſdẽ ob cauſas diluuio ſunt extincti. Significauit idẽ magnus etiam Petrus, in epiſtolarum ſuarum catholicarum altera

Ioſepus de diluuio.

De cauſsis diluuij.

Gigantes.

uerbis

Ayuntamiento de Madrid

uerbis hiſce diſſerens: Impiorum generi diluuium inuexit. Cur heic uocat impios, qui unum Deum religioſè colendo uenerabantur? Quia tantopere in libidinem exarſerunt, ut uiginti uiri una cum femina conſueſceret. Hoc enim pacto Dei quoq; filij, nimirum à Setho prognati, ad concubitus uagos inuitati ſunt: qui quidē uirtutis etiā nomine Dei ſunt appellati filij, quemadmodum Iſraelus uocatur filius primogenitus. Tradit hæc diuinus ille uir Ephræmus. Et Chryſoſtomus adfirmat, alia nulla de cauſſa, quàm ob hāc utriuſq; generis commiſtionem, cæli meatus recluſos fuiſſe. Itidem non impietatis Deum negantis, uel alia quapiā cauſſa diluuium fuiſſe inuectū, extra ſolam hanc uoluptariæ uitæ libidinem, & commiſtionem exſecrandam, quo nomine Gigantes impios ſummus ille Petrus appellauit: præclariſſimus ille Cyrillus in ſcripto aduerſus Iulianū libro perſpicuè uerbis hiſce demonſtrat: Homines ab Adamo ad Noam uſq; prognati, Deū unum & uerū coluere. Poſt exſtructionem uerò turris illius, linguarumq; diuiſionem, ceperunt etiam opinionibus de Deo diſsidere mortales. Nam in omnes diſperſi partes, Deum quoq; multitudinis errorem imbuerunt. Deniq; propter utriuſq; partis luxuriam diluuium illud orbem uniuerſum inuaſiſſe Deus ipſe denotat, quum ait; Non permanebit ſpiritus meus in hiſce mortalibus, quum caro ſint: hoc eſt, pro adfectionū & carnis libidine uiuāt. Sic enim & Paulus homines temperanter uiuētes, carnis expertes in his uerbis uocat: Vos in carne nō eſtis. Nimirum litteræ ſacræ carnē & impios appellare conſueuerunt eos, quorum uita luxuriæ dedita eſt. Nam impietas nō deaſtrorum modò cultus eſt, ſed ſignificat etiam laſciuiæ luxuriæq; uitam obnoxiam. Patet hoc ex beati uiri Dauidis hac oratione: Dixi apud me, improbitas

Ephræmi, priſci patris, locus.

Ex libro Cyrilli cōtra Iulianum imp.

Impietas pro laſciuia.

probitas

Ayuntamiento de Madrid

probitatem meam aduerſus meipſum Domino fatebor: & tu mei cordis impietatem mihi condonaſti. Quæſo te, num fidem quamdam extraneã Dauides ſectabatur? num Deũ abiurauerat? nequaquam certè. Nimirum impietatis uocabulo cupiditatem illam, quæ adulterium pepererat, innuit. Et uniuerſale diluuiũ inuexit propterea Deus, quòd omnes illi homines repurgationis egerẽt. Significatur hoc ſacris in litteris per hæc uerba: Vidit Deus orbem terrarum eſſe corruptiſsimum, & omnium mortalium mores deprauatos. Heic animũ mihi, dilecte fili, aduertito. Nam ſi Deus id temporis nemini pepercit, ſed diluuio funditus omnes obruit, nihil adiutos ex eo, quòd uerbis Deum religioſè uenerarentur: intelligi perſpicuè poteſt, futurum ut ne nobis quidẽ in illo die parcat, tametſi nomẽ Chriſtianorum habeamus. Reuera enim Chriſtus ille dominus omniũ uerbo nos illo compellabit, quo Iudæos adfatus eſt, quum iactabundi dicerent: Nos ex Abrahamo patre noſtro ſumus orti. Nimirũ ut illis reſpondit, Si Abrahami nati eſſetis, Abrahamo digna faceretis: ita nobis etiã dicturus eſt, Si pro Chriſtianis uos gerere uolebatis, ea præſtare cõueniebat, quæ Chriſtianos omnino decerẽt. Atq; hac in parte minimè tibi eſt ambigendum. Nam per orbis uniuerſi diluuium, & Sodomorum incendium Deus manifeſtò declarauit: qualis immineat ijs exitus, qui uitam in luxuria prodigunt.

## DE NOA, ET ARCA.

QVum Noa quingentos eſſet annos natus, Semum genuit, indeq; Chamum & Iaphetũ. Meretur in illo uiro magnam hoc admirationem, quòd quũ tot annos uiuendo expleſſet, ne legitimos quidem amplexus deſiderauerit. Chryſoſtomus certè ait, ni diuino decre- Noę continentia.

tum

Ayuntamiento de Madrid

tum fuiſſet conſilio, per ipſum genus humanum inſtaurandum eſſe: numquã omnino carnalibus eum cupiditatibus ſe ſummiſſurũ fuiſſe. Propter hanc cauſſam Deus eum uocat hominem ætatis ſuæ integrũ, quæ planè peruerſa erat. Heic Dei tolerantiam mihi conſiderato. Diluuium ſubitò non inuehit, ſed totis centum annis arca conſtruitur. Interim homines ſtolidi Noam uoluntati diuinæ obſequentem irridebant. Immò tametſi cernerent, uniuerſas

Ephræmi locus.

belluas coire, quemadmodum diuinus ille uir Ephræmus ait, Elephantos ab India Perſideq; aduentare, leones ac pardalides inter oues atq; capras promiſcuè accedere, reptiles beſtias cum auibus eôdem ſe perſequente nemine conferre ac circum arcam cõmorari: nihilo tamen magis pœnitentiæ ſtimulos ſentiebant. Idem ne nobis incidat, numquam non uigilemus. Sedenim unde Noa didicerat, quæ animalia munda, quæ immunda eſſent: quũ nondum id temporis ea Moſes ſegregaſſet? Hanc enim quæſtionẽ Chryſoſtomus mouet. Num proficiſcebatur hoc à naturali quadã cognitione, quã habebat: an à ſapientia diuinitus ei conceſſa? Præclara profectò res uirtus eſt. Hæc Enochũ tranſtulit. hæc Noam conſeruauit. Nam uide mihi quæſo, quid fiat. Omnes id temporis homines Deus exitio deſtinans, ſolum ad Noam inquit: Ingredere tu, unà cum omni familia tua, in arcam, quoniam quidem te animaduerti eſſe omnium huius peruerſi prauiq; ſæculi meo in conſpectu facilè iuſtiſſimum. Simul tempus ceteris definitum ad reſipiſcendum tribuẽs, inquit: Reliquos eis faciam annos CXX. Quamquã ne hos quidẽ uniuerſos uixerũt, propter inſignem peruerſitatem. Nam qui prius durante C annorũ interuallo non reſipuerant, intra uiginti annos pœnitentiam acturi non erant. Atq; hoc loco mihi obſerua,

Ayuntamiento de Madrid

ſerua, Deum nonnumquam nobis non reſipiſcentibus eam uitam præcidere, quam prius policebatur, ut heic fieri uidemus: nonnumquam minatum ſe perditurum, reapſe minas non exſequi, nobis reſipiſcentibus: id quod Nineuitis uidemus uſuueniſſe. Ceterùm aqua ſupra ipſos montes excreuit ad XV uſque cubitos, ut eueniret quod futurum Deus minatus fuerat: Quidquid ortum eſt delebo, non homines ſolùm: ſed etiã pecora & reptiliaq; & uolucres quæ ſub cælo ſunt. Quippe ſi tantã ad altitudinẽ non excreuiſſet, uolucres haudquaquã periјßẽt. Et quidẽ aquã huiuſce diluuij mõtes etiã ſublimißimos operuiſſe, uel hinc collige re licet. Quidã quũ è Libani cacuminib. ad ſtructuras ædificiorũ ſaxa cõgererẽt, adſeruerũt ſe intra Libani cõcauitates reperiſſe piſces induratos & in limo defixos, uti Ioſepus etiã memoriæ ꝓdidit. Quũ diluuiũ deſijſſet, Noa Deo ſacrificiũ obtulit. Quãobrẽ iſtuc? ut ijs, q aliquãdo futuri eßẽt infirmiores, Deũ benignũ ac propitiũ redderet, ſicut eximius ille Cyrillus ait: ne rurſum aliquando unus aduerſus oẽs ferretur calculus, quo genus mortaliũ altero diluuio ſubijceretur.. Icci rco Deus his eũ uerbis cõpellat: Statui cũ animo meo, nunq̃ deinceps terrã tãta diritate proſequi propter hominũ facinora, quorũ cogitationes & ſtudia inde uſq; à pueris ad praua quæq; procliuia ſunt. Hãc igitur ob cauſsã ſacrificiũ illud obtulit, cuius etiã reſpectu mandauerat Deus, ut ex mundis animalibus in arcã ſeptena, ex immundis bina reciperẽtur. Nam quia carnibus ueſcendi poteſtatẽ mortalib. facturus erat, atq; etiã litaturos ſibi religioſos homines ſciebat: icci rco mundorũ animaliũ maior numerus ſeruatus eſt, quorũ tria paria generis incremento, reliquũ ſacrificio deſtinatũ eſſet: id quod à diluuio Noa nõ neglexit, de omni mundorũ pecorũ genere Deo

Ioſepi locus.

Cyrilli locus.

Cur tam ſeptena, quàm bina in arcã animalia recepta.

Ayuntamiento de Madrid

*Deo uictimas offerens. Ex quo perſpicuè licet intelligere, propterea fuiſſe præceptũ, ut ſeptena in arcam animalia ſumerentur, ne Noa unum animal ex quouis genere Deo mactans, ipſa paria diſtraheret atq; corrumperet. Ceterũm uſq; adeò Deus in oblatione huius ſacrificij Noæ ſtudium ac uoluntatem probauit, ut his uti uerbis litteræ ſacræ non dubitauerint: Delectatus eſt Deus odoris illius ſuauitate. Quapropter nos quoq; nihil nõ animo ſano & puro faciamus; abſq; quo fuerit, omnino Deus auerſabitur, quodcumq; tamdẽ à nobis offeratur. Nam uides heic uirtutem iuſti hominis de ipſo fumo ac nidore ſuauiſſimum odorem effeciſſe: quũ apud Iudæos prauitas offerentium faceret, ut ſuffitus etiã fragrantiſſimus à Deo piaculi loco duceretur. Ceterũ in narratione de coruo, qui à Noa dimiſſus fuit, ut exploraret, an aqua defeciſſet, Ioſepus hiſtoriæ Moſis apertè refragatur. Commemorat enim, coruum illum ad arcam reuertiſſe, quaſi aqua per omnem terrarum orbem adhuc reſtagnaret. At Moſes hæc in hunc modum narrat: Non reuertit coruus, donec ab aquis exſiccata terra foret. Nã illa ipſa de cauſſa columbã deinceps emiſit, quòd coruus redire noluiſſet. Idem Ioſepus probat auctoritate quorundam hiſtoricorum, quos citat, diluuij tempore quoſdam homines in altiſſimũ Armeniæ montem confugiſſe, atq; ibi ſaluti ſuæ per ipſius montis ſublimitatem conſuluiſſe. Verùm hi à ſcopo (quod dicitur) aberrarunt, & à ſemita recta longè deflexerunt. Nam ſi aqua id temporis ſupra montes quoſq; ſublimiſſimos ad XV uſq; cubitos excreuit, quẽadmodũ Moſes memoriæ prodidit: nullus mea quidem ſententia mons reliquus eſſe potuit, qui à periculo ſeruaret immunes, quotquot in eum confugiſſent. Arcæ ipſius longitudo CCC cubitos habebat,*

An coruus in arcã redierit.

Arcæ menſura.



Ayuntamiento de Madrid

bat, latitudo quinquaginta, altitudo triginta. Quũ aũt cubiti uocabulũ audis, non talem intelligi putato, qualis apud nos eſt in uſu: ſed Geometricũ. Moſes enim, qui apud Aegyptios artẽ Geometriæ didiciſſet, in hac de arca narratione cubitum eiuſmodi intelligit, qui maximã . . . . . efficeret. Nam Aegyptij primi, referente Cyrillo, Geometriã propter amplitudinem terræ ſuæ, eiusq; diuiſionem repererunt: quum motus ſiderum conſideratio ſit à Græcis perfecta, quorum obſeruationes primæ apud Babylonios exſtiterant. Itidem doctrina numerorũ à Phœnicum mercatoribus eſt perfecta. De his hactenus.

Cubitus quid.

Inuentores Geometriæ.

Aſtronomiæ.

Arithmeticæ.

## DE TVRRIS EXSTRVCTIONE.

POſt annos à diluuio IↃXXXVI turris eſt ædificata, hominib. in ea perficiẽda totis XL annis incaſſum laborãtibus. Cohortabãtur enim (ceu Moſes narrat) inuicẽ ut lateres facerent coquerentq;: quibus urbem turrimq; ſibi exſtruerẽt, quæ faſtigio cælũ attingeret. Quamobrẽ: ut ſi alterũ diluuiũ ingrueret, ad eius ſe uerticem cõferrẽt, eoq; pacto imminens ab aquis exitiũ effugerent. Vanũ hunc laborẽ & conatũ eorum Deus per confuſionẽ linguarũ inhibuit. Verba quidẽ ſacris in litteris hæc legũtur: En una eſt mortaliũ natio, qui cuncti eodẽ ſermõe utuntur. Age deſcendamus, & ibi eorũ ſermonẽ ita cõfundamus, ut alij aliorũ orationẽ nõ intelligãt. Itaq; illinc eos per oẽs terras Dominus, qui Deus eſt, diſsipauit. Et appellari cẽperũt homines ab eo tẽpore Meropes, à ſermonis, linguarũ, terræq; diuiſione. Furioſus ille Iulianus hoc etiã inter alia ſcripſit, Deũ conſpicientẽ homines in altũ ope turris ſublatos, eaq; de cauſſa nõ mediocriter perturbatũ, cõmoda quadã ratione ac uia, linguis inter ſe confuſis ulteriorẽ adſcenſum prohibuiſſe. Ceterũ turris ipſa LXXII m præſe-

Μέροπες, ἀπὸ τ̃ μερισμοῦ τ̃ ὀπός, à diuiſione uocis.

Imp. Iuliani calumnia.

LXXII mũdi linguæ.

Ayuntamiento de Madrid

præfectorum opera fuit exſtructa, quorum ad numerũ linguæ quoq; diuiſæ ſunt: quum antea ſermone linguáq; una, ceu dictum eſt, omnes uterentur. Solus Heberus reliquorũ ſtulto conatui nõ adſenſus, linguam ſuam retinuit: de quo colligitur, ab initio mortales uſos Hebraica lingua fuiſſe. Adami certè poſteros hac eſſe loquutos, inde quoq; colligitur, quòd & Abrahami familia eamdẽ uſurparit, & Adamus ille ſecundus, qui Chriſtus eſt, Deus ille noſter. Idẽ animaduertitur ex inſcriptiõe crucis, & hiſce Chriſti uerbis, quũ ait, Ephata, hoc eſt aperitor. Item quòd alibi ait, Talita cumi: hoc eſt, Puella ſurge. Eadẽ de re magnus Epiphanius ille ſic diſſerit: Poſt diluuiũ ædificata turris eſt. Vixit id tẽporis Heberus, auctor & propagator Hebraicæ gentis, quẽ perhibẽt propterea, quòd cũ turrim exſtruentibus cõmercij nihil habuiſſet, linguã ſuam retinuiſſe. Fuit eius ex poſteris Abrahamus, & Hebræa lingua nomen ab eodẽ accepit. Adſentitur huic et Ioſepus. Theodoritus uerò poſteros Adami lingua Syriaca ſult uſos fuiſſe. Sciri aũt debet, Chanaanẽ Chami F. animaduerſo terrã Libano uicinã fertilẽ eſſe, ſuáq; meliorẽ, poſt diuiſionẽ inter Noæ liberos factã: p uim hãc ipſam rapuiſſe, ac poſteros ex ea Semi eieciſſe. Quo factũ, ut uniuerſa terra illa promiſſionis, Chanaanis regio uocaretur. Ioſepus quoq; commemorat, à Chanaane Chananæã fuiſſe appellatã. Semus aũt Arphaxã procreauit, Arphaxas Cainanẽ, qui auctore Georgio libris Aſtronomiã cõplexus eſt, quũ appellatiões ſiderum à Setho eiuſq; poſteris indicatas, & lapidea in tabula perſcriptas reperiſſet. Nã quũ ij multo antè fuiſſent edocti, futurũ ut homines tam per ignẽ, quàm aquã interirẽt: erectis duabus columnis, quarũ una lapidea foret, altera latericia, cæleſtiũ rerũ deſcriptiones ab auo expoſitas iis

Hebræa linguarũ princeps.

Epiphanij locus.

Chanaanis tyrãnica terræ alienæ inuaſio.

Cainan primus Aſtronomiam libris complexus.

ipſis

Ayuntamiento de Madrid

ipſis inſculpſerãt, quũ ſecũ rationes has iniuiſſent: ſiquidẽ uſuueniret, ut per aquam mundus interiret, lapideam columnam cum inſcriptis litteris ſuperfuturã, quæ ſanè poſt diluuiũ in monte Sirido ſalua reperta eſt, hodieq́; reſtat, Ioſepo teſte: ſin per ignẽ mundus corrumperetur, omnino ſuperaturã columnam latericiam. Ceterùm ex ſtirpe Semi quidam exſtitit, Gigantum origine ſatus, cui nomen eſſet Cronus. Hic quũ magnam ad potentiam eſſet euectus, imperioq́; ſuo multos mortales ſubieciſſet: primus regnandi modum, & alios ſub iugum mittendi oſtendit. Quumq́; princeps Aſſyriorum regno totos LVI annos potiretur, uniuerſam ſibi Perſidem dicto audientẽ reddidit. Poſt Cronum LII annos Ninus regnauit, qui quum matrem germanam Semiramidem matrimonio ſibi iunxiſſet: lex apud Perſas inoleuit, qua fas eſſet matres ac ſorores in uxores ducere. Prodijt ex hac familia & Zoroaſter, inſignis ac celeberrimus ille Perſarum aſtronomus: qui Perſis præcepit, ut ſi ab igne cæleſti exureretur, (id quod uotis expetebat, ut fieret) oſſium ſuorũ reliquias ſumerẽt, eaſq́; ad regni excitationem conſeruarent: cui prædictioni euentus deinde reſpõdit. In hiſtorijs illis, quibus aduerſus Iulianum Gregorius ille Theologus uſus eſt, hæc etiã uerba reperiuntur: Aſtronomiam primi Babylonij per Zoroaſtrũ inueniſſe perhibentur, à quibus eã deinceps Aegyptij acceperint. Magia Medorũ inuentũ eſt, à quibus ad Perſas manauit. Differt hæc à Goetia, q̃ Magia ſit imploratio (ſicut aiũt) beneficorũ geniorũ ad boni alicuius effectionẽ: Goetia uerò maleficorum cõpellatio geniorũ, qui circũ ſepulcra uolutãtur, ad mali alicuius effectionẽ. Et Goetiæ nomẽ factũ eſt à ploratib. et lamẽtis, quæ cõſueuerũt in ſepulcris exiſtere: quum Magia dicatur à Maguſæis, hoc eſt Perſis,

Cronus ſiue Saturnus.

Origo imperiorum.

De Zoroaſtro.

Diſcrimen μαγείας & γοητείας. ἀπὸ τῶν γόων.



Ayuntamiento de Madrid

eiuſdem auctoribus. Nam Perſas Magos appellari lingua ipſis uernacula cõſtat. Cyrillus aũt in libris aduerſus Iulianum ſcriptis refert, poſt annos à diluuio IↃCCCC Arbylum regẽ Aſſyrijs imperitaſſe, qui primus hominũ ſibi diuinitatis appellationẽ arrogarit. Eiuſdẽ filius Ninus primus apud Aſſyrios regnũ illuſtri ratione adminiſtraſſe perhibetur, à quo nomẽ inditũ urbi Nineuæ, quã Semiramis magnificè mœnibus cinxit. Poſt turris ædificationẽ, de qua loquuti ſumus, homines hinc inde diſperſi ad facta quædam abſurda exorbitarũt, ac tamdẽ miſeri deaſtrorũ cultus errorem amplexi ſunt, à malis genijs hoc quodã modo decepti. Octauus à Noa Seruchus ſimulacrorũ formandorũ rationẽ inuenit. Fertur enim homines, qui præclarũ aliquod facinus edidiſſent, ſtatuarũ & columnarũ honoribus ornaſſe. Verùm poſteri, quũ maiorũ mentẽ & conſiliũ ignorarent, neq; ſcirent ſtatuas illas memoriæ cauſſa collocatas eſſe: paullatim principis omniũ malorum auctoris impulſu ſic colere cõſimiliter ſecum adfectos & interitui obnoxios homines ceperunt, ac ſi dij forent immortales: adeóq; ſacra quædã eis excogitarunt, ipſis malis genijs intra ſtatuas domiciliũ collocãtibus. Hinc factũ, ut deinceps genus humanũ alijs atq; alijs dijs religioſè ſeruiret. Ac Aegyptij quidẽ ſupra ceteros ad impietatẽ maximã prolapſi ſunt. Nam feles, ſimios, hircos, boues, crocodilos coluerũt: atq; imprimis bouem illũ uarijs coloribus præditũ, quẽ Apim uocabant. Quũ enim bos apud ipſos naſcebatur, qui in lingua & cauda notas quaſdã referret, & in fronte ſimilitudinem lunæ dimidiatæ imitaretur: perhilariter choreas ductitabãt, & conuentus publicos celebrabant, quaſi nouus quiſpiã Deus ad ipſos ſe cõtuliſſet. Ac de his quidẽ hactenus. Rectè aũt octauus à Noa Seruchus fuiſſe dicitur. Quippe

Origo cultus ſimulacrorum.

Aegyptiorũ ſuperſtitio.

Cainanis

Ayuntamiento de Madrid

Cainanis filius fuit Sala, qui Heberũ procreauit, Heberus Phalecum, Phalecus Ragauum, Ragauus Seruchum, Seruchus Nachorem, Nachor Tharam, Thara diuinum hominem Abrahamum, Abrahamus Iſaacum, Iſaacus Iacobum, Iacobus duodecim familiarum principes, Rubenum, Symeonem, Leuium, Iudam, ceteros, à quibus ortæ ſunt XII tribus Iſraelicæ. De Abrahamo Ioſepus memoriæ prodidit, eum in Aegyptum itinere ſuſcepto, numerorum ſidereorumq; motuũ doctrinam cum Aegyptijs communicaſſe, qui ante Abrahami aduentũ nihil horum cognitũ habuerint. Ab Aegyptijs deinceps ad Græcos manaſſe. Georgius autem hæc de Abrahamo tradit, natum ſcilicet annos XIV agnoſcere Deum cepiſſe, ac primum omnium clara uoce Deum rerum opificem prædicaſſe. Quũ enim cælum modò ſerenum, modò nubilum cerneret, ſecum ipſe ratiocinabatur, etiamſi ab alijs pro Deo coleretur: eſſe tamen Deum haudquaquam poſſe. Idem de ſole, de luna, de ſideribus reliquis ſtatuebat, ut qui eſſet inſignis aſtronomus: quumq; talis foret, à Deo uocabatur. Addit eum Abimelecho imperãte famis cauſſa in Aegyptum deſcendiſſe, ac ſapientes Aegyptios, qui opiniones de natalicio ſidere ac fato amplecterentur, pudore adfectos uiciſſe. Nam poſteaquàm ad agnitionem Dei peruenerat, non iam aſtris amplius intentus erat. Nimirum habebat in eo locum illud Apoſtoli uerbum: Quæ Dei ſunt inadſpectabilia, ea ex mundi creatione, dum conſiderantur per opera, perſpiciuntur. Ex ipſis operibus Deũ auctorem uir hic diuinus percepit. In eamdem ſententiã & Plutarchus inquit: Dei notionem quamdam ſum conſequutus. Nam ſemper ſol & luna, reliquaq; ſidera ſub terram delata, conſimilibus uiciſſim coloribus prædita exoriuntur, & magnitudines

Abrahamus aſtronomus.

nes eaſdem, eademq́; loca retinent. Magnus reapſe uir fuit Abrahamus. Qum enim Deum dicentē audiuiſſet, Emigrato ex tua terra, tuaq́; cognatione, ac illam in terrā proficiſcitor, quam tibi monſtrauero: mox obtēperabat, difficultatibus omnibus, quæ interijcere ſe poterant, neglectis: quū ne quidem ſciret, quónam abeundum foret. Nos aūt Deū cottidie uocantē audientes, nec terrena deſerere uolumus, nec ad terrā illam promiſſam cōtendere. Quin etiam ipſius humilitatē Chryſoſtomus admirās, his uerbis utitur: Vera iſtæc eſt humilitas, quū quis alteri partes priores cedit, quēadmodū fecit Abrahamus, ne cū Loto eiusq́; paſtoribus litigaret. quo factum, ut Lotus fertiliori terra Sodomorū potiretur, quū Abrahamus ad quercū Mambræ migraret. Atq; heic uide, quas ei uices Deus referat. Quamcumq;, ait, terrā ex hoc loco conſpicis, omnem tibi ego dabo, & tuo ſemini in ſempiternū. E' diuerſo fertilior illa terra, quā Lotus accepit, paradiſo non cedentē, parū ei profuit. Nam haud longo pòſt interuallo à quinq; regibus, q expeditionē in hæc loca ſuſceperant, captiuus abducitur. Quamq̄ diuinus uir Abrahamus cū CCCXVIII domi ſuæ natis hoſtes adortus, ijſdem cæſis Lotū liberat. Atq; hoc illud eſt, quod Paulus ait, Abrahamū reuertentē à cæde regū, pane ac uino exceptū à Melchiſedeco fuiſſe, cui ſpoliorum ſecum allatorū decumas uiciſſim obtulerit. Hæc mihi uerba diligenter conſiderato. Etenim nos etiam reuertentes ab intellectili bello uerus ille Melchiſedecus pane ac uino excipit, nimirum corpore ſanguineq́; ſuo. Quod quum ita ſit, omnino Abrahami nos etiā exemplo decem noſtros ſenſus, animi nimirū & corporis loco decumarum offerre debemus. Idem Abrahamus ad quercum Mambræ conſidēs, hoſpitio cunctos iter iſtac facientes, fideles

Abrahami obediētia.

Abrahami manſuetudo.

Abrahami hoſpitalitas.

Ayuntamiento de Madrid

deles pariter ac infideles, citra diſcrimẽ excipere ſolebat, & uſq; adeò erat hoſpitalis, ut ipſa etiam ſacroſancta Trinitas eius tabernaculũ ſit ingreſſa, hilariterq; cibis appoſitis ſatiata: quod quidem minimè tibi mirum uideri debet. Nam & angelos ſacris in litteris comediſſe audis. Etenim ui quadã inadſpectabili appoſita ſub eo prætextu abſumebant, quaſi eis ueſcerẽtur. Et Theodoritus ait, hos neq; natura fuiſſe homines, ſed hanc præ ſe tuliſſe ſpeciem: nec ut homines comediſſe, quippe qui oculis intuentũ comedere uiderentur, quũ interim diuina quadã ui appoſitos cibos abſumerent. Iam quòd ita litteræ ſacræ loquantur, quaſi appoſita comederint, nihil eſt nouũ. Nam par eſt credere, uocari manducationẽ, ipſam ciborum abſumtionem. Tres quoq; uiri conſpecti ſunt in tabernaculo, ut Chryſoſtomi uerbis utamur, quum duo tantùm Sodoma uenerint. Nam iſtic quidẽ conſpecti ſunt & angeli ſimul, & eorũ Dominus: heic uerò illi tamquam miniſtri ablegantur, manente apud Abrahamũ Domino, & tantùm non in morem amici cũ amico, uiro iuſtiſsimo, de ijs quæ facturus erat, diſſerente. Egóne, inquit, ut Abrahamũ famulũ meũ celem de ijs, quæ ſum facturus? Aliter hac de re Cyrillus loquitur. Tres, ait, apud quercum Mambræ Abrahamum conuenerunt: quum Sodoma duo tantùm peruenerint. Pater enim non iudicat quemquam, ceu Dominus ipſe loquitur, ſed omne iudiciũ filio conceſsit, cui ſpiritus etiã ſanctus naturaliter adeſt. Et filiũ cũ ſpiritu Sodoma ſe recepiſſe, ſatis intelligi de hoſpitali exceptione Abrahami poſſe, magnus etiã Athanaſius ille tradit. Nam niſi filius atq; ſpũs fuiſſẽt, Deo nõ adſediſſent. Cõſediſſe aũt cũ Deo, perſpicuũ ex hiſce uerbis eſt: Tum illi conſurrexerunt, & ad Sodoma ſe cõuerterunt. Quòd ſi unà conſurrexerunt, etiã unà ſederunt:



Ayuntamiento de Madrid

runt: & ſi filius à dextris ſedet, reſtat omnino, ſpiritum à ſiniſtris conſidere. quod quidẽ ualet, ſi loco pater circumſcribatur. Nam ceteroqui apud ipſum nec dextra eſt, nec ſiniſtra. Igitur adſidente filio, ſpiritus etiam unà ſedet, quum in filio maneat. Hæc autem hoſpitalitas Abrahamo tantum boni peperit, ceu diximus, ut ipſa etiam ſacroſancta Trinitas eum inuiſerit, & in ſenecta ſobolem ei ſit largita. Sarra quidem ætate tam prouecta erat, ut hanc promitti audiens, rideret. Secundum hæc Abrahamus ob cauſſam famis ſolum uertit, ac Gerara proficiſcitur. Hinc denuò ſe in Aegyptum confert, ubi Sarram ei coniugem Abimelechus adimit. Cupiebat enim illam forma uenuſtiſsima præditam ſibi matrimonio iungere, præſertim quòd eſſe ſoror Abrahami perhiberetur. Quamquam enim Ioſepus adſerit, Sarram fuiſſe conſobrinam Abrahami: ſciendum tamen eſt ex narratione Moſaica, fuiſſe tum coniugem ipſius, tum ſororem: ut quæ matre quidem eadem, diuerſo uerò patre nata eſſet. Itaq; occultato uno, ne tamquam uir mulieris è medio tolleretur, alterum fatetur, ſororem uidelicet ſuam eſſe. Magno certè præditus animo fuit Abrahamus. Nam ob famem bis in Aegyptum profectus, uxore bis ſpoliatus, ſemel à Pharaone, iterum ab Abimelecho: generoſo nihilominus animo hanc ademtionem pertulit. Quippe quũ ſemel obtemperandũ eſſe Deo decreuiſſet, in cõſilijs adminiſtratiõis eius ineffabilib. perquirẽdis curioſus eſſe noluit. Propterea uiciſsim ſuis eum beneficijs Deus ornauit. Ceterũ Sodomitis cõſuetudo uiuendi flagitioſiſsima perſuaſit, ut etiã in angelos ipſos exercere proteruiã ſuam uellent: quamobrẽ inextincto igne ſunt puniti. Nã Sodoma illa quondã pulcerrima, quũ adhuc ſtarẽt, nũc reapſe nihil ſunt aliud, quàm cinis.

Abrahami conſtantia.

De Sodomitis.

Aer

Ayuntamiento de Madrid

Aer enim ipſe cum aquis inflammatur, argumentum illuſtre de perpetuis eorum ſupplicijs. Sita ſunt autem in Palæſtina, haud procul à Gaza & Aſcalone, ad amnis Iordanis oſtia. Tum quidem temporis ab ipſo paradiſo non differebant. Quòd ſi quis Gehennæ parum adhibet fidei, ſecum ipſe de Sodomis cogitet, atq; hoc modo luxū omnē fugiat. Nam is huiuſmodi flagitia gignere conſueuit. Iccirco Moſes Iſraelicis præcipit: Vbi comederis ac biberis, caueto ne fortè Domini Dei tui obliuiſcaris. Etiam præſtantiſsimus ille medicorū Galenus uoluptatē ac delicias oſtendit eſſe huiuſmodi ſcelerum cauſſam, quum ait: In Myſia noſtra, quæ Pergamo finitima eſt, rarò quis feminā adulterij facinore ſe obſtringentem reperiat: & rarius etiam proteruos homines, qui deditiſint ijs amoribus, quorum ne nomen quidem aperiendū eſt. At Romæ propter abundantiam deliciarum, quæ iſtic minimè ſunt inſolentes, procliue eſt huiuſmodi patrare. Quòd ſi de ſententia Ptolemæi quidam propterea, quòd eorum natura primo Zodiaci trigono cognata ſit, quo aries, leo, ſagittarius continentur, nefanda quædam committunt, & abominabile tamen omnino nihil deſignare ſe putant, ut qui ſignis ſubiecti ſint ab antica parte maſculis, à poſtica femineis: iniuſtus eſt Deus, qui Sodoma per ignem in cineres redegit. At fieri nequit umquam, ut iuſtus ille ſit iniuſtus. Nimirum eiuſmodi homines in ſaturitate panum, quemadmodum litteræ ſacræ loquuntur, ſalaciter luxuriando, non quòd tali uel tali trigono ſubiecti eſſent, ad concubitus nefandos deuoluti, & ab igne ſunt abſumti. Atq; hinc diſcimus, etiā in illa iudicij die futurum, ut iuſti pœnas & tormēta effugiant, Noæ ac Loti exemplo: quum peccatores, etiamſi totus propemodum mundus eiuſmodi fuerit, æternis ſupplicijs

Luxus ueneris præpoſteræ cauſſa.

Galeni locus.

Romæ impuritas.

Cōtra Ptolemæum.



Ayuntamiento de Madrid

plicijs ſint mancipandi, quemadmodum heic omnes faci-
noroſi diluuio & igni puniti ſunt. Ceterùm Abrahamus initio nomen Abrami habebat, ut ſacris eſt in litteris, inditum ſibi matris quadam præſagitione, ceu credi par eſt, quòd Euphratem traiecturus, ac in Palæſtinã migraturus eſſet. Quum acciperet diuina promiſſa, natus erat annos LXXV. Iſmaelum anno ætatis LXXXVI procreauit. Quum annũ XCIX ageret, apparuit ei Deus, et his uerbis uſus eſt: Ego ſum Deus ille tuus. Quo facto iuſtus hic uir, & omnibus inſtar regulæ cuiuſdã propoſitus, circumciditur. Ac iuſtorum quidẽ hominum, qui alicubi ſunt per urbes, libertatẽ nobis Dei prolixam manſuetudinem párere: licet ex hac ipſa de Sodomis hiſtoria cognoſcas. Si decem, inquit Deus, iuſtos homines reperero, hæc oppida non euertã. Sæpenumero etiã propter illorũ uirtutem, qui iam uita functi ſunt, uel ex mera ſua tolerantia uiuos cura ſua cõplectitur, ut quũ ait: Propugnabo hãc urbẽ propter me, ac propter miniſtrũ meum Dauidem. Quo autẽ pacto fidelis appellatur Abrahamus, qui tamen Deo dixit: Vnde cognoſcam futurum, ut terrã hanc poßideam? nimirũ Palæſtinam. Vox iſtæc, Vnde, nõ diffidentis eſt, ſed modũ quo poſſeßionem aditurus eſſet, cognoſcere geſtientis. Nam id temporis uel ſexcentæ nationes Palæſtinam inhabitabant. Propterea poſt ſacrificiũ Deus inquit: Omnino ſcito poſteros tuos futuros eſſe peregrinos in terra extraneorum, qui eos annis CCCC grauiter adflicturi ſint. Quarto aũt ſæculo huc redibunt. Nondum enim ad ſummum peruenit Amorræorum improbitas. Nondũ, inquit, extremũ interitũ flagitijs ſuis promeruerũt, & erãt præterea quidã inter ipſos religioſi: quemadmodũ colligi de Melchiſedeci et Abimelechi exẽplis poteſt. Ac de his quidẽ in hunc modũ

dictum

Ayuntamiento de Madrid

dictum eſto. Melchiſedecus autẽ, licet in ſacris litteris patre matreq; carere dicatur: generis tamen ortum habuit à Sido Aegypti F. qui Sidonem condidit. Quumq; oppidum in monte Sione Salemam exſtruxiſſet, ac XIII ibidẽ annis regnũ tenuiſſet: & iuſtus, & uirgo deceßit. Salema uerò eſt celebris illa Hieruſalema, quadam adiectione litterarum facta. Et quia Melchiſedecus ex familia tam impura natus erat, iccirco litteræ ſacræ generis ipſius ſeriem non recenſuerunt. Fuere tamen nonnulli, qui Deum fuiſſe cenſuerunt, tamquã principij ac finis expertem, plus æquo uerbis his apoſtolicis inhærentes: Sine patre, ſine matre, ſine maioribus, nec æui principium, nec uitæ finem habẽs. quo etiam nomine imago & ſimilitudo Chriſti dicitur: ut qui prius quidẽ erat abſq; matre, deinceps uerò abſq; patre. Idẽ & incruentum illud ſacrificiũ, quod Chriſtus ipſe diſcipulis tradidit, lõgè antè repræſentauit. Audi quid hac in patre Chryſoſtomus tradat. Quum uellet, inquit, Deus multo antè ſacerdotij legalis abolitionẽ oſtẽdere, per Dauidẽ inqt: Tu ſacerdos es in æternũ, ſecundũ ordinẽ Melchiſedeci. Qui uidelicet nõ legales hoſtias ſacrificauit, ſed uota, panẽ, uinũ obtulit, quemadmodũ ipſa docet hiſtoria. Iccirco ſacris in litteris ſupremi Dei ſacerdos appellatur, ſacerdos ab ſemetipſo cõſtitutus, ut Chryſoſtomus loqtur. Erant enim ſacerdotes id tẽporis tales. Vel quatenus ſacrificiũ offerebat, ut Abelus, Noa, ceteri. At uerò ſi Melchiſedecus erat homo, quónam pacto dicitur, eum nec principiũ nec finẽ habuiſſe? Reſpondendũ, litteras ſacras ſeriem generis poſterorũ Sethi recenſentes, hac forma orationis uti: Adamus quũ tot ac tot natus eſſet annos, Sethum genuit. Sethus rurſum quũ tot ac tot annos uiuẽdo expleſſet, è terris ſublatus eſt. Hinc & principium uitæ Sethi, & finis

Genus Melchiſedeci.

Ayuntamiento de Madrid

ſinis cognoſci poteſt. Quum autem in Melchiſedeco nihil tale factum ſit, in eam perſuaſionem nonnulli uenerunt, ut Melchiſedecū principij ac finis expertem ſtatuerēt, eumdemq́; magnam eſſe Dei poteſtatem putarēt. Rex quidem ille, ceu ſuprà diximus, & ſacerdos erat: figura & ſimilitudo Chriſti. Quamobrem ſi cognoſcere uoles, dilecte fili, quanta ſit noſtri ſacerdotij præſtantia, Ioannis Chryſoſtomi uerbis animum aduertito, qui in oratione aduerſus Iudæos quinta inquit, etiam in ipſis figuris oſtēdi, quantum à noſtro ſacerdotium illud uetus ſuperetur. Abrahamus enim pater Iſaaci, & Iacobi auus erat, Leuij proauus, ut qui Iacobi filius exiſteret. At enim ſacerdotiū illud Iudaicum in Leuio principium habuit. Nihilominus Abrahamus generis Leuitarum auctor, hoc eſt, Iudaicorum ſacerdotum, ſub Melchiſedeco, qui noſtri ſacerdotij figuram repræſentabat, pro laico ſeſe gerebat. Atq; hoc ipſum duabus rebus ſignificabat, tum quòd decumas daret, tū quòd ominationem ab eo fauſtam acciperet. Nam laici decumas ſacerdotibus pendūt, & eorumdem precibus felicitantur. Quinetiam Abrahamus, quamquā promiſſis diuinis beatus eſſet, nihilominus Melchiſedeco minor erat. Qui nam iſtuc? quia minori maior benedicit. Præterea Leuius ipſe, cui decumarū ius conceſſum eſt, heic decumatus fuit, quēadmodum Paulus loquitur. Nā & ipſe Melchiſedeco per Abrahamum patrem decumas ſoluit, tametſi necdum editus in lucē foret. Quippe adhuc in Abrahami lumbis erat, quum Melchiſedeco is occurreret. De quo licet intelligas, haſce Iudaicas res nō niſi umbram & figuram quamdam fuiſſe. Nam ſi per Iudaicum ſacerdotium perfectionem licuiſſet adſequi, ecquid cauſſæ foret, quamobrem conſtitui ſacerdos alius ſecundum ordinem Melchiſedeci, non Aaronis,

Ayuntamiento de Madrid

tonis, diceretur? Quum ergo ſacerdotiũ aliud ſubſequuturum eſſet, omnino neceſſarium erat, alium quoq; rerum ſtatum ſubſequi. Quod quidem Paulus indicare uolẽs, ait: Translato ſacerdotio, neceſſariò quoq; legis fit trãslatio. Hæc ita ſunt à Chryſoſtomo tradita. Ceterùm quum precamur, nec continuò exaudimur, haudquaquam deſpondere animum debemus. Nam & Iſaacus ob ſuam cõiugisq; ſterilitatem Deum totos XX annos precibus urgebat. Sunt enim hæc ſacrarum litterarum uerba: Obſecrabat Deum Rebeccæ uxoris nomine, quæ ſterilis erat. Poſtea quum Rebeccæ, quæ Eſaum & Iacobum utero geſtabat, ægrè eſſet, quòd fetus in utero non mediocriter ſubſultarent, indicantes (uti quidem credi par eſt) diſsidium illud, quod deinceps inter ipſos exſtiturũ erat, his uerbis Deus utitur: Duæ gentes ex utero tuo diuidentur, quarum altera plus altera poterit, maiorq; minori ſeruiet. Quibus in uerbis animaduerte, Deum perſpicuè rationem populi Iudaici et gentilis indicaſſe. Huius Iſaaci tempore fames alia fuit, cuius cauſſa Iſaacus ſe Gerara contulit: quo minus in Aegyptũ proficiſceretur, ab ipſo Deo prohibitus. Quamquam enim is Abrahamo conceſſerat, ut eò ſe cõferret: tamen id alia nulla de cauſſa factum fuit, quàm ut iſtis etiam hominibus uirtus ipſius innoteſceret. Iſaacus autem hordei ſementem fecit, quod inaudito quodam modo fructum centuplum edidit. Quòd ſi deiectum illud ſemen in ſe terra ratione centupla reddidit, quo nam fieri pacto poteſt, ut qui benignitatem in egentes ex commiſeratione animi exercet, ac munus ipſum in manus Dei deponit, mercedem centuplo maiorem non accipiat? Nam ſi unum heic fructũ fert centuplum, multo magis & iſtic idem uſuueniet. Ceterum quum Iſaacus Iacobo feliciſsima queq; precaretur, annos

Hiſtoria Iſaaci.

Iacobi hiſtoria.

Ayuntamiento de Madrid

annos C plus minus natus erat, ob quã ipſam ætatis pro-
uectionem eius oculi caligauerant. Rebecca poſt laudabi-
lem hanc felicitationis interuerſionem id conſilij Iacobo
dedit, ut flagrantis adhuc Eſai furoris gratia ſemet ad La-
banem reciperet. Quamobrem Iacobus arrepta fuga, ui-
tandi Eſai cauſſa, ſopitus in itinere ſomnium uidit. Nã ſca-
la quædam terræ innixa erat, cuius uertex cælũ attinge-
ret, ac diuini angeli per eam adſcendebant, ac uiciſsim de-
ſcendebant. Eidem imminens Deus, ſic loquebatur: Ego te-
cum ſum, non eſt quod formides. Atq; hi tam adſcendentes
quàm deſcendẽtes angeli, quemadmodũ et magnus ille Cy-
rillus ait, miniſteriũ diuinũ ſignificabãt. Nã de angelis &
Paulus inquit: Nónne ſunt omnes adminiſtri ſpiritus, qui
ad miniſteriũ ablegantur, propter eos qui ſalutẽ adcepturi
ſunt? Quamobrẽ Deus per hæc nobis clarè oſtẽdit, omnia
ſe per poteſtates angelicas gubernare, nec quidquã in re-
bus humanis abſq; prouidẽtia fortuitò geri. Neq; heic ob-
ieceris mihi, quamobrẽ litteræ ſacræ narrẽt, angelos pri-
mùm adſcendiſſe, ac deinceps deſcẽdiſſe. Nam ipſæmet tibi
huius rei rationẽ aperiũt. Quilibet homo uitæ ſuæ præſi-
dem angelũ habet, ut hoc pacto malorũ geniorum in nos
impetus frangatur. Iungit enim, ut ille ait, angelus Domini
caſtra caſtris in circuitu timentium eum. Noſtras etiã pre-
ces ipſorum opera perferri ad Deum, Dominus ipſe nobis
perſuadeat, qui ſacris in Euangelijs inquit: Cauete ne unũ
ex hiſce puſillis deſpiciatis. Nam angeli eorum perpetuò
faciem patris mei cæleſtis intuẽtur: nihil ſcilicet aliud agẽ-
tes, quemadmodũ clariſsimus ille patriarcha Nicephorus
loqtur, quàm quòd preces noſtras ad aures Dei Sabaoth
deferunt. Idem angelus ille diuinus Raphaelus confirmat,
quum hiſce uerbis Tobæum alloquitur: Quo tempore tu

Nicephorus patriarcha de angelis.

nuruſq;

Ayuntamiento de Madrid

nuruſq; tua precabamini, ego precationis tuæ monumentũ corã ſancto illo Deo ſubuehebã, qui me nũc miſit ad te nurumq; tuã Sarrã ſanãdos. Cõſimiliter angelus ille diuinus, qui ad Corneliũ centurionẽ miſſus fuit, eũ compellat: Corneli, tuæ preces ac benigna facta ad Deũ, ceu tui monumentũ quoddã, adſcenderũt. Itaq; Ioppẽ mittẽs, Petrũ arceßito. Quæ quũ ita ſint, et quũ quilibet homo, ceu demõſtrauimus, angelum habeat, preces ſuas ad aures Dei Sabaoth deſcrentẽ: omnino neceſſe eſt, angelos primùm adſcẽdere, atq; unà cũ ipſis preces quoq; noſtras, deinde uerò diuina munera cælitus ad nos puenire. Nã iccirco beatus ille Iacobus angelos adſcẽdẽtes et uiciſsim deſcendẽtes uidit, per quos tãquã ſpiritus adminiſtros, ceu diximus, res terrenæ gubernãtur. Hoc modo de his reſpõſum eſto. Ceterùm reuertentẽ à Labane Iacobũ, q Eſaũ fratrẽ magnopere formidabat, rurſum Deus cõſolatur, lucta cũ ipſo ad matutinum uſq; diluculũ cõgreſſus: quo qdẽ facto pſuadere Iacobo uoluit, ne quid ſibi metueret. Nã ſi aduerſus Deũ ſeſe robuſtũ præſtare poterat, multo magis robur aduerſus homines habebat. Significare uoluit hoc ipſe Iacobus, quũ ait: Præſens præſentẽ Deũ cõſpexi, et incolumitatẽ anima mea cõſequuta eſt: hoc eſt, quæ tãtũ nõ præ formidine mortua erat, fiducia repleta eſt. Tũc et nomine mutato Iſraeli appellationẽ accepit, ut q Dei quamdã informationẽ conſequutus eſſet. Id quidẽ ex hiſtoria conſtat, Iacobũ quũ euigilaſſet, altero crure claudicaſſe. Ac ne poſt iuſti huius uiri mortẽ, memoria curæ prouidentiæq; Dei de ipſo extingueretur: icciroo rationẽ inuenit Deus, qua factũ hoc ppetuaretur. Inqt enĩ, Nepotes Iſraelici neruo femoris, qui emarcuit, nõ ueſcentur. Atq; hinc animaduertere licet, huiuſmodi priſcarum obſeruationũ magna ex parte cauſã illã fuiſſe, ne tã Dei,

quàm

Ayuntamiento de Madrid

quàm beneficiorum eius, tamquam ingrati, obliuiſcerentur. Idem Iacobus à Labane diſcedẽs, & iamiam Eſao fratri occurſurus, angelorum caſtra conſpicit: ut ex hac re fiduciam conciperet, nec aduenientes cum Eſao formidaret. De Labane accepimus, cum XX annis exactis Iacobo policitum, ſe hominem data mercede dimiſſurum: deinde quorumdã calumnijs immutatum, in dies rem extraxiſſe. Quapropter & Liam Rachelemq; Iacobus in hunc modum alloquutus eſt: Video ego non eſſe eumdem ueſtri patris in me uultũ, qui erat heri ac nudiuſtertius. Atenim hactenus patrium mihi Deum præſentẽ habui. Quod ſanè deinceps clarius animaduertere poterant. Nam Labanem Deus Iacobum perſequentem noctu per ſomnium aggreſſus: Caue, inquit, cum Iacobo durius agas. Magnum certè quiddam eſt, præſentem alicubi uirũ iuſtum habere: quẽadmodum ex Iacobi ad Labanem uerbis hiſce perſpicuè intelligi poteſt: Deus te me præſente beauit. Vxorum nomine ad Labanem hac uti purgatione poterat: Non ego, ſed inſitus nuptis erga maritum amor eas perſuaſit, ut terram patriam relinquerent. Georgius memoriæ prodit, Iacobo à Labane redeũti rurſum Bethele uiſum quoddam oblatum fuiſſe. Quumq; decumas omnium bonorum ſuorum exhiberet Deo, tamdem & liberos ſtitiſſe. Hos uerò numerantẽ, à Beniamine facto uice uerſa initio, delatumq; ad Leuium, quòd illum inueniſſet decimũ: Deo rectà eum obtuliſſe, perſolutis hoc modo decumis omniũ, quæ antehac conſequutus erat. Atq; hoc ſanè Iacobum uult ex uoto id temporis concepto feciſſe, quũ fugam arriperet, ac uerbis hiſce Deum compellaret: De cunctis rebus, quas mihi dederis, decumas tibi perſoluam. Hoc modo quũ Leuium ſacerdotali ueſte induiſſet, eius opera Bethele Deo rem ſacram

Georgij ſyngelli locus.

cram

Ayuntamiento de Madrid

adfectus, etiam huiuſmodi quamdã exſtitiſſe, Ioſepus tradit. Infinita pediculorum multitudo apud Aegyptios prouenieb at, ex interioribus eorũ partibus ſcaturiens, à quibus excarnificati miſerè peribãt, nec uel lauacris uel pharmacorũ inunctionibus pediculos perdere poterant. Hoc modo rem Ioſepus narrat. Te autem, dilecte fili, ſcire uolo, plagas illas, quibus Pharaonem adflixit Deus, perſuaderi ſibi non ferentem, ut populum Iſraelicum dimitteret, numero decem fuiſſe: quemadmodum in libro, qui eſt de Iſraelitarum ex Aegypto profectione, perſcriptum legimus. Nimirum decem plagæ, propter huiuſce numeri perfectionem, eos diuexarunt, qui perfectè deliquerant. Numerus denarius perfectus.

## DE DECEM PLAGIS.

PRinceps omnium erat, aquarum in ſanguinem per Aegyptum uniuerſam commutatio. Quamobrem iſtuc factũ? cur per aquas Deus eos primo loco punit? Quòd aquam eximiè colerent, quam eſſe principium ortus rerũ uniuerſarum exiſtimabant. Propterea tum magna hominum multitudo perijt. quippe totos ſeptem dies hæc omnium aquarum in ſanguinem cõmutatio durauit, Aarone per baculum ſuum, ut præceptũ ei diuinitus fuerat, hoc prodigium efficiente. Neque uerò ſpecietenus aquas tum rubuiſſe, ſed guſtum quoq; illarum prorſus immutatum eſſe, aquis ipſis in rem aliam conuerſis: colligi uel inde perſpicuè poteſt, quòd piſces extinguebantur. Sic enim perſcriptum ſacris in litteris legimus: Et emortuis fluminis piſcibus, tantus exſtitit fœtor fluminis: ut Aegyptij de eius aqua bibere non poſſent, totáq; adeò Aegyptus hoc ipſo ſanguine redundabat. Altera plaga fuit, ranarum ex aquis ſcaturientum illuuies. Sic enim Plaga prima. Secunda plaga.



Ayuntamiento de Madrid

eſt ſacris in litteris: Aaro manum ſuam protendit in aquas Aegypti, quo facto, tot exſtitere ranæ, ut eis Aegypti ſolū coopertum ſit. Simul Aegyptiorum domos illæ ingrediebantur. Idem ueneficijs ſuis imitati ſunt excantores Aegyptiorum, quemadmodum & antea fecerant, aquam in ſanguinē mutando. Sed tamē neceſſe habuit Pharao, ſupplex ut Moſem oraret, quo ranarum à ſe depellendarum cauſſa Deum deprecaretur. Quantū enim mali eſſe putas, aquis effuſas ranas, ac paßim per terram ſparſas? Nihil profectò uenenoſis à reptilibus differunt. Impetrat poſtulata Pharao, Deum obſecrante Moſe continuò ranæ exſpirant. Nihilominus Pharao, quum tanto è malo ſe reſpiraſſe cerneret, in obfirmatione animi priſtina perſtitit. Tertia plaga

III. plaga. fuit culicum è puluere natorum productio. Sic enim perſcriptum legimus: Aaro manu uirgam ſuam de mandato Domini protendit, ac terræ puluerem percußit, qua percußione culices tum in hominibus, tum quadrupedibus exſtiterunt. Atq; heic diſcito, animalculum illud, quod culices appellamus, tametſi uel minimum ſit, nihilo tamen minus longè nobis eſſe moleſtißimum. Non enim tantùm cutis ſuperficiē ſtringit atq; lædit, obſcuris morſibus graues moleſtosq; pruritus efficiens: uerumetiam per nares & aures ad interiora ui penetrare nititur, ac præterea pupulis oculorum, in eos inuolando, detrimentum adfert. Deinde heic etiam Aegyptiorum excantores conſimile quiddam moliri nitebantur, ut culices producerent, ſed irrito conatu. Quamobrem Pharaoni confeßi ſunt, hæc

IIII. Dei digito effecta eſſe. Quarta plaga Deus Aegyptios per muſcas, quas caninas appellant, uexauit. Nam, ut ſacris eſt in litteris, efficiente Deo tanta muſcarū uis atque multitudo in Pharaonis ædes & totam Aegyptum eſt immiſſa:

Ayuntamiento de Madrid

miſſa: ut ab eis uniuerſa regio deuaſtaretur. Nimirum non ſine dolore animal hoc in corpora morſu penetrat. Quumq́; caninas appellari muſcas audis, hoc ipſum ad impudentiam & ferocitatē animalis refero: quod inuolans in morem teli, ſolos in Aegyptios irruebat. Hoc indicare litteræ ſacræ uolentes, his ipſis uerbis uſæ ſunt: Geſemam uerò, qua in terra populus meus degit, præter opinionem hominum immunem faciam, ut in ea nullæ ſint muſcæ: quo ſcilicet intelligas, me Dominum Deum eſſe in terris, qui diſcrimen inter meū tuumq́; populum ponam. Secundū hæc iterum Moſes Deū deprecatur, qui muſcas illas caninas à Pharaone populoq́; ipſius abegit, ita ut ne una quidē reliqua foret. Sed Pharao tum quoq; ſuū pertinaciter obdurauit animū, nec populum dimittere uoluit. Itaq; ſequuta eſt V. plaga quinta, uidelicet iumentorum & pecorum omnium lues. Sic enim ſacræ litteræ narrant: Dixit Pharaoni Moſes, En manum ſuam Dominus in omnia tua iumenta ſtē immittet: ut ingens ſubſequutura ſit lues. Fecitq́; Dominus, quod minatus erat, & omnis generis Aegyptiorum pecoribus mortuis, ne unum quidem iumentum ex ijs, quæ Iſraelici poßidebant, interijt. Nihilo minus obfirmatus eſt Pharaonis animus, nec abeundi poteſtatem populo fecit. Quamobrem plagam Deus ſextam immiſit, VI. quæ puſtularum erat exhulceratio, ſicut auctor hiſtoriæ ſacræ narrat. Quemadmodum, inquit, Dominus præceperat, ſumſit Moſes fauillā de calcaria, ſpectante Pharaone, atq; illam in aera ſparſit. Tum hulcera puſtulæq́; feruentes exſtitere tā in hominibus, quàm cæteris quadrupedibus, adeò ut ipſi etiā uenefici amplius propter hulcera conſiſtere corā Moſe non poſſent. Secundū hæc Deus hoc modo Moſem cōpellauit: Cras ſummo mane ſic Pharaonē



Ayuntamiento de Madrid

alloquere. Ni populũ meũ dimiſeris, exſerta manu mea te percutiam, populumq́; tuũ morte multabo. Scitoq́; adeò, te illa de cauſſa incolumẽ relinqui, ut poteſtatẽ in te meã declarem, meumq́; nomen per uniuerſum terrarum or-
VII. bem celebretur. Septima plaga fuit immiſsio grandinis & ignis. Nam grandine prius per uniuerſum Aegypti ſolum delapſa, etiam ignis undiq; diſcurrit. Grando ipſa nihil non eorum proſtrauit, quæ in terra erant, tum homines, tum iumenta. Non tamen in Geſemæ ſolo, quod incolebant Iſraelici, grando quidquam detrimenti dedit. Rurſum uerò Moſes obſecrante Pharaone Deum exorat, quo facto tonitrua & grandines ceſſarunt. Atq; heic notato, non ſolùm grandinis & ignis inuſitatam ex aere delationem Aegyptijs terrori fuiſſe: ſed etiam ipſius inſolentiam rei. Nam hiemem Aegyptus nullam experitur, idq́; propterea, quod à zona, quam torridam uocant, propè abſit. Nimirum ardore illinc occultè promanante, uicinæ in orbem regiones uniuerſæ leniori cælo fruuntur. Octaua de-

Aegyptus hiemem cur nullam habeat.

VIII. inceps plaga uexauit Aegyptios, quæ locuſtarũ erat immiſsio. Nam Moſe baculum in aera protendente, Dominus auſtralem uentum adduxit die toto, totaq́; nocte: qui locuſtas ſublatas in uniuerſum Aegyptiorum ſolum diſperſit. Quo factum, ut Pharao ſe in Deum deliquiſſe fateretur. Itaq; Moſes iterum deprecatur ad Deum, ac uentum educit è mari, cunctasq́; locuſtas in mare rubrum abiectas demerſit. De hiſce locuſtis Dauides in hæc uerba meminit: Ipſo iubente locuſtæ uenerunt, & bruchi extiterũt innumerabiles. Vocamus aũt bruchos, recens natas & alarum adhuc expertes locuſtas. Nonam plagã Deus per te-

Quid bruchus.

IX. nebras tactiles inflixit. Quippe manũ ſuã Moſe cælũ uerſus porrigente, mox tenebræ, caligo, tẽpeſtasq́; tanta per

Aegy-

Ayuntamiento de Madrid

Aegyptũ uniuerſam exſtitit, ac toto quidẽ triduo: ut neq; fratrem ſuũ quiſquã illo triduo cerneret, neq; de lecto ſuo ſurgeret. Interim oẽs Iſraelici lucẽ ſuis in ſedibus habebãt. Quia enim Aegyptij rerũ opifice relicto, creatis religioſè ſeruiebãt: iccirco Deus ipſos æquiſsimo iure per ipſa creata caſtigauit. Nã propter eam ipſam cauſſam ceteris mundi partibus luce fruentibus, Aegyptus ſola tactilibus erat inuoluta cõtectaq; tenebris, & quidẽ tantis ut quũ Aegyptius aliquis rei neceſſariæ curandæ cauſſa exire conabatur: multũ palpando ianuã reperire nõ poſſet. Subſequuta demum eſt plaga decima, nimirũ primigenorũ cædes, poſtrema quidẽ omniũ calamitas, quod tẽporis attinet ſeriẽ: uerũ declaratæ in ea poteſtatis diuinæ, miſeriæq; reſpectu, quẽadmodũ & Dauides ait, facilè princeps omniũ, ipſæq; ueluti primitiæ. Nam nocte media, nullo urgẽte morbo, liberi Aegyptiorũ interficiebãtur. Quũ aũt diluculò expergiſcerent, & cariſsimos natos extinctos uiderent: non iam amplius ſe continere ualentes, cum clamoribus Pharaonẽ adibant: quibus ille permotus, populũ tamdem uel inuitus dimiſit. Ceterùm nolo te, dilecte fili, hac in narratiõe mihi refragrando aduerſari, nec huiuſmodi quiddã obijcere: Si Deus animũ Pharaonis obſtinatum reddidit, quamobrem pertinaciter & obfirmato animo ſibi reluctãti iraſcitur? Nimirũ ſcire debes, adflictionũ tolerantiã fuiſſe cauſſam unicã, ſicuti magnus ille Baſilius loquitur, quamobrẽ Pharao tãtopere ſuũ animũ obduraret. Deus enim, qui animũ eius haud cedentẽ, ſuiſq; mandatis obtemperantẽ accepiſſet, nequaquã illum ad duriciem pertinaciamq; finxit. De quo conſequi neceſſe eſt, Dei tolerantia factũ fuiſſe, ut magis animus ipſius obfirmaretur. Nam uide mihi obſecro, quo pacto res geſta fuerit. Quoties hominẽ calamitatibus

X.

De induratione Pharaonis.



Ayuntamiento de Madrid

& plagis adficeret, dimiſſurũ ille ſe populũ pollicebatur. At ubi è diuerſo finem adfligendi faciebat, obſtinatior eua debat. Hoc indicare uolentes litteræ ſacræ, uerbis huiuſmodi ſunt uſæ; Quum Pharao ſe tanto è malo reſpiraſſe cerneret, in obfirmatione animi priſtina perſtitit, nec Aaroni Moſiq; paruit. Quinetiam quum Deum ipſum dicentem audis, Excitaui te illam ipſam ob cauſſam, ut poteſtatem in te meam declarem per uniuerſum orbem terrarũ: noli animo ancipiti ac dubitante dicere, Itáne propterea punis hominem, ut poteſtatem tuam teſtatam facias? Omitte iſtæc uerba, & huic exemplo animum aduerte. Ars medica nonnihil hominum naturæ utilitatis adferre magno ſtudio uolens, uiuos homines ſecare inſtituit. Verùm enimuerò periniquum & inhumanum erat, aliorũ ſalutis cauſſa uiuos alios mactari. Quid igitur homines illi priſci tamdem fecerunt? Nimirum ſumtis iis, qui uel alios deprædati fuiſſent, uel ueneno ſuſtuliſſent, ac propterea condemnati ad mortem eſſent, uiuos ſecabant. Hoc modo fiebat, ut neq; puniendo homini facerent iniuriam, & naturæ mortalium aliquid adiumenti reperirent. Itaq; uiuum aliquem talem ſecabant, ut uiſceribus adhuc motum ſuum retinentibus, eorum effectiones cognoſcerent. Eodem pacto Deus artifex ille præſtantiſſimus in Pharaone inſanabiliter delinquente prodigia quædam ingentia edit, tum ut ipſum pœnas commeritũ puniret, tum ut poſteris optimè conſuleret, quibus Pharaonis ſupplicium origo ſalutis exiſteret. Et hæc quidem in hunc modũ explicata ſunto. Poſt decimam hanc calamitatem Aegyptiorum Iſraelici agnum mactant, atq; ita demum excedunt Aegypto, die menſis illius decimoquarto. Vnde mos inoleuit, ut etiam nunc agnum ita mactent, ac feſtũ illud Paſcha nuncupant,

Illuſtris ab anatomia ſimilitudo.

Quorũ corpora uiua priſci medici ſecuerint.

quæ

Ayuntamiento de Madrid

quæ uox tranſitum ſignificat, quòd nimirum, Ioſepo teſte, Deus illo ueſpere tranſiens Iſraelicos cædem in Aegyptios immiſerit. Hinc fugam arripientes Hebræi, quum terræ fructuum copiam nullam haberent, quòd eſſent illa loca deſerta, ſaltem panibus uictitabant, qui de farina leuiter ſubacta & exiguo calore percocta facti eſſent. His ad trigeſimum uſque diem ſunt uſi, non ſufficientibus ad longius temporis ſpatium farinis, quas ex Aegypto ſecum attulerant. Hæc à Ioſepo ſic memoriæ prodita ſunt. Magnus autem Baſilius noſter huiuſmodi quædam de Moſe adiecit: Hic ille fuit, quem Deus ipſe ſcitum ac elegantem eſſe prædicauit, etiam tum, quum adhuc mammam ſugeret: quem filia Pharaonis adoptauit: quem regio more educauit, præfectis ei ſapientibus Aegyptiorum magiſtris, à quibus erudiretur: qui tyrannidis regniq; faſtum aſpernatus, & ad humilitatem ſuæ nationis hominum reuerſus, unà cum Dei populo ærumnis uexari maluit: qui ab ijs eiectus in exſilium, de quibus bene merebatur, in Aethiopiam peruenit, ibiq; à cunctis rebus alijs otioſus ac liber, totis annis quadraginta contemplationi uniuerſi huius intentus uacauit: qui annum iam octogeſimũ agens, Deum conſpexit, quatenus homini Deũ intueri fas eſt, uel potius eo pacto, quo nemini hominũ uidere Deum contigit, ipſius etiam Dei teſtimonio, qui dixit: Si quis erit ueſtrûm Domini uates, illi ego per uiſa notus fiam, & in ſomnis cũ eo loquar. At cum Moſe meo nõ itẽ, cui totius meæ domus fides habetur: quin eum præſens præſentẽ affabor, coramq; me ille cernet, nõ per ænigmata. Secundũ hæc idẽ Moſes ad Pharaonẽ ablegatur, ut ex Aegypto populum educeret. In Aegyptũ igitur ubi ueniſſet, eodẽ uxorẽ quoq; cũ liberis trãſtulit. Ob hanc cauſſam

Moſis encomium ex Baſilio.

Moſis ſupra uates ceteros præſtantia.



Ayuntamiento de Madrid

ei ſe angelus offert, terrorem incutiens. Non enim illuc propterea mittebatur, ut iſtic habitaret: ſed ut populum educeret. Qua re ſecum animaduerſa, uxorem dimittit. hoc omnino factum eſſe, uel inde patet: quòd Iothorum cum uxore obuium habuit, quũ ex Aegypto egrederetur. Idem Pharaonẽ reſtituere Deo populum ſuum recuſantẽ, intolerabilibus plagis adficit. Cur autem promiſit obſecro Deus, ut excantores eadẽ perficerent, quæ Moſes præſtiterat? Nimirum ut mendacij ueritatiſq; diſcrimen patefieret. Nam & ipſi quidem uirgas in ſerpentes cõuertebant, uerùm uirga Moſis ipſorum uirgas deglutiebat: mutabant & ipſi aquam in ſanguinem, ſed immutatam ſemel naturæ priori reſtituere non poterant: educebant & ipſi ranas, ſed ab iiſdem ædes Aegyptiorum repurgare non poterant. Iiſdem facultas erat Aegyptios uexandi, ſed ſedandi ſupplicij poteſtatem nullam habebãt. Quinetiam ipſorum corpora puſtulis Deus magis adflixit, quàm reliquorum: ut hinc manifeſtũ fieret, non ſolùm ipſos pœnas diuinitus irrogatas inhibere non potuiſſe, ſed etiam cũ ceteris eadẽ ſupplicia pertuliſſe. Quo factũ eſt, ut iſtæc prodigia magi diuino digito perfici faterentur. Iccirco nemini mirũ uideri debebit, Antichriſtum quoq; ubi ſcilicet aduenerit, prodigia multa portentaq; editurũ. Nam & hi Magi, & Zambres atq; Iannes, uirgas in ſerpentes commutarunt. Quinetiã Simon ille magus effecit, ut ſtatuæ ambularent. Idem in ignem proſiliens, non tamen urebatur: in aera ſubuolabat: ex lapidibus panes faciebat: alias atq; alias in formas migrabat: facies aliquando binas habebat: in columnã cõuertebatur: efficiebat ut ianuæ clauſæ ſua ſponte aperirentur, uaſa domeſtica ſua ſponte moueri ad uſus humanos uiderentur, umbræ ipſum multæ præcederẽt, quas

Magicorum & uerorum prodigiorũ diſcrimina.

Antichriſti prodigia.

Simonis magi præſtigiæ.

mortuo-

Ayuntamiento de Madrid

mortuorum eſſe animas aiebat. Quum aliquando à Cæſare perquireretur, terrore perculſus, alteri forma ſua relicta fugit. Quòd ſi talia tantaq; hic ope Satanæ perfecit, omnino nihil nouum erit, etiam mundi cõſummationis tempore Satanam organo reperto, quod ipſo quoq; Simone magis ſit idoneum & aptum, nimirum Antichriſto, maiora per ipſum prodigia portẽtaq; perficere. Nã hoc ipſum & apoſtolus de Antichriſto prædicit, his uerbis utẽs: Aduentus eius erit cum efficacitate Satanæ coniunctus, magnamq; poteſtatem, prodigia, portentaq; falſa deſignabit. Hunc igitur in morẽ Pharao decem plagis uexatur. Quãobrem iſtuc? quia numerus denarius perfectus eſt: ideoq; par erat, ut qui perfectè deliquerat, etiam perfecto calamitatum numero multaretur. Quippe poſt Ioſephi mortem, & Pharaonis illius, qui uiuo Ioſepho rerum potiebatur: Aegyptij principem alium nacti erant, & ualde quidem acerbum, qui & ipſe Pharaonis nomen uſurpabat. Nam ut Romanorũ imperatores ſiue reges ſibi Cæſarum nomen arrogarunt, tamquã Iulij Cæſaris, qui primus dominatum ad ſe unum tranſtulit, gloriam ſibi uindicantes: ſic & Aegyptiorum principes à Pharaone primo denominari Pharaones uoluerunt. Moſes autem, ubi mare rubrum traieciſſet, occupabatur in promulganda populo lege. Quapropter Sinæum in montem adſcendit. Ibi dies totos, quemadmodum Georgius memoriæ prodidit, octoginta cibis abſtinet. Nam bis in montem adſcendit, altera ſcilicet uice tum, quum tabulas fregiſſet diuinitus acceptas, iuſta in ſuos iracundia doloreq; percitus, qui uitulum ſibi fecerant. Etenim id temporis de monte degreſſus, cõfractis tabulis, quòd populum ſe improbè geſsiſſe cerneret: quónam pacto cibum ſumere potuit? Nimirum mox in mon-

Nomen Pharaonis cõmune regibus Aegyptijs.

Georgij Syngelli locus.



Ayuntamiento de Madrid

tem rurſus adſcendit, & Deum placauit. De quo conſequi neceſſe eſt, eum LXXX dies à cibis abſtinuiſſe, ut qui ſecunda uice montem fractis prioribus tabulis conſcenderit, quòd ijs populum impium ſceleratumq; prorſus indignum iudicaret. In hunc modum Georgius ratiocinatur. Ego uerò neſcio, num res ita ſe habeat, quemadmodũ ipſe putauit. Nam ſi locum ipſius haberet narratio, Moſes in Deuteronomio non dixiſſet, ſe quadraginta diebus panem non comediſſe, nec aquam bibiſſe. Bis quidem adſcendit in montem, & bis ieiunauit: ſed diebus intermedijs comediſſe panem & aquam bibiſſe uidetur. Quod niſi uerum eſſet, in Deuteronomio dixiſſet, ſe LXXX dies ieiunaſſe, non XL, qui numerus iſtic exprimitur. Atq; hanc noſtram ſententiam Chryſoſtomus quoq; confirmat. Nam in oratione, quam in exordio & ingreſſu ſanctæ Quadrageſimæ pronuntiauit, huiuſmodi quædam profert: Vt non exiſtimaretur, Dominum opinione ac ſpecie tenus carnem adſumſiſſe: quadraginta dies itidẽ, ut Moſes ac Elias, ieiunauit. Quòd ſi de Georgij ſentẽtia Moſes ad LXXX dies ieiunando proceſſiſſet, nullo cibo diebus interiectis deguſtato: haudquaquam Ioannes hic noſter, orator uerè aureus, Dominum totidem dies, quot Moſem, ieiunaſſe dixiſſet. Præter hæc ſcire debes, etiamſi quis utilitatis alicuius cauſſa peccato ſe polluat: non tamen eum iccirco reum non eſſe. Nam & Aaro, qui uitulum populo conflauit, ut eum in officio contineret, ueniam ſimpliciter non meruit: ſed Dei benignitatem expertus eſt, ut pœnam effugeret. Hoc ipſum indicare Moſes uolens, inquit: Deprecatus ſum Dominum pro Aarone fratre meo, ne morte multaretur. Atque hic ipſe Moſes, qui facie ſua, ceu Baſilius loquitur, Deum perinde meruit intueri, quemadmodum

Chryſoſtomi locus.

modum ab angelis ſpectatur, propter aduerſationem illam, quæ ad aquam acciderat, in montem Abarim, qui & Nabo dicitur, adſcendere iubetur, atque iſtic promiſſam terram intuitus fato fungi. Non enim mortem ipſius palàm fieri Deus uoluit, ne qui uitulum ſummiſſè uenerati fuerant, ſumtis ipſius oſſibus, ea ipſa pro diuinis ducerent. Eumdem uirum profectò diuiniſſimum Epiphanius tradit ab angelis ſepultum eſſe. Quamquam enim tum aduolauit Diabolus, ut in Epiſtola ſua Catholica Iudas inquit, ipſum homicidam tamquam ſibi uindicans, & qui in aduerſatione deliquiſſet: tamen princeps ille Dux Michaelus ei reſtitit, ac uerbis huiuſmodi compellauit: Increpet te Dominus. Quæ ſi uera ſtatuemus eſſe, quo loco Ioſepi narrationem habebimus? uel quónam pacto illam admittemus? Lubet autem & ipſa prius indicatis adijcere, quo ſaltem nota ſint. Tradit enim Moſem ſub ipſum mortis tempus huiuſmodi oratione populũ compellaſſe: Quando, commilitones, ſic Deo uiſum eſt ac ſenectuti, exactis iam annis ætatis C X X V, ut hac uita nunc excedam: etiam modò uos de ijs admonebo, quæ faciunda erunt. Ipſe quidem lætus ob ueſtra bona migro. Quum hæc proloquutus ad eum locum pergeret, quo loco futurum erat, ut ex ipſorum cõſpectu abriperetur: cum lacrymis omnes ſequebantur. Interea uerò, dum Eleazarum & Ieſum amplecteretur, ac ſermones cum eis conferret in monte Abari: mox nube ſubitò ſe ſupra ipſos demittente uideri deſijt, in uallem quamdam abreptus. Sic rem geſtam Ioſepus recenſet, qui ſanè nonnumquam fabulis conſentanea litteris mandaſſe uidetur.

Cur palàm Moſes non ſit mortuus.

VNDE

Ayuntamiento de Madrid

## VNDE MOS IMPONENDI MAnus ijs, qui ad munus aliquod per ſuffragia deliguntur, inoleuerit.

*Ceterum Moſes uiuendi finem facturus, Ieſu Naue F. manus impoſuit: quamquam ei teſtimoniū iam antea quoq; tributum eſſet, quòd ſpiritū ſanctum haberet. Hinc mos inoleuit & obtinuit, ut muneri alicui præficiendis ſacerdotes manus imponant, quo facto, diuinæ gratiæ participes fiunt. Impones, inquit Deus, manum tuam ipſi, & gloriam tuam in eum transferes. Quum hic Ieſus opem Gabaonitis ferret, quos inuaſerant propterea nonnulli, quòd ſponte ſua Ieſu partes ſequuti fuiſſent: miraculum in ſole contigit. Nam quum is medium cæli attigiſſet, ulterius progredi per totius diei ſpatiū deſijt. Quòd ſi autē ſcire nequis, quamobrem Hebræorum natio, poſtquàm ex Aegypto migraſſet, totos annos XL in ſolitudine oberrauerit: quid dicturi ſimus, audias. Nam in libro Numerorum cauſſa perſpicuè indicata eſt. Quippe quum ij, qui ablegati erant à Moſe, terram Chananæam exploratum, reuertiſſent, ac populum tanto metu perculiſſent, ut non parum aduerſus Dominum murmuraret, Chalebo & Ieſu exceptis: tum ergo Deus hiſce minis eſt uſus: Nemo ex omni ueſtrûm numero in terram perueniet, ſupra quam manum meam extendi, præter Chalebum & Ieſum Nauæ filium, & pueros ueſtros, quos prædæ futuros dixiſtis. Veſtra quidem membra in iſta ſolitudine cadent. Nati autem ueſtri degent in hac ſolitudine annos XL, & tamdiu ueſtrum hoc iter conficient, donec membra ueſtra in deſertis abſumantur. Quot diebus terram exploraſtis, qui omnino quadraginta fuerunt, per totidem annos ad totidem dies relatos, culpas ueſtras luetis, & quid ira mea ſit,*



Ayuntamiento de Madrid

experiemini. Nimirũ illi exploratores inter alia hoc etiã peruertendi populi cauſſa protulerant, ſe familiam Enaquinorum in iјs locis uidiſſe, qui eſſent homines ſupra modum proceri, & gigantes, cum quibus ipſi collati, locuſtæ ſibi eſſe uiſi fuiſſent. Attulerunt id temporis ſecum tantæ botrum magnitudinis, ut uectibus & palis geſtari eum neceſſe foret. Ceterùm Iſraelicos, ob iram diuinã caſtigatos, tantum in ſolitudine temporis exegiſſe: Cyrillus etiã uerbis hiſce teſtatur, in eo libro exſtantibus, quẽ de ſpirituali cultu inſcripſit. Quia fremitu ſuo Deũ offenderunt Iſraelici, quadraginta per ſolitudinẽ annis ſunt obuagati. Deus enim iureiurando futurum confirmauit, ſe in terram promiſſam ipſos haudquaquam introducturũ. Atq; hoc iuſiurandum Dei Dauides his uerbis expoſuit: Iratus iuraui, nõ eſſe meam in requietem peruenturos. Huius iræ terminus tot annis definitus erat, quot ſuperius expoſiti ſunt: atque illis elapſis, omnino extincta eſt. Tum deinde nati eorum Iordanem tranſierunt, & terram promiſſam ingreßi ſunt, diuina illa iracundia quadrageſimum annum non excedente. Fuit huius rei quondam illa quoq; figura, quòd plagas XL acciperent, qui deliquerant. Poſt illum enim numerum tempus liberationis ſuccedit, quod myſticam Iordanis tranſitionem ſecum adfert. Nam & ipſi poſt annum quadrageſimum Iordanem traiecerunt. Ieſus autem hic, Nauæ F. Auſes prius appellabatur: uerùm poſteaquàm ab exploratione reuerſus fuiſſet, à Moſe nomen eius eſt immutatum. Eumdem poſt annos XL, quos in ſolitudine populus exẽgit, Deus in hunc modum alloquutus eſt: Circumcide populum cultris ſaxeis, atque ita Iordanem traiјcito. Nam Moſi poteſtas Iordanem tranſeundi facta non eſt, quamquam crebris ille precibus hoc expoſceret.

Cyrilli de cultu ſpirituali liber.

Ioſuæ duo nomina.

Ayuntamiento de Madrid

ſceret. Quippe quum carminis uerba populo recitaſſet, his uerbis eum Deus compellauit: Adſcende in montem Abarim, qui Nabo mons eſt, è regione Hierichuntis, atque iſtic terram Chananæam intuitus morere, quemadmodum & Aaro frater tuus in Oro monte mortuus eſt. Non enim uerbis meis ad aquam aduerſationis & rixæ fidem habuiſtis. Iam quòd obſecrarit Deum, ut Iordanem traijceret, ipſemet ſignificauit, quum diceret: Equidem amne traiecto, præclaram illam regionem, trans Iordanem ſitam, intuiturus eram: uerùm Deus me ueſtra cauſſa eſt aſpernatus, nec preces meas exaudijt. Reſpondit enim in hæc uerba mihi: Satis hoc eſto tibi, noli tale quiddam amplius à me petere. Saltem in montem hunc adſcendito, & terram oculis tuis intuere. Nam Iordanem hunc non traijcies. Quid'nam uerò cauſſæ fuit, quamobrem ob delictum exiguum Moſes longo quidem ex interuallo terram intueri iuſſus eſt, ſed eidem denegatum, ne populum in eam introduceret? Nimirum per hæc docere nos Dominus uoluit, ſe ab ijs, qui uirtute perfecti ſint, extremam accurationem requirere. Nam qui perpuſillus eſt, inquit Sapientia Solomonis, ob miſericordiam quodam modò ueniam meretur: at ualentes ualidè explorabuntur. Et uerò delictum Moſis ingens ſibi uiſum fuiſſe Deus ipſe uerbis his declarauit: Adſcende ac morere propterea, quòd uerbis meis ad aquam iurgij fidem non habueritis. Atque hæc omnia de quadam adflictione profecta erant. Nam quum Hebræi ad Moſem conuolarent, ipſo propter Mariæ ſororis obitum triſti, & uiolenter eum urgerent ob aquæ defectum, ſicut in Numerorum libro perſcriptum legimus: hanc ei uocem dubitationis plenam extorſerunt. Quapropter miſſam fac Ioſepi narrationem, quæ prorſus lit-

ſus lit-

Ayuntamiento de Madrid

ſus litteris ſacris aduerſari uidetur. Moſes enim propter iram diuinam hoc modo mortuus eſt, non ob ſenectutis molem, quemadmodum ille tradit. Quòd autem Deo propter exploratores irato populus annis XL in ſolitudine commoratus ſit, etiam in Deuteronomio perſpicuè indicatur. Quum enim Moſes extrema oratione populum alloqueretur, inter alia uerbis huiuſmodi uſus eſt: Acceßimus etiam antea traiecturi flumen, & terram Chananitidem occupaturi: ſed exploratores illi peruerſi, populiq; fremitus effecerunt, ut annis XL per ſolitudinem obuagaremur. Quæ quidem uerba protulit in altera reuerſione ad Iordanem, quum anni ſcilicet XL iam completi eſſent. Atque heic quæſo mihi animum aduertito. Videtur enim futurum fuiſſe, ut niſi diuina iſtæc ira interceſſiſſet, ob exploratorum peruerſitatem orta, breui admodum temporis ſpatio ſolitudinem peragrarent, ac Iordanem traijcerent. Ceterùm dum annis XL per ſolitudinem hinc inde oberrabant, Manna ueſcebantur, cibo non ſato, nec per arationem comparato. Nam in dies ſingulos diuinitus inſtar pluuiæ de cælo labebatur, unico ſabbato excepto: quo ipſo docebat eos, nihil eſſe Sabbato faciundum operis. Eademq; de cauſſa quod die ſabbatum præcedente, quem à præparatione Paraſceuen nuncupabant, mannæ delabebatur: duplum erat aliorum dierum reſpectu, quo uidelicet abundè ipſis etiam ſabbato durante alimenti ſufficeret. Quòd ſi quis autem die ſecundo ſeptimanæ, uel tertio, acceptum manna ſeruaſſet in diem alterum: non poterat deinceps aliter, quàm putrefactum intueri. Quamobrem iſtuc? quia legis erat hæc uiolatio. Quippe Deus uolens eos docere, quid eſſet uita curis ſoluta & libera: ſe præbiturum eis policebatur

De manna.

in dies

Ayuntamiento de Madrid

in dies ſingulos tantum uictus, quantum ipſis alendis ſufficeret. Huic policitationi quum fidem quidam non haberent, nec mandato parérent: fortè collecti mannæ partem aliquam in diem poſterum ſeruarunt, quæ continuò fœtuit. Et hanc nequaquam profectò mannæ naturam fuiſſe, colligi tũ de ſabbato poteſt, quo quidquid eius cauſſa præparatorio die coactum erat, incorruptum manebat: tum de illo manna, quod in arca multis ſæculis eſt conſeruatum. Colligebatur autẽ matutino tempore tantùm. Quippe quamprimùm ſol ortus fuiſſet, liqueſcebat. Idem manna, quemadmodum Nyſſenus antiſtes ille diuiniſsimus ait, ſapientiam Solomonis ſequutus, unius quidem erat eiuſdemq; formæ: qualitatem uerò multiplicem habebat, uti quod cuiq; pro ratione cupiditatis ſaperet. Eodem modo panis ille, qui de cælo deſcendit, manna ſcilicet intellectile, pro adfectione animi quorumlibet & ipſe adfectus eſſe ſolet. Idem manna quamdã eſſe coriandri ſpeciem aiunt, cuius naturam in uniuerſum ſemini reſpõdere perhibent, ita ut ſi diſſecetur, nulla ſit particula, quæ uim ſuam amittat. Sic & diuinum illud ac ſpirituale manna ubiq; locorum diſperſum & quaſi conciſum minutas in partes, nihilo minus totum integrè in integris reperitur. Quid multa proferemus? Quemadmodum illo manna cælitus demiſſo, Hebræorum natio admirabunda dicebat, Quid hoc eſt? Sic & intellectili manna, pane ſcilicet uitæ, unigena Dei filio, cælitus delapſo, & in terris conſpecto, cuncti obſtupeſcentes aiebant: Quid hoc eſt? quo nam pacto Dei filius in terram deſcendit? quî carnem geſtat? quî homo factus eſt? Ac de his quidem hoc modo dictum eſto.

De manna intellectili.

Res à Ieſu Nauæ F. geſtæ.

Ceterùm poſt mortem Moſis Deus Ieſum alloquutus eſt in hunc modum: Quandoquidem meus ſeruus Moſes mortuus

Ayuntamiento de Madrid

tuus eſt, age tu, traijce Iordanem iſtum, unà cum omni hoc populo. Quumq; reges Amorræorũ, qui ultra Iordanem erant, inaudiuiſſent Dominum, qui Deus eſt, Iordanem fluuium exſiccaſſe: mentes & animi eorum contabuerunt, nec præ metu Iſraelicorum prudenter rebus ſuis conſulere ullo modo poterant. Conſimile quiddam ſcilicet eis accidit illi, quod Iacobus expertus eſt præ gaudio; quum profectus in Aegyptum, Ioſephum filium adſpiceret. Nimirũ de lætitia quædam oritur ſanguinis diffuſio, de formidine uerò facultatis uitalis contractio in nobis exiſtit. Vtroq; modo fieri nonnumquam ſolet, ut mors hoc pacto adfectos neceſſariò comitetur. Poſtquàm Iſraelici flumen traiecissent, mox abſq; armis Hierichunte potiuntur: quo nomine factum, ut eam pro anathemate ducerent; hoc eſt, Deo conſecrarent. Secundum hæc Achar ille Charmæ F. ex ijs, quæ Deo conſecrata erant, ueſte quadam cum auri maſſa clanculum ſurrepta, Deum ad iram prouocauit. Quapropter Ieſus Deum precatus, iræq; cauſſa cognita: lapidibus hominem uniuerſa cum domo obruit. In hac Hierichuntis obſidione primum omnium uiolari Sabbatum cepit. Dies enim ſeptem opidum cum tubis cinxerunt atque circumierunt, quo dierum numero ſabbatum quoque neceſſariò compræhenditur. Eodem Ieſu, quemadmodum & ſuprà meminimus, contra quinq; reges præliante, ſol in medio cælo reſtitit, nec ad occaſum progreſſus eſt, unius integri diei ſpatio. Et ceperunt Iſraelici bello cunctas Chananæorum ditiones & opes, Domino ipſis ſuppetias ferente. Chalebus quoq; Iephonæ F. tres Enaqui filios prorſus exſtirpauit, nimirum Suſem, Tholmeum, & Schimam: qui gigantes erant ſupra modum proceris corporibus, qua de cauſſa Enaqui filij ſacris in litteris

Chalebus gigantes excidit.

P appellati

Ayuntamiento de Madrid

*appellati ſunt. Atque hoc loco illud etiam ſcire debes, legem primam apud Hebræos in eo libro perſcriptam eſſe, qui eſt de Iſraelicorum ex Aegypto profectione. Suntq; legis hæc prima uerba :* Deos alios, *præter me, nullos habeto. Simulacrum tibi ne facito, nec imaginem cuiuſquam rei, quæ exſtet aut ſuprà in cælo, aut infrà in terra.* Non *heic diſtinguuntur ſimulacrum & imago, ſiue terreſtris animalis, ſiue marini, ſiue uolatilis.* De Origenis *autem*

Origenes qui ſimulacrum accipiat.

*ſententia & enarratione, ſimulacrum eſt conceptum mente figmentum, quod tamen reapſe non exiſtat: quale quidam erat* Cynocephalus *ille religioſè cultus apud* Aegyptios, *uel* Græcorum Hippocentaurus. *Poſt* Ieſum Naue F. *populus à* Iudicibus *gubernabatur, quorum primus fuit* Iudas, *qui* Adonibezecum *in poteſtatem redegit, regem extranearum nationum, eiq; manuum ac pedum extremas partes amputauit.* Quippe Chananæi *poſt* Ieſu *mortem de* Iudæis *ſubigendis fiducia concepta, principatum* Adonibezeco *detulerunt, eoq; Duce copijs in illos ductis, fine ac inſtituto ſuo exciderunt. Nam haud paucis interfectis,* Adonibezecus *uiuus captus eſt, extremisq; pedum ac manuum partibus mutilatis:* Septuagin-

Pœna talionis.

*ta, inquit, reges extremis pedum manuumq; partibus truncati, mea ſub menſa micas collegerunt.* Quemadmo*dum in illos ego me geſſi, ita mihi diuinitus eſt repenſum.*

Barachus.

Barachus *quoq; cum* Debora, *muliere uate, iudicis apud*

Deboræ uirtus.

*Iſraelicos officio functus eſt annos quadraginta.* Mulier *ea uaticinandi perita erat, quumq;* Iudæos *cerneret ob hoſtium* Chananæorum *multitudinem pedem referre uelle: non ſolùm eos in officio continuit, ſed etiam perſuaſit, ut manum cum hoſte conſererent: quo facto magnæ illorum copiæ ſunt occiſæ.* Nam *tempeſtas ingens exorta*

Chana-

Ayuntamiento de Madrid

Chananæos quidem grauiſſimè lædebat, Iudæis uerò nihil damni dabat. Itaque tum Siſaras ſuos in fugam uerſos conſpiciens, de curru exſilit, & ad feminam quamdam ſe fugiens confert, cui nomen eſſet Iaelæ, ut apud ipſam uitæ ſuæ conſuleret. Tum illa Siſaræ, qui potum ſibi dari poſtulaſſet, lac iam corruptum præbet: quo ille immodicè hauſto, graui ſomno corripitur. Ibi Iaela clauo tempora ei tranſadigit, hominemq́; interficit. Hoc modo uictoria potiti ſunt, quemadmodum Debora uaticinata fuerat. Ceterùm litteræ ſacræ Suſem, Tholmeum, & Schimam non abs re, ceu diximus, Enaqui filios appellarunt, uti quorum corpora Gigantum corporibus magnitudine paria fuerint. Nam & Ioſepus commemorat, apud Chananæos tum reliquam Gigantum fuiſſe nationem, qui propter corporum molem atque formam, quæ reliquorum hominum formæ non reſponderet, inuſitatum mortalibus ſpectaculum erant, & famam de ſe terribilem concitabant. Eorum nunc quoque monſtrantur adhuc oſſa, fidem planè ſuperantia. Horum ætate, uidelicet Barachi atque Deboræ, ſapientiſſimi apud Græcos uiri, Prometheus & Orpheus oriundus è Thracia, celebres fuerunt: itemq́; medicus Aeſculapius, & Lycurgus legum apud Lacedæmonios lator. Aeſculapium aiunt artem medicam tam accuratè cognitam habuiſſe, ut etiam mortuum quemdam uitæ reſtituerit: quo facto, Iupiter iratus, hominem fulmine tactum rebus humanis exemerit. Secundum hæc indicare Deus uolens, omnia per ipſius poteſtatem fieri, non per hominum ingentes copias: Gedeoni Madianæos inuadere conanti auctor fuit, ut ipſa in meridie, quum æſtus maximus foret, exercitum ad flumen

Prometheus & Orpheus quando uixerint.

Lycurgus.

Aeſculapius.

Gedeonis res geſtæ.



Ayuntamiento de Madrid

duceret. Ibi uerò quicumque in genua procumberent, atque ita biberent, eos ut pro magnanimis haberet, monet. Quotquot autem feſtinanter & cum tumultu quodam biberent, eos exiſtimaret hoc præ formidine facere. Quum Gedeo Dei monitis parens, hoc ipſum feciſſet: CCC homines reperti ſunt, qui cum trepidatione manibus aquam hauſtam ori admouerent, quemadmodum Ioſepus memoriæ prodidit. Quapropter ei præcepit Deus, ut cum illis hoſtem adoriretur. Noctu ergo Madianæos inuadunt, quum tubas manibus, itemq; faces accenſas intra uaſa quædam geſtarent. Poſt hæc Gedeo ſenectute confectus uita fungitur, relictis filijs legitimo toro natis LXX, quos ex pluribus uxoribus ſuſceperat, & uno ſpurio, è concubina nato. Hinc Manoas accepto diuinitus promiſſo, filium gignit, cui Samſonis nomen eſt inditum, quod ex interpretatione Ioſepi robuſtum ſignificat. Eodem cum hoc tempore Hercules quoque uixit. Erat autem Samſoni tam uirilis animus, ut quum Gazam ingreſſus, ad meretriculam quamdam diuertiſſet, atque ab incolis opidi uniuerſis cuſtodiretur: manibus ſuis portas cum repagulis euulſerit, atque ita opido ſit egreſſus. Quinetiam prius, quàm hoc accideret, ſuſcepto aduerſus Palæſtinos bello, quiddam huiuſmodi fecit. Erat tempus æſtiuum, iamq; fructus ita maturuerant, ut meßis appeteret: quum Samſo trecentis uulpibus captis, earum caudis faces ardentes alligat, atque ita in Palæſtinorum agros eas immittit. Hoc pacto ſegetes eorum exuſtæ fuerunt. Illi ſegetibus ſuccenſis, bellum Iſraelitis faciunt, ſimulq; Samſonem ſibi dedi iubent. Quid heic factum ab Iſraelitis? Nimirum illi hoſtiles incurſus ueriti, uinctum Samſonem eis dedunt. Heic quum ille Palæſtinos ad ſe contendentes

Samſonis res geſtæ.

Nominis interpretatio.

Hercules & Samſon coætanei.

Ayuntamiento de Madrid

tendentes cerneret, ruptis uinculis, quibus adſtrictus erat, aſini maxillam nactus, mille hoſtes interficit. Quum autem tanta uirium contentione præliaretur in hoſtem, accidit ut ſitis ardens eum grauiter adfligeret. Quapropter Deum obſecrat, qui mox opem ſuppeditans, hominem conſolatur. Quippe de maxilla, quam abiecerat, ingens aquæ copia promanauit. Atque hic fons in hodiernum uſque diem in Eleutheropolis ſuburbio conſpicitur, & Fons maxillæ nuncupatur. Atque hoc loco Ioſepus ait, quòd quum ſuis uiribus, non Deo uictoriam acceptam tuliſſet, tanta ſiti uexatus fuerit. Sedenim tanto uir præſtans robore, deinceps unius mulierculæ opera cunctis ſe deridendum præbuit. Nam haud multo pòſt amore Dalilæ Palæſtinæ captus eſt, quæ ab alienigenis muneribus corrupta, petebat ab eo, ut ſibi fateretur, quónam in membro ſitum robur illud haberet. Tum ille mulierem initio fallens: Si me tui conſtrinxerint, ait, ſeptem neruis humidis, uires me deſtituent, ſimilisq; ceteris mortalibus ero. Illa uerò ſumtis neruis hominem conſtrinxit, ac deinde clamorem uerbis hiſce ſuſtulit: Alienigenæ te inuadunt Samſo. Quibus auditis ſurrexit, & neruos lacerauit. Quapropter illa decepta, rurſus hominem precibus urgere, ſcireq; cupere, quænam eſſet illius roboris cauſſa. Samſo contrà fœminam fallere, ac uiciſſim dicere, ſi ſe funibus ſeptem recentibus & nullum ad uſum adhibitis colligarent: uires ſuas omnino defecturas. Quum hoc etiam illa feciſſet, & inclamaſſet, Alienigenæ te inuadunt Samſo: mox funes diſcerpſit, quibus erant eius colligata brachia. Quum rurſus igitur idem ex eo quæreret, reſpondit, ſi capitis ſui cincinnos diuiſos clauis alligaret, ac parieti adfigeret: debilem ſe futurum, reliquisq;

Eleutheropoli fons maxillæ.



Ayuntamiento de Madrid

mortalibus conſimilem. Verùm ne tum quidem uoti compos facta, de integro blandicijs hominem exorare nititur: quamobrem ille tamdem arcanum ei patefacit. Capiti, ait, meo nouacula numquam eſt admota. Nam inde uſq; à uentre matris Dei ſum Nazoræus. Quòd ſi tondebor, abituræ ſunt à me uires, & infirmus, ceterorumq; omniũ ſimilis ero. Quapropter ubi hominem Dalila conſopiuiſſet, totondit: quo facto, exclamat: Inuadunt alienigenæ te Samſo. Tum ille conſurgens, non amplius eo corporis uti robore poterat, quo dudum. Quapropter in eum alienigenæ irruunt, hominemq; ſuam in poteſtatem redactum oculis ſpoliant. Quid uerò ſecundum hæc factum? Plorans Samſo Dominum his uerbis inuocat: Domine Deus exercituum, memento nunc quæſo mei, meq; hoc ſaltem poſtremum corrobora, Deus, dum pro ambobus oculis meis alienigenas ſemel ulciſcor. Quapropter illuſum ab hoſtibus non neglexit nec auerſatus eſt Deus. Nam ex quo amiſerat oculos, etiam ludibrio pueris erat. Nouo igitur & inuſitato quodam modo Deus ei uires adauget. quo facto, ſedentibus illis ac uino ſe ingurgitantibus, ut qui celebritatem quamdam ſimulacris inſtituiſſent uictoriæ, quam de hoſte ſuo conſequuti fuiſſent, cauſſa: domus illius, qua in domo ſedebant, columnas duas præhendit, easq; complexus: Volo, inquit, ex uita cum alienigenis diſcedere. Quod quidem mox ita factum eſt. Atq; hoc exemplo declarauit Deus, ſe adfectos iniurijs non negligere. Tantum enim roboris hoc tempore Samſoni largitus eſt, ut non ſolum columnas confractas dirueret, quibus fanum illud ſimulacrorum fultum innitebatur: ſed etiam eadem ui tectum deijceret, ac uirorum quidem tria millia, mulierum uerò maiorem quoq; numerum ea ruina opprimeret.

Hoc

Ayuntamiento de Madrid

*Hoc loco diuinus ille uir Anaſtaſius Sinaites non parum Dei tum adminiſtrationem, tum benignitatẽ obſtupeſcens demiratur, expendens ipſe ſecum, quòd Samſonem dignatus ſit eorum in numerũ recipere, qui ſalutem conſequantur, quum tamen hoc etiam ille præter alia commiſerit, ut eos ulciſcendi cauſſa, quorum iniurijs læſus fuerat, ſemetipſum morti dederet. Nec omittenda heic nobis eſt indicatio cauſſæ, quam ob cauſſam à uentre matris Samſo tantum roboris habuerit. Quia enim Iſraelitæ, qui iam totos annos quadràginta ſeruitutem alienigenis ſeruierant, Dei prorſus erant obliti, nec ullum apud ſe iuſtum hominem habebant: iccirco Samſonem Deus ipſis tribuit, uirum à primis incunabulis iuſtum ac magno robore præditum, ut per ipſius uirtutem ac fortitudinem planè admirandam ſeruari ſe liberariq́; animaduertentes, uitam ſuam emendarent, & Deum illum huius uniuerſi quærerent. Verumenimuerò magis illi Deum obliuioni tradebant, ac uirum præclarè de ſe meritum in manus hoſtiles traditum ſceleratè reijciebant. Quamobrem Deus etiam æquiſsimo iure curam ipſorum habere deſijt. Nam poſt Samſonem nullus apud Hebræos iudex amplius extitit. Quòd ſi etiam intelligere de nobis aues, dilecte fili, quamobrem Deus Iephthæ filiã mactari & iugulari permiſerit, ( fuit autem is quoq; iudex apud Hebræos ) quid dicturi ſimus, audito. Promiſſum hoc uotumq́; Iephthæ perquàm ſtultum erat. Nam expendere ſecum ipſe prius debuerat, fieri fortaſsis poſſe, ut uel canis, uel aſinus, uel aliquod aliud immundum ex indicatione legis animal ipſi primum occurreret. Quapropter eius exemplo, qui uoto concepto promiſerat, ſe immolaturum Deo, quidquid ex domo ſua primum obuium habuiſſet, alios monere*

Anaſtaſij locus.

Stultũ fuiſſe uotum Iephthæ.



Ayuntamiento de Madrid

uolens Deus, ut non abſq; conſideratione uota conciperent: iugulationem hanc non impediuit. Filia quidem ipſa longè Iephtham patrem uirtute ſuperauit. Nam quum eum cerneret ueſtimenta ſua lacerantem atque plorantem: Si quidem, ait, de me aliquid policitus es, facito mihi, ut tua fert promiſsio, poſtquàm tibi Dominus tuos hoſtes Ammonitas ultus eſt. Præter hactenus autem indicata ſcire debes, poſt Samſonis è uita migrationẽ, Beniamineam tribum uoluptàti ſe Sodomitarum, abhorrenti à natura tradidiſſe, ac furioſè in homines peregrinos irruiſſe. Fortè quidam Leuita, qui habitaret Ierudimæ, uxorem duxerat concubinam à Bethlehema, quæ ex animi quadam infirmitate ſuos ad parentes eſt reuerſa. Quapropter eodem & Leuita proficiſcitur, & exceptus à ſocero perhonorificè, uxorem ſuam recipit. Inde Gabaam diſcedit, opidum Beniamineæ tribus, ibiq; ad ſenem quendam agricolam, inquilinum eius loci, diuertit. Ea re cognita Beniaminei, qui ciues eius opidi erant, ſenis illius domum undiq; cinctam obſident, & impulſis foribus, hoſpitem per ſcelus uiolare conantur. Ibi ſenex ille filiam ſuam necdum nuptam, & hoſpitis concubinam eis offert, quibus ad libidinem abuterentur: ſaltem petens, ut hoſpiti parcerent. Quod quum illi facturos ſe negarent: egreſſus è domo Leuita, concubinam ſuam eis exhibet. Illi tota nocte ad libidinem illa abutentes, tamdem dimittunt. Quapropter ad hoſpitij fores progreſſa, continuò uitam cum morte commutat. Tum maritus eius mortuam uidens, iumento ſuo imponit, ac domum deportatam in partes duodecim diſſecat: quarum partium ſingulas quamlibet ad tribum mittit: ſimul que Beniamineæ tribus ſcelus demonſtrat. Quo facto, rem Iſraeli-

Leuitę uxor ſtupro necatur.

lici

Ayuntamiento de Madrid

lici perquàm moleſtè ferunt : ipſumq́; Deum precantur. Deinceps Beniamineos cum copijs inuadunt. qui quum auctores facinoris ad noxam ſe dedituros negarent: Iſraelici eos interficiũt, & opidum igne iniecto cremant. Ceterùm problema, quod Palæſtinis Samſo propoſuit, erat huiuſmodi: Ex comedente cibus, ex robuſto exijt dulcedo. Per dulcedinem, mel intelligit: per comedentem ac robuſtum, leonem: in cuius cadauere mel apes finxerant, quod inde ſumtum Samſo comederat. Eſt aũt operæ pretium, dilecte fili, te hinc animaduertere, nos nulla de cauſſa iuſta immundos à Iudæis appellari. Nam ſi propterea ſumus immundi, quòd leporibus, porcis, alijsq́; talibus contra legis interdictum ueſcamur: omnino ſequi neceſſe eſt, ut maximus ille uatum Elias eodem nobiſcum crimine teneatur. Quamobrem iſtuc? quia panem ab immundo animali, nimirum coruo, acceptum comedit. Qua uerò de cauſſa hæc ita facta ſunt? ut ſciremus, etiam ante patefactam Dei gratiam, durante adhuc ueteri fœdere, legis quędã præcepta uiolata fuiſſe. Nam quamuis animal immundum ſit coruus, nihilo tamen minus eximius ille uates Elias allatum ab eo cibum accepit. Quo item pacto factũ, ut Samſo, qui Nazoræus eſſet, ac legi ſubiectus, fauo mellis ueſceretur, quod apes in cadauere leonino finxiſſent? Quî hominem ſiti uexatũ per immundam pollutamq́; maxillam Deus recreat? Si coruus, ſi leoninum cadauer, ſi aſini mortui maxilla res immundæ ſunt: cur per ea Deus miniſtrorum ſuorum uitæ conſuluit & opem tulit? Præterea quî factum eſt, ut ſi quidem immunda ſunt quædam, initio tamen rerum communem illam cum ceteris benedictionẽ acceperint? Sic enim ſacris in litteris perſcriptum legimus: Vidit Deus omnia quæ fecerat, eaq́; bona eſſe pronun-

Samſonis problema.

Contra Iudæos.

Elias & Samſo legẽ uiolarunt.



Ayuntamiento de Madrid

tiauit. Si ergo porcus, tanq̃ res à Deo creata, bonus erat: quî deinceps factus eſt immundus? De quibus omnib. perſpicuè poteſt intelligi, Deum corrigere uolentẽ Iſraelicorum ad uitia propenſionẽ, huiuſmodi leges tuliſſe, atq; huiuſmodi remedijs uſum fuiſſe. Eadem ratione Noæ quoq; temporibus animalium diſcrimen inſtituit. Nam quia futurum proſpiciebat, ut homines ad inſanũ deaſtrorum cultũ deflecterent: optimo ſanè conſilio ſic diſtinguit animalia, quo alia pro mundis, alia pro immundis haberẽtur. Quánam illud obſecro de cauſſa? Nimirum ut partim ijs uiſtitantes, tamquam mundis, partim auerſantes uelut immunda: neutra pro Dijs uenerarẽtur. Nam ceteroquin ea non dixiſſet immunda, quæ cum alijs communẽ à Deo benedictionem initio rerum acceperant. Et uerò factam id temporis animalium diſtinctionem profectam eſſe de conſilio Dei ſe noſtra cauſſa demittentis, etiã Paulus hiſce uerbis oſtendit: Nulla Dei creatura reijci debet, modò cum gratiarum actione ſumatur. Idem magis quoq; confirmat illa Dei, uox, qua ſummum illum apoſtolum Petrum compellauit, quo tempore demiſſum è cælo linteum conſpexit: Surge Petre, macta & ueſcere. Item: Quæ Deus purgauit, tu ne polluta dicito. Neq; uerò mirum tibi uideatur, etiam modò quædam pro immundis haberi, uerbi gratia lupum, leonem, pardalim. Quippe magnus ille Baſilius hæc in Aſceticis ſuis, qui libri rationes exercitiorũ pietatis continent, in hunc modum explicauit & illuſtrauit. Quemadmodum in oleribus quod noxium eſt, ab eo ſecernimus, quod naturæ noſtræ conuenit: ſic etiã in carnibus ab utilibus quæcũq; noxiæ ſunt, ſecernimus. Nam & cicuta perinde olerum appellatione uenit, ut & uulturum carnes pro carnibus ducuntur. Nemo tamen mentis compos hyoſcyamum

Cur adhuc animalia quædã ſint immunda.

Ayuntamiento de Madrid

mum comederit,nec carnẽ caninã guſtauerit,niſi forte ma gna quædam neceſſitas urgeat: quod quidem ſi uſuueniat, nihil hoc modo ueſcẽs delinquit. Quapropter ſcire debes, nos opera data res noxias auerſari, & ijs quidem animali bus ueſci, quæcumq; ſucci boni ſunt, utileq; nutrimentum præbent:ab alijs autem abhorrere,quæ forte ualetudinem incommodam,uel aliquid aliud ingratæ rei nobis ſint con ciliatura,ſi comedantur. Priſci quidẽ illi patres certas no= bis hac in parte leges præſcripſerunt,ut laſciuiæ uolupta= tiq; noſtræ modum ſtatuerẽt. Ac de his ſanè dictum hacte nus eſto. Quia uerò ſtudiũ in diſcendo tuum mihi perſpe= ctum eſt,operæ pretiũ facturus ſum,ſi quarumdã ex Iudi- thæ libro narrationũ meminero. Nabuchodonoſor pro= pterea,quòd nationes ceteræ ſibi aduerſus Arphaxã bellũ gerenti opem non tuliſſent, copiarũ ſuarum imperatorẽ Olophernẽ aduerſus quoſuis ablegauit, ſeq; totius terra= rum orbis magnũ regem ac Dominũ appellauit. Hoc man dato accepto,aduerſus Iudæos Olophernes copias mouet. Eum Achior Ammanites in hãc ſententiã monere:ſi quod eſſet delictum eius nationis, quo Deum offendiſſent, rectè ſe facturos,ſi regionem illam inuaderent, quippe quã bel lo haud dubiè capturi eſſent. Sin autem, conſulere ſe Olo= pherni, tamquam Domino ſuo, illam ut nationem miſſam faceret. His auditis Achiorẽ uiciſſim Olophernes interro= gare: Putarétne Deũ quempiã eſſe,præter Nabuchodono ſorẽ?illũ ſcilicet ablegaturũ copias ſuas,et nationẽ illã fun ditus exſtirpaturũ. Hoc modo factũ, ut bello moto,caput ei Iudithæ mulieris cõſilio planè callido et feliciter ſucce= dẽte præcideretur,oẽsq; ipſius opes à Iudæis diriperẽtur: Achiore diuinã fidẽ cũ circũciſione amplexo. Ceterũ quo tempore iudices Iſraelicorũ nationi præerãt,oborta fame,

Iudithæ ac Olophernis hiſtoria.



Ayuntamiento de Madrid

Noema cum filijs ſuis Bethlehemam reliquit, & Moabitarum in terram profecta eſt. Ibi quum uxores filij duxiſſent, Orphanam ſcilicet ac Rutham, annisq; decẽ exactis mortui eſſent: Noema nuribus ſuis ſe comitantibus in patriam ſuã reuerſa eſt. Nolebat enim ei roganti, ut iſtic manerent, Orphana parére: quòd ſe diceret gentem eius agnituram pro ſua, Deumq; ipſius pro ſuo Deo habituram. Hoc modo profecta cum ſocru, Booſo nupta eſt, ac Obedum, Ieſſæ patrẽ, Dauidis auum peperit. Inter alios, quos Nabuchodonoſor captiuos abduxerat, fuerunt Mardochæus & Eſthera mulier. Hi quum regnante Artaxerxe ſuperſtites adhuc forent, fortè accidit, ut quum Mardochæus in aula regia duorum eunuchorum conſilia depræhendiſſet, aduerſus regem inita, rem omnem regi renunciaret, qua patefacta illi morte multabantur. Hinc offenſus Ammanus, qui plurimum apud regem poterat, auctor regi fuit, ut Iudæos adoriretur, miſſisq; litteris ad centum uiginti ſeptem regionum præſides, quæ regiones inter Indiam & Aethiopiam ſitæ ſunt, imperaret: ut quotquot ubiq; gentium Iudæi reperirentur, omnino morte adficerentur. Hanc rem ubi Eſthera regina cognouiſſet a.d. XIIII menſis duodecimi, completo trium dierum ieiunio, Deum initio precatur, inde regem Artaxerxem huiuſmodi uerbis alloquitur: Quum te, rex, intuerer angelo diuino conſimilem, cor meũ formidine maieſtatis tuæ perculſum planè ſe demiſit & cõtabuit. Tum rex eam hortari, ut quod uellet, ab ſe peteret. Interim Ammanus Mardochæo in regia conſpecto, totus in hoc incumbere, ut hominem in crucem ageret. Verùm Deus ademto regi ſomno, quo minus Ammani conſiliũ ſuccederet, impediuit. Quum enim rex noctu præ quadam animi ægritudine non dormiret, fortè

Eſtheræ hiſtoria.

ſecum

Ayuntamiento de Madrid

ſecum ipſe Mardochæi meritum recognoſcens expendit. Quapropter inuito Ammano Mardochæus honoribus ampliſsimis ornatur, & Ammanus è contrario ſuæ peruerſitatis pœnas luens, Eſthera regina obſecrante ac rem perficiente, cruci adfigitur. Simul diuerſam in ſententiam perſcriptæ litteræ mittuntur, quibus non Iudæorum modò ſaluti conſulebatur: uerumetiam mandabatur, ut aduerſarios ſuos necarent. Itaq; factum eſt, ut illi ſupra quingentos homines interficerent, decem Ammani filijs in crucem actis. Hanc ob cauſſam inſtitutum legimus, ut XIII & XIIII Adaris menſis dies Iudæis perpetuò feſti ſint. Tobæus imperante Enemeſaro Aſſyriorum rege in captiuitatem abductus eſt. Is per omnem uitam ueritatis & iuſticiæ ſtudioſiſsimus fuit, quumq; captiuus Nineuen unà cum uxore Sarra & Tobia filio perductus eſſet, cognatis ceteris pane gentium ueſcentibus, ab eo prorſus abſtinuit. Deinde necatos à rege Senacherimo, quo tempore is reuertebatur, è Iudæa profugiens, furtim ſepeliebat: qui ſanè ab irato rege non pauci ſunt interfecti. Quinetiã noctu multos ob regis metũ terræ mandabat. Quapropter aliquando accidit, ut uultu aperto iuxta parietem conſopitus cubaret: ignorans iſtic paſſeres in pariete nidificaſſe. Illi uerò calidum ſtercus in oculos eius excernunt, ex quo innata ipſius oculis eſt albugo. Conſimiliter quum uxor die quodam ipſi hædum adferret, datum ſibi mercedis nomine: nolebat eo ueſci propterea, quòd furtiuum exiſtimaret, eaq; de cauſſa probris ab uxore inceſſebatur, ut qui fructum ex uirtute nullum caperet. Tum ille plorare, ac Domino dicere: ſatius ſibi fore, ſi moriatur, quando falſis probris adficiatur. Eodem hoc tempore Sarra quoq; Ragueli filia uerbis contumeliæ plenis eſt exagitata, quaſi ui-

Hiſtoria Tobiæ.



Ayuntamiento de Madrid

ros ſeptem, quibuſcum nupta fuerat, ſuffocaſſet, quos tamen Aſmodæus ille nequam genius interfecerat prius, quàm cum ea conſueſcerent: quam illa rem tam ægro tulit animo, ut ipſa ſibi manus adferre cogitaret. Verùm Deus neque Tobæi, neque Sarræ probra neglexit. Nam quum Tobæus filium ſuum Tobiam ablegaſſet ad repetendum argentum, quod alibi depoſuerat: angelus Dei Raphaelus eum comitatus eſt. In eo itinere puer conſpecto ad fluminis ripam piſce, uehementer eſt exterritus: quum angelus hortatur, ut piſcem præhendat, eiuſq; partes ceteras comedat, ſolum cor & iecur ſibi reſeruet: quorum alterum, uidelicet hepar, ſeruiret ad abigendum ſuffitu Aſmodæum: cor autem, ad inungendum paternos oculos. Secundum hæc iuuenem Ragueli domum deducit, qui Sarram filiam eius uxorē accipit, & Sarræ amatorē Aſmodæum abigit. Hinc ſumto ſecum argento & coniuge Sarra, domum reuertitur. Quumq; peruncti forent ab eo Tobæi patris oculi, prodigium fit ingens, uiſu eis reſtituto. Quibus in hunc modum geſtis, angelus ipſos uerbis talibus alloquitur: Beneficentia profecta de cōmiſeratione cordis, hominē à morte uindicat, & omne peccatū expiat. Quo quidem tempore tu nuruſq; tua Sarra Deū precabamini, ego precationis ueſtræ monumentū corā ſancto illo Deo ſubuehebā: quū tu mortuos ſepeliebas, aderā tibi: quū minimè cunctabaris, quin ſurgeres, relictoq; prandio tuo diſcederes obuelatum mortui hominis cadauer, hæc tua præclara facta me nō latebāt, ſemper tibi ſcilicet præſentē. Meq; nunc adeò miſit Deus ad te nurumq; tuā Sarram ſanandos. Sum enim genius ille Raphaelus, unus de ſeptē angelis, qui ad Deum ſanctorū preces deferunt. His pronuntiatis ad eum aſcendit, à quo fuerat ablegatus. Hoc ipſum

autem

Ayuntamiento de Madrid

autem Raphaeli nomen ex hac de Tobæo narratione cognitum ſcilicet habes. Verùm appellatio Vrieli, quemadmodum uir reapſe ſapiens Pſellus ſcripſit, nec priſci fœderis libris, nec noui continetur: ſed exſtat in libro quodam Hebraico, qui uulgo non eſt notus, habens inſcriptionem precationis Ioſephi: quo in libro Ioſephi pater Iacobus hoc cum angelo colloquens introducitur. Liber ipſe apud Hebræos, ut alij quoque apocryphi, pro reiecticio ducitur, & nihil auctoritatis habet. Ceterùm Tobæus annos CL uiuendo expleuit, Tobias filius CXXVII, quúmque parentes ſuos humo tradidiſſet, ad Raguelum ſocerum ſuum profectus eſt, & ante mortem ſuam de Nineues interitu cognouit, quam Nabuchodonoſor cepit, uti futurum Tobæus prædixerat. Ad Samſonem ut redeamus, poſt obitum eius ad Elium uſq; pontificem totis annis XL Iſraelici nullius imperio parebant. Quapropter ſe inuicem alij alios adorti, communis interitus & excidij ſibimet auctores erant. Quantum quidem in eo mali ſit, quum nobis ſubiecti animaduertente nemine delinquunt, nec acriter coercentur: Elij demonſtrat hiſtoria, cum ijs, quæ arcæ populóque Iſraelico acciderunt. Nam & Elius miſerabili fine uitam claudit, & hoſtium in poteſtatem arca uenit, & gladio populus occiditur. Quippe Iudæos Palæſtini bello inuadunt, prælio inter ſe utrique congrediuntur, Hebræorum ad quatuor millia cadunt. Hinc arca Iſraelici aduecta, cum ea in hoſtes irruunt, quòd omnino futurum confiderent, ut ea præſente ſuperiores ipſi pro more diſcederent. Conſeruntur ergo manus, Hebræorum plurimi cadunt, arca ipſa ab hoſtibus intercipitur. Quamobrem infeliciter geſtæ rei triſtem nuntium Elius accipit, ac ſuorum quidem filiorum

Pſelli locus.

Elij pontificis hiſtoria.



Ayuntamiento de Madrid

interitũ generoſo fert animo, quòd ij uitijs ſuis nõ caruiſſent, ſcortationi ac luxuriæ dediti: (cõſueuerãt enim toros alienos polluere, oblatisq; Deo carnibus antè ueſci, quàm cõſecratæ forent) uerùm ob arcæ captiuitatem grauiſsimè perculſus, ſollio ſuo delabitur, moxq; uiuendi finem facit. Nam fortè tum pro templi foribus in ſella uerſatili conſederat annos iam nonaginta & octo natus. Arcam Palæſtini ab ſe captam in opidum Azotum auehunt, neq; multò pòſt Dagon loco ſuo motus eſt, alliſusq; terræ uenerabundi ſpeciem coram arca proſtratus exhibuit. Voluit autem Deus oſtendere, non ex imbecillitate quadam ſua fuiſſe captam arcam. Nam ceteroqui Deus aduerſariorum Dagon arca præſente non fuiſſet attritus. De quo colligere licet, præſentem in ea quidem fuiſſe diuinam gratiã: ſed ob Iudæorum ſceleratam uitam Deum permiſiſſe, ut hoſtiũ in poteſtatem ueniret. Eodem tempore morbo inteſtinorum adfecti moriebantur, quotquot arcam ceperant, uiſceráq; corrupta excernebant. Præterea murium ingens enata copia fines eorũ infeſtabat. Quapropter Azotij uix tandẽ intellecto, ſe malis huiuſmodi ob arcam uexari: Aſcalonitas orant, ut eam ad ſe reciperent. Hoc illi quum feciſſent, conſimiles calamitates experiuntur. Ad alios igitur eam Aſcalonitæ ablegãt, ijq; uiciſsim ad alios: omnibus eadem mala perpeſsis. Hanc ob cauſſam congreſsi optimates illarum quinq; urbium, quæ hiſce ſupplicijs multatæ fuerant, nimirum Accaronis, Gazæ, Azoti, & reliquarum, de tota re deliberant: ſtatuũtq; duas uaccas fœtas currui alligandas eſſe, cui arca imponatur. Hoc facto, uaccas in triuio relinquunt, eisq; poteſtatẽ faciunt eundi quò uelint. Quòd ſi pergerent in Hebræorum fines, omnino exiſtimandum aiunt, arcam ipſis eiuſmodi malorum cauſſam fuiſſe: ſin

Cur arca fuerit capta.

alið

Ayuntamiento de Madrid

aliò deflecterent, perſequendam, uti quæ poteſtatem eiuſmodi nullam haberet. Huic conſilio quum paruiſſent, adeſſe diuinam quamdam arcæ uim ac poteſtatem depræhenderunt. In hoc ſtatu quum res Hebræorum eſſent, regem dari ſibi poſtulant, & Saulum accipiunt: quamquam Deus huiuſmodi petitionem eorum perquàm grauiter tulit, ac propterea uerbis hiſce Samuelum alloquutus eſt: Non te flocciſecerunt, ſed meipſum: ne regnum ſcilicet in eos obtineam. Saulus hic oriundus Beniamitide tribu, Ciſi F. forma præditus longè præſtantiſſima, corporeq; procero & amplo, fortè patris aſinas amiſerat, & earum indagandarum cauſſa uatem Samuelum conuenerat. Ibi uates ſumptum oleum ſacrum in caput iuuenis effundit, eumq; peramanter complexus: Eſto, inquit, rex gentis noſtræ diuinitùs approbatus. Simul ei ſignificat omnia, quæ ipſi eſſent in itinere illo euentura: futurum ſcilicet, ut in uates incideret, & diuino correptum ſpiritu cum eis uaticinaturum. Deinde rurſus eum inſpectante populo inungit. Atq; hoc modo Hebræorum reſpublica in regni formam eſt commutata. Samuelus quidem Iſraelicos aiebat petendo rege grauem in ſe concitaſſe indignationem Dei. Licebat eius rei coniecturam uel ex eo ſumere, quòd quum nemo æſtate media tempeſtatem eiuſmodi uidiſſet: illa tamen id temporis conſpecta ſit. Quippe quum uates hanc orationem ad populum habuiſſet, fulgura cum tonitruis & grandine exſtiterunt: quo facto profiteri populus, ſe in Deum deliquiſſe. Secundum hæc Saulus cum copijs Palæſtinos inuaſurus, pontifici mãdat, ut ſumta pontificia ueſte ſibi uaticinaretur, qui nã eius belli futurus eſſet exitus. Illo regem ad bellum excitante, copias Saulus aduerſum Palæſtinos educit: quumq; uictoria po-

Hebræi regẽ poſcunt.

Saulus rex.



Ayuntamiento de Madrid

ria potitus eſſet, inſolentior factus, huiuſmodi quadam exſecratione ſibi Hebræos deuincit: ſi quis hoſtibus parcens cibum ſumeret, nec in eis occidendis tamdiu perſeueraret, dum nox ſuperueniens cædendi finem faceret, is ut exſecrabilis foret, ac diris deuoueretur. Hæc Saulus quum proloquutus fuiſſet, fortè accidit, ut militibus ſiluã quamdam ingreßis, quæ referta eſſet apibus, Sauli filius exſecratione paterna non audita, fauum mellis auulſum comederet. Quumq; deinceps rem, uti geſta fuiſſet, intellexiſſet: malè factum à patre dicebat, qui hac deuotione milites obſtrinxiſſet. Sic enim comparatũ eſſe, ut animo quis fortißimo inuadat aduerſarium, ubi cibum nactus ſemet aliquantulum recrearit. Saulus uictoria potitus, quum rem ſacram Deo feciſſet, iterum pontifici mandat, ut Deũ conſuleret, num feliciter hoſtium caſtra inuaſuri eſſent, & cladem eis illaturi. Reſpondente pontifice, diuinum oraculum ſilere: Non hoc, ait Saulus, abſq; certa cauſſa fit, ſed neceſſe eſt aliquod occultum eſſe delictum noſtrum, cuius gratia nobis Deus haud reſpondeat. Equidem ſacramento confirmo, me ſi uel Ionathan filius meus huius peccati ſit auctor, omnino eum interfecturum, atq; hac ratione Deum placaturum. Hoc modo factum, ut ſors ducta in Ionathanem caderet. Quumq; filium pater interrogaret, quid facinoris deſignaſſet, quáue re in Deum deliquiſſet: nullius ille ſe conſcium ſibi eſſe facti reſpondet, quàm quòd heſterno die mel deguſtaſſet, ignarus eius exſecrationis, qua populum pater obſtrinxiſſet. Hoc audito Saulus eum ſe necaturum iurat, quumq; nihil aduerſante filio, prorſus iuramento ſatisfacturus eſſet: miſeratus Ionathanis populus, eum de Sauli manu liberat, Deumq; ſupplicando placat. Et hæc quidem in hunc modum

narrata

Ayuntamiento de Madrid

narrata ſunto. Quum autem Saulus præcepiſſe ſibi Deum diceret, ut quando Amalechitæ in deſerto Iſraelicos miſerè tractaſſent, ex Aegypto id tẽporis migrantes, ipſe bello ſceleratos homines puniret, ac omnino eorum nemini parceret: obtemperans mandato diuino, uincit eos acie, regemq́; Agagum captiuum abducit. Verùm pulcritudinem eius, proceritatemq́; corporis admiratus, quemadmodum & Ioſepus memoriæ prodidit: hominem dignũ iudicat, cuius ſaluti uitæq́; parcatur. Simul de ſpolijs Amalechitarum Deo uictimas offert. Tum uerò Deus his uerbis Samuelem compellare: Pœnitet me Sauli regis Iſraelitarum creati. Quapropter hominem indignum eſſe ſtatuit, qui cum imperio Iſraelitis præſit. Ea de cauſſa uiciſſim Samuelus ita Saulum alloqui: Quandoquidem Agagum conſeruaſti, geſſiſti te dementer, non præſtando edicto, quo te Dominus obſtrinxit. Iccirco regnum penes te non manebit, ſed hominem deliget Deus, animo ſuo gratum, qui populo ſuo cum poteſtate præſit. Addidit & alia uerba, quum Saulus ſacrificium ſuum offerret: Deo non tam placent hoſtiæ ac ſacrificia, quàm ſi quis eius mandato ſit obtemperans. Certè Dominus abrupit à te hodie regnum Iſraelitarum, idq́; alteri te meliori tradet. Hinc etiam factum, ut quum magnopere Sauli cauſſa uates hic ſollicitus eſſet, Dominus diceret: Deſine lugere Saulum, acceptoq́; oleo ſacro Bethlehemam ad Ieſſæum proficiſcere, deq́; filijs eius unum in regem ungito. Quapropter eò Samuelus ſe confert, omnibusq́; ceteris Ieſſæi filijs reiectis, ut in quibus oleum ſacrum non emanaret: tamdem natu minimus omnium Dauides ungitur. Ea de cauſſa deinceps ille ſpiritum apud ſe ſanctum habebat, quum è diuerſo malus ſpiritus Saulum inuaderet.

Dauides in regem ungitur.



Ayuntamiento de Madrid

ret. Quoties autem ille Saulum corriperet, aiebant medici, quemadmodum Ioſepus narrat, fieri aliter non poſſe, ut malum iſtud conſopiretur, quàm alicuius opera, qui fidibus caneret. Itaq; facta perueſtigatione, num quis alicubi peritus eius artis eſſet: Dauides adducitur, quem Saulus armigerum ſuum creat, & honorato loco penes ſe retinet. Sic Ioſepus rem geſtam commemorat. Ac uerum quidem eſt, malum iſtum genium, qui Saulum uexabat, Dauidis cithara ſedatum fuiſſe: ſed ita factum hoc ſtatuatur, quòd ea nimirum à ſpiritu ſancto pulſata fuerit. Illo namq; carmen accinente, malus genius uel inuitè conquieſcebat. Secundum hæc Palæſtini expeditionem aduerſus Iudæos ſuſcipiunt, deq; caſtris illorum uir quidam prodit, nomine Goliathus, ingentis magnitudinis. Erat enim ſex cubitorum & unius ſpithamæ, indutus æream loricam, quinq; millia ſiclorum pendentem, cuius magnitudini & ponderi arma quoque cetera reſpondebant. Hic ergo uocem immanem tollit, deq; caſtris Iſraelicorum aliquem ad ſingulare certamen prouocat. Omnibus autem perterritis, Dauides ad Saulum introducitur: qui regem conſolatus, eoq; uix perſuaſo, quòd parum in Dauide, ſi reſpiceretur ipſius ætas, fiduciæ ponendum exiſtimaret, Goliathũ aggreditur, hominemq; fundæ iactu interficit. Quum autem ex eo tempore mulieres in carmine quodam canerent, Saulum quidem mille Palæſtinos fudiſſe, Dauidem uerò decem millia: regno ſuo metuere Saulus incipit, et ab eo die ſuſpectum Dauidem habẽs, non parum inuidiæ aduerſus eum alit. Quapropter ad expeditiones hominem ablegat, ut aliquo pacto in prælijs necaretur. Ille uerò, qui Deum ſcilicet præſentem haberet, ubiq; rem præclarè gerit: quo factum eſt, ut ipſa quoque

Sauli

Ayuntamiento de Madrid

Sauli filia uirgo ſingulari eum amore complecteretur. Quare Saulo patefacta, oblatam ad ſtruendum inſidias occaſionem minimè negligit, uti Ioſepus commemorat, ſignificari iubens ipſi, ſe filiam ſuam ei collocaturum in matrimonium, ſi mille hoſtium capita regi referret. Atq; hæc ita facta ſunt: Micholem uxorem accipit. Verùm indignè ferens Saulus quod accidiſſet, maiori æſtuat inuidia, quaſi iam regno ſuo metuens. Quamobrem interficiendum deinceps hominem ſtatuit, ſimul conſilium ſuum Ionathani filio, miniſtriſq; fidiſsimis aperit. At filius ad Dauidem paternum conſilium enuntiat, eiuſq; cauſſa patrem alloquitur. Ille ſemel, bis, multoties Dauidem perſequitur: qui tali rerum ſuarum ſtatu Abiatharum pontificem accedit, & panibus propoſitionis ueſcitur. Hinc ad Abimelechum fuga ſe confert, ubi morbo teneri epileptico iudicabatur. Interim Dauides Saulum ſemel atq; iterum repertum necare quum facili momento poſſet, nequaquam tamen id facere uoluit, Deo nimirum permittens, quidquid de ipſo futurum eſſet. Rurſum Palæſtini copias ſuas aduerſum Iudæos educunt, ideoq; ſuos etiam auxiliares Achis rex conuocat. Tum Saulus quoq; cum ſuis ad montem Gelboem contendit. Quumq; maximas in alienigenarum caſtris eſſe copias conſpexiſſet, perturbatus eſt, animiq; graui terrore correptus. Eam ob rem Dominum per Ephodum conſuluit, qui nihil ei reſpondet. Quippe ni bona eſſent apud Deum Iſraelitæ in gratia, non exaudiebat eos. Igitur fœminam inquirit, quæ oracula per uentrem redderet: quamquam antea, quum adhuc in Deum ſe religioſè gereret, totam huiuſmodi mulierum nationẽ è republica ſua expulerat. Vocantur autem huiuſmodi fœminæ uentriloquæ propterea, quòd genium in uentre deliteſcentem habeant,

ἐγγαστρίμυθοι quæ dicantur.



Ayuntamiento de Madrid

beant, qui de futuris reſpondeat & uaticinetur. Vix Saulus, quod poſcebat, à muliercula tamdē impetrat, quæ animā Samueli ex orco producit, ut Ioſepus memoriæ prodidit: quamquā peritiſſimus ille rerū diuinarū Theodoritus orationē huiuſmodi uocat impiā & irreligioſam. Non enim perſuaderi ſibi patitur, uel uilis alicuius hominis mortui animā ex orco reduci poſſe: nedū talis ac tanti uatis. Alij negantes hanc orationē impiam eſſe, uelut impoſtorē uulgi dæmonē quemdā mulierculæ uaticinatrici renūciaſſe, quid Saulo euenturū eſſet. At Theodoritus neq; primū illud admittit, impiū eſſe pronuntiās: neq; item alterū. Nā ſi genius malus fuiſſet, qui apparuit: uerum ſanè nō protuliſſet. Quamobrē ſtatuit, Deū ipſum repræſentata Samueli ſpecie, pro arbitratu ſuo, uerba iſtæc effatū eſſe. Nam alicubi per uatē quēdam dixit: Quòd ſi falſum uatē acceſſeritis, ego Dominus per ipſum reſpondebo. Sic opera Balaami populo fauſta imprecatus eſt, perq; uatē improbū, quæ futura eſſent, indicauit. Reſpondit heic quoq; prædictioni euentus: Palæſtini Hebræos inuadūt: Saulus cū filijs occumbit: quūq; multis uulneribus adfectus eſſet, nec amplius imperare animo ſuo poſſet: ſuorū cuidam mandat, ut ſe ſtricto gladio tranſadigat, ne hoſtium in poteſtatem ueniret. Sed eo recuſante, gladium cepit, eiq; incubuit. Quumq; ne ſic quidē adimere ſibi uitam poſſet, Amalechitarū quemdam exorat, qui finē ei uiuendi attulit. Tum Palæſtini ſpoliatis hoſtibus, in Saulum eiuſq; filios incidunt: quumq; capita ipſorum reſecuiſſent, ea per omnem ditionē ſuam circumferebāt, corporibus extra muros ſuſpenſis, ut Ioſepus narrat. Hoc modo uitam Saulus finijt propterea, quòd in exſcindendis Amalechitis Deo non paruiſſet, & ſacerdotum nationem deleuiſſet. Nam Doegi Syri opera ſacerdo-

An Samueli anima ſit excitata.

Theodoriti ſententia.

Sauli exitus.

tes

Ayuntamiento de Madrid

tes ad trecentos quinquaginta, qui Ephodũ geſtarẽt, interfecerat. Regnũ apud Iſraelicos obtinuit annos XL, humeris Iſraelitas omnes ſupereminens. Quippe Deus Hebræis gratificari uolens, eiuſmodi uirũ elegerat, qui eis cum imperio præeſſet: quòd illi bellicæ fortitudinis aduerſus hoſtes cauſſa, non pietatis, regem dari ſibi petijſſent: quo factum, ut eis maximum omnium præficeret, quando ſic à natura comparati ſumus, ut non uirtutem animi, ſed proceritatẽ corporis admiremur. Poſt Sauli mortẽ, filius eius Memphiboſetus regnũ apud Iſraelicos occupat, Dauide Iudæorũ nationis imperio cõtento. Nam à Samuelo prius apud hos regno inunctus fuerat. Deinde Richabus & Baneas Memphiboſeto clàm interfecto, ad Dauidẽ ſe contulerunt, quaſi præclarã eius cædis patratæ cauſſa laudẽ apud illũ inuenturi. Dauides uerò utrũq; ſupplicio mortis adfecit, quemadmodũ & antè puniuerat Amalechitã illũ, per quẽ Saulus occiſus fuerat. Poſt id tẽporis Dauides uniuerſæ natiõis rex declaratur. Sauli quidẽ filiã uxorẽ accepit, aliter tamẽ, q̃ Ioſepus exponat: uidelicet præmij loco, quũ Goliathũ fundæ iactu necaſſet, quẽadmodũ inter ipſos conuenerat. Poſteaq̃ uerò Dauides rex deſignatus eſt, Hieroſolyma cũ copijs inuadit, & eiectis incolis opidi Iebuſæis, regiã ſuã Hieroſolymis cõſtituit. Primus quidẽ certè Iebuſæis inde pulſis, ut Ioſepus narrat, de ſuo nomine urbẽ Dauidicã appellauit. Nã Abrahami ætate Solyma nũcupabatur. Secũdũ hæc fortè cõſpecta Berſabea, quæ ſe domi ſuæ abluebat, eius amore captus eſt: quũq; in amplexus mulieris ueniſſet, pcurat ut maritus eius Vrias in prælio quodã occũberet. Nõ longo tẽpore interiecto, à Nathane uate facinoris illius arguitur. Sequuta eſt ipſius fuga, ppter Abeſalomi filij rebellionẽ: qua qdẽ in fuga, cõcubinas ſuas decẽ

Dauidis regnum.



Ayuntamiento de Madrid

relinquit, quæ domum cuſtodirent. Cauſſa uerò, quamob- rem Abeſalomus hoc parricidium moliretur, hæc fuit. Habebat filiam Dauides elegantiſſima forma præditam, quæ eadem cum Abeſalomo nata matre fuerat. Hanc quum Amnon, regiorum filiorum natu maximus, miſerè deperiret, nec libidinis explendæ rationem ullam reperiret, totus contabeſcebat. Tandem morbum ſimulat, ac patrem orat, ut ſororem adeſſe ſibi uelit, in eo morbo miniſtrandi cauſſa. impetrat à patre, quod uolebat: amorẽ ſuum puellæ aperit: quæ quum eius deſiderio non adſentiretur, uitiũ ei per uim offert. Mox concepto in eam odio, foras uiolatam eijcit. Illa non parum ſemet adflictare, fratri Abeſalomo rem patefacere: qui temporis opportunitate obſeruata, ſuorum ad pecorum tonſuram proficiſcẽs, fratres ſuos inuitatos ſecum abducit. Hinc epulum inſtruitur, Amnonemq; factum hilariorem Abeſalomi fratris famuli ex compoſito necãt. Ex eo tempore metuẽs ſibi Abeſalomus, conſilia quædam contra patrem molitur. Ac primò quidẽ auctor ei fuit Achitophelus, ut patris concubinas iniret: deinde conſulit, ut cum exercitu Dauidem inuaderet. Verùm quũ ei propterea non obtemperaretur, quòd Chuſæi cõſiliũ melius eſſe uiſum fuiſſet, hominis Dauidi ualde familiaris, ſuſpendio uitã finit. Secundũ hæc Abeſalomus impetu maiori patrẽ perſequitur: ſed hæret tandẽ. Atq; heic mihi Dauidicũ animũ adſpice. Quamq̃ talia tãtaq; perpeſſus à parricida fuiſſet, nihilominus in hæc uerba ſuos alloqtur: Parcite iuueni Abeſalomo. Idẽ, quũ Abeſalomus arbori crinibus innexis adhæſiſſet, ſupra modum calamitatem eius deplorauit. Secundũ hæc cogitãti cũ animo ſuo Dauidi de templo in honorẽ Domini extruendo, Nathan reſpõdet: quidquid ſecum facere conſtituiſſet, id moliri Deo ſecundo per-



Ayuntamiento de Madrid

do pergeret. Ignorabat enim uates, quid futurum eſſet: quemadmodum inungendus Ieſſæi filius à Samuelo non agnoſcebatur: & Eliſſæus calamitatem Sumanitidis ignorabat. Sed noctu Deus Nathani conſpectus inquit: Abi ſignificatum famulo meo Dauidi, nõ ipſum eſſe, qui ædem Domino ſit exſtructurus. Multum enim ab eo ſanguinis eſſe fuſum. Quod quidem poſtremum ad utilitatem eorum dictum eſſe uidetur, qui cædibus ſeſe coinquinant. Nam ceteroqui minimè putandum eſt, Deum huic regi cædes iuſtas exprobrare uoluiſſe: quum perpetratam à Phineaſo cædẽ æquiſsimam, ſacrificij nomine dignetur. Hanc igitur ob cauſſam Dauides Solomoni filio ſuo tradit exemplar exſtruendi templi & ædificiorũ eius, idq; manu Domini expreſſum. Nathan certè, quum ad Dauidem à Deo fuiſſet ablegatus, oſtendit eum his rebus filio relinquendis occupatum fuiſſe. Factum, inquit, abs te præclarè, quòd huiuſmodi curam ſuſceperis de templi ſtructura: non tamen ea per te, ſed natũ ex te filium perficietur. Obſeruandum obiter, quòd tametſi Deus facinore quodam deſignato, longa utatur patientia: tamdem tamen aliquando puniat. Eius rei licet à Gabaonitis exemplũ petere. Pacti cum Gabaonitis fuerant Iſraelici, non ſe illos interemturos. At Saulus eos nihilo minus unà cum exteris nationibus reliquis excîdit. Eius facinoris pœnas Deus per illatã regnante Dauide famem exegit. Quòd niſi ſeptem Sauli filij fuiſſent interemti, ira Dei non ceſſaſſet. Hinc animaduertere licet, Dominum generis diſcrimen nullum admittere: ſed adfectos iniuria, tametſi generis diuerſi & peregrini ſint, iuſto iudicio ſuo uindicare. Quinetiã ipſe Dauides, quòd Vriam per ſcelus uiolaſſet, hominem ceteroquin alienigenam, ut qui Chettæus eſſet, impunè non tulit. Ex adulterio

Vates non omnia ſciuiſſe.

Cædes quędam iuſtæ.

Deus Gabaonitas ulciſcitur.



Ayuntamiento de Madrid

quidem conceptus inſans, primus ei natus ex Berſabea, diuinitùs morbo adfectus interijt: quippe ſi ſuperſtes manſiſſet, pio regi fuiſſet probro, & manifeſtum admiſſi facinoris indicium atq; argumentum. Quamobrem diuina de Dauide cura prouidentiaq; factum eſt, ut eiuſmodi puero uita longior non concederetur. Ceterùm in Omiſſorū primo libro ſignificatur, omnes pſalmos Dauidis eſſe. Teſtatur idem Theodoritus quoq;, primum Dauidem ordinaſſe dicens, Aſaphati & fratrum eius opera, ut hymnis Deus concelebraretur. Quum autem Dauides, eodem Theodorito auctore, annos XXX regnaſſet, LXX uixiſſet, fato functus eſt. Libet hoc loco ſuperioribus hæc quoq; de Ioſepi narrationibus adijcere. Accidit aliquādo, ut copias Dauides aduerſus Palæſtinos educeret, quumq; perſequutus eos diu fuiſſet, lōgo interuallo à ſuis omnibus eſt diuulſus. Tum quidam ex hoſtibus, gigantum poſteritate natus, eum ſolum deſertumq; uidens, ac præ labore uiribus deſtitutum, interficere feſtinabat: ac factum id ſanè fuiſſet, ni Abiſæus Ioabi frater mox adfuiſſet, hoſtemq; peremiſſet, ac Dauidem ſaluum ſuis reſtituiſſet. Qua de cauſſa populus uniuerſus eum iureiurando adſtrinxit, quo ſe deinceps cum ceteris in prælia non profecturum polliceretur. Rurſum Palæſtini caſtra caſtris Hebræorum oppoſuerant, habebantq; ſecum hominem proceritate ſex cubitorum, cui eſſent in utraq; planta pedis & utraq; manu digiti plures, quàm naturæ conueniret. Erat enim & ipſe de gigantum poſteris oriundus. Hunc, duello congreſſus, Ionathan Subæus quidam interficit, eoq; pacto uictoriæ ſuis auctor exſtitit. Ab eo tēpore Palæſtini bello Hebræos adoriri deſierunt, qua occaſione Dauides otium à negotijs nactus, hymnis Deū laudare cepit, odasq; ſacras contexere. Sciendum

Cur primus ex Berſabea filius Dauidi mortuus.

Narrationes de Dauide peculiares.

Abiſæus Dauidem ſeruat.

Vltimum contra Palæſtinos prælium.

Occaſio pangendi pſalmos.

dum eſt autẽ, habuiſſe quidẽ milites Dauidem complures inuicti roboris: uerùm quinq; omnino eximios. Horum in numero fuit unus, qui ſexcentos hoſtes uno die interemit. Item alius, qui aduerſus hoſtes proſiliens, cædendi finem prius nõ fecit, quàm nongentos occidiſſet. Tãta itidẽ præditi erant audacia, ut tres eorũ Bethlehemum pergerẽt, ac Dauidi tum Hieroſolymis degenti aquã adferrẽt, profecti eò, uiciſſimq; reuerſi per medios Palæſtinos, extra opidum in caſtris conſidentes, nec propter inſignẽ hanc audaciam ſe ipſis obijcere auſos. Atq; hanc aquã bibere Dauides noluit, ſed militum uirtutẽ admiratus, eã Deo libauit. Secundum hæc deſignatus à Dauide Solomo, conſedit in throno Domini ad obtinendũ regnum: hoc eſt, in ſolium Dauidi à Domino tributũ. In Omiſſorũ primo libro perſcriptũ legimus, Samuelũ, Nathanẽ, Gademq; uates cõmentarijs res à Dauide geſtas complexos eſſe. Sciendũ eumdẽ fuiſſe Orniam et Adoniã, ut qui duplex nomẽ habuerit. Hic quũ ad conuiuiũ inuitaſſet Ioabum & Abiatharem, de occupãdo regno ſollicitè cogitabat. Tũ Nathan uates horũ conſilia Berſabeæ aperit: (norat enim Dei mentẽ atq; inſtitutum) Berſabea rẽ ad Dauidẽ defert. Dauides, qui per ſe Ioabum adfici ſupplicio nollet, quòd is multos labores ipſius cauſſa pertuliſſet: Solomoni filio cõſulit, ut eum interficiat, ne iuuentutẽ ipſius flocci faceret. Idẽ ei dat cõſilij de Semeio, planè ſeditioſo homine: quẽ tamẽ ipſe tulerat, licet multis ab eo fuiſſet aliquoties iniurijs adfectus. Secundũ hæc regno potitur Solomo, & fratrẽ ſuũ Orniam interficit. Idẽ Ioabo accidit, quamquã is ad arã Dei pfugiſſet. Lex enim diuina homicidã, q ad tẽplũ fugiſſet, interfici iubet. Hinc Solomo quum mille aliquando uictimas immolaſſet, Deo ſupplicat, & ſapientiã prudentiãq; ſibi ut largiatur, orat.

Quinq; milites eximij Dauides.

Regnũ Solomonis.

Nam

Ayuntamiento de Madrid

Nam Deus ipſe per ſomnum ei ſe obtulerat, & aliquid ab ſe uti poſtularet iuſſerat. Ille uerò reſpondens: Tu me, inquit, in patris mei Dauidis locum ſuffeciſti, famulū tuum. Ego uerò puer adhuc ſum admodum, & per ætatem res necdum adminiſtrare poſſum. Quamobrem famulo tuo da mentem docilem ad regendum populum tuum, utq; ius ei dicere ex ipſa æquitate poßim. Tum Deus: Quādo, ait, tu iſtud petiiſti, non longam ætatem, non diuitias, non hoſtium tuorum necem, ſed prudentiam ad diſcernenda iura poſtulaſti: ſcito me tibi quod in uotis erat conceßiſſe. En tantam mentis prudentiam atq; ſapientiam tibi largior, ut tibi par inter reges nemo neq; ante te fuerit, neq; poſt te ſit futurus. Quòd ſi traditam à me uitæ rationem patris tui Dauidis exemplo ſequutus fueris, etiam tibi ætatē producam. Secundum hæc fanū exſtruit, atq; Deum precatur, ut apertis ac uigilantibus oculis diuinam hāc ædem reſpiciat, & homines in ea ſupplicantes exaudiat. Tum altera uice Deus ei perinde ſe obtulit, atq; apud Gabaonem factū fuerat, & hæc effatus eſt uerba: Ego tuas ad me preces & ſupplicationem exaudiui, & iſtam à te conſtructam ædem conſecraui. Tam oculos ibi, quàm mentem ſemper habebo. Quòd ſi à me deſciueritis, Iſraelicos ego de hac terra exſtirpabo: & hoc templum, quod nomini meo conſecraui, à conſpectu meo repudiabo. Eodem Solomone preces concipiente, ignis de cælo lapſus eſt, & hoſtias oblatas abſumſit. De quo licet animaduertas, quanta Solomonis initio pietas & religio fuerit: quando impetrare potuit, ut in uictimas ipſius ignis è cælo delaberetur. Templum autem de lapidibus exſtruxit aſcia nulla politis. Nam diuina prouidentia factum eſt, ut ſic per ſe nati reperirentur: nullo ut ferro, quemadmodum Theodoritus memoriæ prodidit, ad

dit, ad

Ayuntamiento de Madrid

ilit, ad eos inter ſe compingendos & concinnandos opus eſſet. At uerò templi munimentum exterius è cæſis lapidibus ædificauit, ibiq; lapicidarum neceſſaria erat opera. Templi longitudo fuit ſexaginta cubitorum, latitudo uiginti. In eiuſdem circuitu paßim ædiculæ quædam ad Leuitarum uſus adſtructæ ſunt, & ut uaſa ſacra in eis reponerentur. Nã hoc ſacrarium ſolis à ſacerdotibus adiri fas erat. Altitudo fani cubitorum erat CXX. Et quidem fanum hoc uniuerſum auro integebatur. Omnia uerò iſtæc in templo conſtruenda ſpiritus ſanctus per gratiam ſuam Dauidi demonſtrauit, Dauides rurſum Solomoni filio: qui diuinam hãc ædem anno ab Iſraelicorum ex Aegypto migratione CCCXXX ædificauit. Tot autem interceſſerunt anni, ut tamdẽ pertæſi obuagationum illarũ quoſuis in montes, locũ unicum, uidelicet Hieroſolyma, diligerẽt. Ceterùm quæ in hoc ueteri fano fuerũt, diuiſo tres in partes, nimirum in locũ ubi laici conſiſterẽt, & ubi uerſarentur ſacerdotes ac Leuitæ, qui locus peculiare Sacrarij nomen habebat, in Adyta deniq;, Sacrarium ſanctißimũ nuncupata, quæ adire nemini præter ſummum pontificem fas erat, ac ne illi quidẽ aliter quàm ſemel in annos ſingulos, nec ſine ſanguine: hæc igitur etiã licet in cælis depræhendere. Nã in cælo nobis proximo, nimirũ in aere, ſunt animalia quæuis promiſcuè: in altero, quod intra firmamentum adſpectabile cõtinetur, ut Anaſtaſius ille Sinaites ait, cæleſtes illæ poteſtates degunt, ac fortaßis etiã ſanctorum hominũ animæ: ultra uerò illud alterũ & inadſpectabile cælum, nemo peruenit umquã, præter uerum illũ Chriſtũ. Et quidẽ fanum illud terreſtre conditũ fuiſſe ad imaginem rerũ cæleſtium, etiã maximus ille Paulus noſter hiſce uerbis ſignificauit: Non in manufactum ſacrarium Chriſtus ingreſſus

Templum uetus imago cæli fuit.

Ayuntamiento de Madrid

ingreſſus eſt, quod ueri ſacrarij foret exẽplar: ſed in ipſum cælum, ut nunc Deo coràm pro nobis appareat. Atq; heic ſi diligenter animum aduertas, uidebis ornamenta fani ſub oculos cadentia quaſi quaſdã expreſſas imagines eſſe pulcritudinis illius inadſpectabilis. Senſiles quidem ſuffituum fragrantiæ repræſentant nobis halitum & ſuffitum illum intellectilem. Facta de terreſtri materie lumina ſunt imagines lucis illius cæleſtis & materiei prorſus expertis. Nimirum per haſce res materie conſtantes ac terrenas, ad contemplationem illam ineffabilem, quemadmodum & magno illi Dionyſio uidetur, quaſi manu ducimur. Vt autem ad Solomonem reuertamur, ſuperaſſe illum omnes omnibus rebus, ſacris ex litteris cognoſcas licet. Tantum, inquiunt, diuitijs & ſapientia cunctos Aegypti reges excelluit Solomo, ut omnes orbis terrarum reges cõſpectum eius requirerẽt, audiendæ ſapientiæ cauſſa; qua longè amplißima præditus, quoſuis ſapientes Aegyptios poſt ſe relinquebat. Idem Solomo quum diuinitus ſapientiam tantam nactus fuiſſet, ſentẽtiarum tria millia protulit, & odarum quinq; millia de omnibus è terra naſcentibus, & cunctis animalibus compoſuit. Hoc enim indicare uolens auctor hiſtoriæ, uerbis huiuſmodi uſus eſt: Diſſeruit de arboribus, à cedro Libani, uſque ad hyſopum, in parietinis qui naſcitur. Ex his libris Solomonicis Medicorum natio multa commentandi occaſiones ſumſit. Nam quæcumque in terra, in mari, in aere exiſtunt, Solomoni ad philoſophandum materiem ſuppeditarunt. Nonnulla tamen Solomonis præſeferentia fuiſſe ab Ezecia concremata, doctißimus ille, plurimarumq; rerum cognitione præditus Euſebius memoriæ prodidit. Idem hic Ezecias in Dauidicis etiam pſalmis præſtitit. Nam quum in captiuitatibus

Medici à Solomone multa didicerunt.

Libri Solomonis quidam exuſti.

illi

*illi amiſsi forent*, *Eſdras quidam, uir ad ſummum Hebraicæ linguæ peritus, trecentos, immò plures collectos recenſuit. Verùm Ezecias compluribus ex hiſce pſalmis planè reiectis, ut qui citra controuerſiam Dauidis appellari nequirēt, ſolos CL reliquos ſuffragio ſuo approbauit, quēadmodum Pſellus ille doctiſsimus ſcripſit. Præterea Solomo de gemmis quoq; diſſeruit, earumq; natura: non tantùm quo illæ pacto colores hos uel illos accipiant, uel gignantur & coaleſcant: uerumetiam quis uniuſcuiuſq; ſit uſus. Aliam enim pudicitiæ cuſtodem eſſe pronuntiauit: aliam ſulfureis inflammationibus reſiſtere: aliā malos genios abigere. Quinetiam librū de genijs cōpoſuit, quo nimirum pacto è ſublimi deducātur, & qualibus formis appareant. Eorundē naturas atq; proprietates cōplexus eſt, tum quo pacto uinculis adſtringātur, et certis locis adſueti abigātur. Hinc factū, ut operas quaſdā geſtandorū onerum eis imponeret. Nam & materiem (ceu perhibēt) eos cædere cogebat, & humeris onera portare. Idem hominū uiſcera exhulcerata uel carminibus, uel herbis adhibitis ſanabat. Verùm diuinus homo Ezecias, qui ſe totum Deo conſecraſſet ac mancipaſſet, eiusq; ad prouidentiā cuncta referret, parui ea fecit, quæ ſupra naturā Solomo philoſophatus eſſet. Hæc autē à Pſello tradita ueritati cōſentanea eſſe, Ioſepus quoq; uerbis hiſce teſtatur: Etiā carmina quædā aduerſus genios, et eorumdē adiurationes excogitauit: quibus, inquit, memini Iudæū quemdam Eleazarum utentem, anulum naribus hominis agitati malo à genio ſic admouiſſe, quemadmodū indicauit Solomo: quem quum genius olfeciſſet, cōtinuò ex eo migrauit. Et migrationem hanc fieri, de uaſe quodam, aqua repleto, perſpicuè animaduerti poterat. Nam aqua genio exeunte turbabatur.*

Eſdras.

Pſalmorum repurgatio.

De gemmis libri Solomonis.

Eiuſdem liber de genijs.

Quo pacto genijs imperauerit.

Ezeciæ pietas.

Ioſepi de magicis Solomonis locus.

Genius ex præſcripto Solomonis expulſus.



Ayuntamiento de Madrid

Atq; hæc omnia de Solomone commemorata, confirmat ipſemet in eo libro, qui Sapientia Solomonis appellatur, his ipſis uerbis: Deus mihi dedit rerum cognitionẽ uerisſimam, ut mundi compagem perſpectam habeam, ſiderumq; ſitus, & naturas animantium, & ſtirpium differentias, & radicum uires, & abditorũ cognitionem. Quibus ſanè uerbis oſtenditur, omnia de Solomone prodita fidem mereri. Ceterùm Sabæi natio ſunt Aethiopica. Eorum regina fuit admiranda illa Sibylla: quippe quæ quum legem ignoraret, nec uates audiſſet, per Solomonem ſapientiæ ſubminiſtratorem Deum prædicauit. Celebretur, ait, Dominus Deus ille tuus, qui tibi ſic fauerit, ut te Iſraelicorum ſolio imponeret. Hæc inter alia, quibus Solomonem tentauit, etiam huiuſmodi quiddam excogitauit. Formoſos aliquot pueros, tam mares quàm femellas, uniuſmodi ueſtitu & eadem tonſura quum exornaſſet: Solomoni eos exhibuit, utriuſq; ſexus diſcrimen in his ut indicaret, poſtulans. Tum ille iuſſis pueris facies ſuas abluere, naturam in utriſque ſuam depræhendit: quum mares quidem uiriliter uultus ſuos fricarent, feminæ uerò molliter ac delicatè. Illa uerò obſtupeſcens, inquit: Maiora uidi, quàm auditu acceperim. Simul ei largita CXX auri talenta, cum aromatibus, gemmis, & opobalſami radice, unde Palæſtina deinceps hoc germen, Ioſepo teſte, habuit: ad ſuos eſt reuerſa. Talentum uerò libras CXXV continet. De quo colligi poteſt, eum à regina centenarios auri noſtros centum accepiſſe. Neque uerò tantùm Solomo præſtabat his rebus, uerumetiam quamdiu religioſus in Deum erat, omnes ab Euphrate ad Nilum uſque nationes tributarias habebat. Sed ab eo tempore ſuis inimicis malè uiuendo talem ſe præbuit, ut eis reſiſtere non poſſet.

Aethiopum regina.

Quid talentum.

Ayuntamiento de Madrid

poſſet. Nimirum ab initio admirationi mortalibus erat, quum Prouerbia litteris mandabat, & exſtruebat fanum, ſicut eximius ille Cyrillus ait, eodem ſcilicet tempore, quo Homerus Troianorum calamitates ſuis exponebat tragicè uerſibus, annis ab urbe Troiana capta CLX: uerùm deinceps ita ſe geſſit, ut in ſummam impietatē prolaberetur. Licet id colligas ex huiuſmodi uerbis, quæ ſacris in litteris exſtant: Deflexa mens Solomonis eſt per exteras uxores ad alienos deos. Quinetiam illuſtrius intelligi poteſt ex Achiæ uatis ad famulum Solomonis Ieroboamū oratione, Solomonem deaſtris religióſo cultu honorem exhibuiſſe. Sunt enim hæc ipſius uerba: Significat hæc tibi Dominus. Ego Solomoni regnum de manu extorquebo, & tibi decem ſcipiones dabo. Vnum illi ſcipionem relinquam, propter Dauidem famulum meū, & propter Hieroſolymam urbem meam: quandoquidem ille, relicto me, Aſtarten Sidoniorum piaculum, & Chamoſum Moabitarum deaſtrum, & Melchomum Ammonitarum offendiculum coluit. Aſtarten ſunt qui Luciferum eſſe tradunt; eandem ſcilicet Deam cum Venere. Piaculum & offendiculū appellant litteræ ſacræ deaſtros ac ſimulacra. Quinetiam Deus ipſe Solomonem uerbis hiſce compellat: Quoniam tu commiſiſti, ut præcepto meo non obtemperares, & mandata mea tibi præſcripta non ſeruares: eripiam ego tibi de manu tua regnum tuū, idq; ſeruo tuo dabo. Nimirum hoc dicere uult: Quia debitum mihi creatori honorem gloriamq; creaturæ ſeruæ detuliſti: ego quoq; gloriam maieſtatemq; tuam ad ſeruum tuum transferā. Quibus ſanè uerbis elatus Ieroboamus, populum à Solomone cœpit abducere: quo ille cognito, quo pacto Ieroboamum compræhenderet, cogitabat. Verùm is fuga in Aegyptum

Homerus Solomonis coætaneus.

Aſtarte eadē cum Venere.



Ayuntamiento de Madrid

euaſit, ibiq; Solomonis exitum exſpectauit: qui de ſacrarum quidem litterarum auctoritate regnauit annos XL, ſed iuxta Ioſepum LXXX. Idem tradit Solomonē mortuum eſſe, quum natus eſſet annos XCIV. Narrant etiā litteræ ſacræ, Solomonem mulierum amori fuiſſe deditū, & uxores exteras cōplures duxiſſe, nimirum filiam Pharaonis, Moabitides aliquot, & Ammanitides, & Syras, et Idumæas, & Chettæas, et Amorræas: ita ut principes uxores IↃCC, concubinas CCC habuerit. Ex eo tempore ſublimibus in locis delubra ſimulacrorum cunctis uxoribus ſuis exſtruxit. Vnde ſumſit occaſionem deſertor ille fidei Iulianus, ut diceret, Chriſtianos Solomonem minimè debere ſapientem appellare. Nam hoc eius uerbum Cyrillus memoriæ prodidit. Quòd ſi omnino, inquit, ſapientē fuiſſe perſuaſi eſtis: nolite putare, deceptū à muliere fuiſſe, ſed potius exiſtimate certo iudicio, & auctoritate illius Dei fretum, qui ei ſemet uidendū obtulerat, Dijs peregrinis ſeruijſſe. Quibus uerbis Cyrillus reſpondens, huiuſmodi quædam ſubijcit: Nos Solomonem propter ea, quæ ſcripſit, & dicere ſapientē, & reipſa ſtatuere poſſumus. Eūdem colendis deaſtris haud dubiè deliquiſſe, nemo certè negarit. Qua de cauſſa nec inter ſacros eū uates, nec inter apoſtolos numeramus. Vel potius ita ſtatuimus, in iuuentute ſtudioſiſſimū fuiſſe, ut quæ ad Dei gloriā pertinerēt, efficeret: in ſenecta uerò Satanam ei per mulieres inſidias ſtruxiſſe. Quibus ſanè poſtremis Cyrilli uerbis etiā hoc Ioſepi teſtimoniū conſentit. Nequaquā, ait, talis in ſenecta Solomo fuit, qualē in iuuētute ſe geſſerat. Nam ætate iam prouectiore, quū eius ratio paullatim debilitaretur in retinenda diuinorū mandatorū memoria: Deū ſuum nō magnifecit, & exteras ad mulieres nō ſolū deflexit: uerūetiā

Iuliani Imp. calumnia.

Cyrilli ad Iulianum reſponſio.

Dijs

Ayuntamiento de Madrid

Dijs earũ ſacra fecit. Quinetiã antea deliquit in legis edi-
cta, quũ aheneorũ boũ ſimulacra, leonumq; circa ſoliũ ſu-
um fingeret: quantũuis ei bis Deus in ſomno apparuiſſet.
Quã ob cauſſã Deus Aderẽ Idumæũ aduerſus eum cõcita
uit. Solomonis aũt ſolium iſtud eboreũ erat, et gradus ſex
habebat, in quorũ graduũ quolibet utrinq; leones ſtabãt,
& præter hos uituli quoq; ſimulacrũ habebat. Quæ ha-
ctenus indicata ſi uera ſunt, caueto dilecte fili, ne cui fidẽ
habeas, qui Solomonẽ in ſenectute pœnitẽtia ductũ fuiſſe
dixerit. Nam ſi hoc accidiſſet, omnino inter ſacros uates
referretur: nec uir ille diuinus Cyrillus eum de uatum nu-
mero excluderet. Poſt Solomonem Roboamus eius filius Roboãmi re
imperio potitus eſt, quo regnante populus duas in par- gnum.
tes ſe diſiunxit: quòd Roboamus eos nimium à Solomone
grauatos ſeruitutis iugo, tractare mitius nollet. Tum duæ
tantùm tribus, nimirum Iudaica & Beniaminea, reliquæ
ipſi manſerũt, ceteris decem tribubus Hieroboami Sama- Ieroboami
riæ degentis imperio ſe ſubijcientibus. Is metu Solomonis regnum.
in Aegypto prius uixerat, uerũ eo rebus humanis exemto
ſe Samariã contulerat. Subiectus illius regno populus Iſ-
raëlici & Ephræmi appellationem habebat propterea, ꝙ
ab Ephræmo Ioſepi F. generis originẽ Ieroboamus trahe-
ret. Eũ populũ Salamanaſſar rex Aſſyriorũ, qui proximè
Senacheribũ anteceſſit, in captiuitatẽ abduxit: quorum in
numero fuit iuſtus ille Tobæus. Magna uerò pars illorũ à
Senacheribo eſt interfecta, quũ ille ſingulari cũ ignomi-
nia Hieroſolymis reuerteretur, tandẽ et ipſe triſti fine ui-
tam claudẽs. Quia enim cõtumelioſis in Deũ uerbis uſus
fuerat, à proprijs filijs uita ſpoliatus eſt. Ieroboamus aũt,
ne regnũ amitteret, populo Hieroſolymã proficiſcẽte fani
gratia: prim9 impietatis cuiuſdã auctor exſtitit, inuẽcaſq;



Ayuntamiento de Madrid

aureas duobus in locis conſtituit. Quo facto, Ioëlus uates & homo diuinus è Iudæa Bethelem ſe confert, deq; mandato Dei uerbis huiuſmodi utitur: O ara, ara. En Dauidis è familia quidam naſcetur, cui nomen erit Ioſias. Is ſuper te ſacerdotes excelſorum mactabit, & oſſa humana in te comburet. Quæ uerba quum pronuntiaſſet, etiam manũ Ieroboami, quæ propterea prorſus emarcuerat, quia ſuſtuliſſet illam aduerſus uatem, uates ipſe ſanauit. Tum uates quidam alius, qui ijs in locis degeret, hominem illum diuinum urget, ut ſecum ueſceretur: quamquam Ioëlo mandaſſet Deus, ut Bethelem proficiſceretur, nõ tamen ibi uel cibo, uel potũ ſumto reuerteretur. Itaq; quum menſæ adſiderent, Deus alteri uati præcepit, ut diuinum hominem Ioëlum uerbis huiuſmodi compellaret: Quandoquidem in opidum te contuliſti, & cibo potuq; te recreaſti hoc in loco: corpus tuum ſepulcro maiorum tuorum non inferetur. Itaq; deinceps factum eſt, ut ad ſuos reuertẽs in itinere à leone perimeretur. Ac interfecit ille quidem uatem, ſed ulterius progredi non eſt auſus. Quippe corpus uatis ſupplicio propter inobœdientiam adfectum, quod ſupplicium erat ipſa necatio, deinceps immune factum, à leone deuorari non poterat. Ceterùm uatem hunc alterum Ioſepus tradit fuiſſe talem, qui falſò nomen hoc mentiretur, et improbus eſſet, ac Ieroboami regis impoſtor: uerũ Theodoritus eum in uerorum uatum numerum refert, atq; idipſum ut probet, litterarum ſacrarum auctoritatem allegat, in quibus memoriæ proditum ſit, uatis illius ſenis, qui habitauerit Bethele, oſſa cum oſsibus diuini hominis, è Iudæa profecti, & omnia proloquuti, quæ Ioſias deinceps exſequutus eſt, ſepulta fuiſſe. Itidem diuinum hunc hominem Ioſepus quidem Iadonem appellat, Omiſſorum uerò

liber

Ayuntamiento de Madrid

liber docet, ei nomen Ioëli fuiſſe. Secundum hæc prædicāt litteræ ſacræ regis Aſæ pietatem, quam ab initio declarauerit. Rectè, inquiunt, ſe geßit Aſa erga Dominum Deum ſuum. Quo factum, ut finitimos omnes imperio ſuo ſubijceret. Quinetiam triumphali feſto inſtituto, cunctos ſacramento deuinxit, ſe à præſcripta in lege diſciplina, uiuendiq; ratione non diſceſſuros. Præterea matrem ſuam, quæ Aſtartæ cultum probaret, regno abdicauit. Non tamen in omnibus perfectum ſeſe geßit. Nec enim ſacella editorum ſuſtulit, ac deinceps Baſa Iſraelicorum rege cum exercitu aduerſus ipſum profecto, auxilium opemq; Dei non implorauit: ſed Syriæ regem arceßijt. Iccirco per Ananem uatem Deus ipſius diffidentiam huiuſmodi uerbis obiurgauit: Quoniam Syriæ regi, non Domino Deo tuo innixus es, propterea manus tuas Iſraelici regis exercitus euaſit. Tum Aſa nequaquam deplorato delicto ſuo, quemadmodum facere debuerat, etiam fatidicum in carcerem coniecit. Deinde morbo correptus, non ad opem Domini confugit: ſed ad medicos: quorum appellatione fortaßis uenefici & excantores ueniunt. Laudant & litteræ ſacræ Ioſaphatum, ut qui uirtutem exemplo Dauidis, unius ex maioribus ſuis, unicè dilexerit. Nam quod in eis perſcriptū legimus, Elatum eſt cor eius: id uerò non ad uituperationem ſpectat, ſed ad laudem atq; commendationem. Subijciuntur enim huiuſmodi quædam uerba, In præſcriptis et inſtitutis à Domino. Vnum in eo repræhenditur, coniugalis uidelicet uinculi & adfinitatis coniunctio cum Achaabo inſtituta. Quippe Gotholiam Achaabi filiam ſuo filio coniugem dedit. Atq; hoc loco recitandum eſt, quod ſcripta de regibus hiſtoria memoriæ non prodidit. Qum ex acie Ioſaphatus reuerteretur, qua ſuppetias Achaabo tulerat;

Aſæ regis pietas.

Ioſaphatus rex.



Ayuntamiento de Madrid

lerat: Hieus uates, Ananis F. occurrit, ac regẽ in hunc modum compellauit: Téne, Ioſaphate rex, homini ſcelerato ferre auxilium? téne cum exoſis Domino amicitiam colere? Ergo iſtius rei Domino irato pœnas dares: ſed exſtiterunt in te laudabilia quædam, quòd lucos ſcilicet è ſolo ditioneq́; Iudaica exterminaueris. Quibus ex uerbis diſcere licet, præclara hominum facta, quæ prius ſint præſtita, delictorum ſequentium pœnas imminuere. Ioſaphatus quidem certè, quum hanc repræhenſionem benignè tuliſſet: cunctis in actionibus ſe deinceps egregiè geßit, ac iudices reipublicæ præfecit, eiſdem imperans, ut omnia de iuris & æqui præſcripto facerent. Quumq́; hoſtes ipſum inuaſiſſent, ad Deum confugit. Is hominis animo robur addidit, huiuſmodi uerbis per Iezecielum uatem editis: Nolite tantam iſtam multitudinem metuere, ſed cras ad illam egredimini. Quo facto, rex primos omnium Leuitas eduxit, nec multo pòſt ipſimet hoſtes ſe mutuis uulneribus cõciderunt. Licet autẽ ex indicijs quibuſdam colligere, quẽdam alium quoq; librũ de Ioſaphato ſcriptũ fuiſſe. Nam huiuſmodi uerba exſtant in hiſtoriæ monumentis: An nõ multæ Ioſaphati orationes & facta tum ineuntis ætatis, tũ defectæ, in libris Hiei uatis, Ananis F. perſcripta ſunt? Ceterùm præclarè diuinus ille Dauides canit, Libera me ab hominum calumnia. Nam de Nabuthæo perſcriptum legimus, fuiſſe qui uerbis huiuſmodi hominem deferrent: Nabuthæus Deo & regi bene precatus eſt, hoc eſt, maledixit. Sic enim uerbum iſtud hoc loco debet accipi, quemadmodũ & in Iobo legimus: In os profectò bene tibi precabitur. Hoc pacto delatus, uitã amiſit, Iezabele rem conſilio & aſtu ſuo procurante. Hinc factum, ut magnus ille uates Elias uerbis talibus Achaabum compellare non dubitaret:

Ayuntamiento de Madrid

bitaret: Hæc tibi Dominus denuntiat. Túne hominem occideris, & eius bona poßideas? Atenim à Domino ſic habeto. Quo in loco linxere porci & canes Nabuthæi ſanguinem, ibidem canes tuum quoq; cruorem lingent, ſeq; ſcorta tuo ſanguine abluẽt Quibus uerbis Achaabus admodum contriſtatus, nõ mox pœnas luit propterea, quòd mœrore adfectus fuiſſet. Quinetiam Deus Aderis filium, qui Samariam obſidebat, cum duobus & triginta regibus in poteſtatem ei dedit: quem ubi uita donatum, præter edictum diuinum, ſatellitibus etiam adiunctis, dimiſiſſet, iram Dei aduerſus ſe concitauit. Nam is continuò per uatem Michæam (hoc enim ipſius nomen Ioſepus memoriæ prodidit) quodam à uiatore læſum ac uulneratum in capite, uerbis huiuſmodi alloquutus eſt: Quoniam tu exitialem uirum de manu emiſiſti, tam uita illius tua uita, quàm populus populo rependetur. Poſt hæc tribus elapſis annis, ſumto ſecum Ioſaphato Iudææ rege, uates ſuos quadringentos conſulit, cenſerént ne ſibi cum exercitu pergendum aduerſus Rema Galaaditidis opidum, an expeditionem potius omittendam? Reſpondent Baalis uates, omnino pergendũ. At quũ Ioſaphatus quæreret, ecquis præterea Domini uates adeſſet? eius enim opera Dominũ eſſe conſulendũ: Eſt, inquit Achaabus, adhuc quidã uates, cui Michææ nomẽ. Sed numquã ille animo meo grata uaticinatur. Nihilo minus arceßitur, et primò quidem reſpondet, eundũ eſſe, quod Domino fauente regi feliciter res omnes ſint ſucceſſuræ. Verùm deinceps eum obteſtante per ſacramentum rege, diuinam mentẽ aperit. Tum Achaabo ad Ioſaphatum dicente, Nónne prædixi uatẽ hunc mihi nihil boni denuntiare, ſed tantũ infauſta? ſubiecit Michæas: Videbã Dominum, Deum Iſraelitarum,

 in ſolio

Ayuntamiento de Madrid

in ſolio ſuo conſidentem, quumq́; uniuerſæ copiæ cœleſtes ipſi adſtarent, hæc fatus eſt: Quis Achaabum regem Iſraelicum decipiet, ut cum exercitu Remá Galaaditidis oppidum proficiſcatur, atq; ibi pereat? Tum ſe ſpiritus quidã proripuit, & coram Domino ſe ſiſtens, in hunc modũ loquutus eſt: Ego uerò hominem decipiam. Cui Dominus: Et quo tamdem pacto? Abibò, inquit, & ero ſpiritus mendax in ore cunctorum uatum eius, eoq́; modo ipſum fallam. Tum Dominus: Abi ergo, ait, quodq́; dixiſti, facito.

Theodoriti locus. Sunt autem hæc omnia, quemadmodum Theodoritus ſcripſit, meræ perſonarum fictiones, quæ nos de permiſſione diuina erudiunt. Eodem modo quum in narratione de Iobo litteræ ſacræ referunt, angelos coram Domino adſtitiſſe, ac inter eos ipſum quoq; diabolum, qui Deum compellauerit: diuinus ille Chryſoſtomus perſonarum fictionem agnoſcit.

Baal. Aſtarte. Baalim. Ceterùm Baal Ioſepo Deus eſt Aſſyriorum, Aſtarte uerò Sidoniorum: Baalim deniq; ſacellum Baal interpretatur. Ac de his quidem hæc indicata ſunto. Ioſaphatus autem requiſito uate, ac huiuſmodi rebus ex eo cognitis, nihilo minus cum Achaabo ad bellũ profectus eſt. Quia tamẽ alioqui uir magnæ uirtutis erat, ut ſuprà quoque diximus, incolumis domum euaſit. Michæas in carcerem ab Achaabo coniectus, magna cum oris libertate dixit: Quòd ſi tu proſperè domum reuerſus fueris, Deum per me minimè loquutum eſſe fatebor. Enimuerò diuinũ illud oraculum de Achaabo, quod Elias edidit, euẽtus ipſe comprobauit. Nam quum uulnus accepiſſet, diu admodũ in curru ſtetit, ne conſpecta regis fuga milites hoſti terga darent. Ibi ſanguis è uulnere profluens, currui adhæſit: quem deinceps auriga ad fontem abluit, & canes linxerunt. Manè uerò meretrices ad fontem, Achaabi ſanguine



Ayuntamiento de Madrid

tinctum accedentes, etiam in eo corpora ſua pro more ab luerunt. Secundum hæc rex Ioramus impietatem Achaabi ſoceri ſui æmulatus, meritas omnino pœnas luit. Nam magnus ille uates Elias huiuſmodi uerbis eum per litteras compellauit; Hæc tibi Dominus ſignificat. Quoniam inſtitutum paternæ Ioſaphati uitæ non es ſectatus, ſed fratres tuos interfeciſti: en magna calamitate Dominus familiam tuam adficiet, ac tu grauibus admodum morbis laborabis, quos inter erunt uiſcerum tormina, tam diu durantia, donec inteſtina egeras. Non multo poſt exteræ nationes in eum copias educunt, omnes è medio tollunt, liberos regios interficiunt, Ochozia ſolo excepto. Simul & morbus hominem inuadit, ac ne regiam quidem ſepulturam à morte conſequutus eſt. Nimirum reapſe formidabile eſt, in Dei uiuentis manus incidere. Succeßit in regno filius Ochozias, & ipſe paternæ impietatis æmulator. Hoc tempore mißi ſunt ad magnum illum uatem Eliam duo quinquagenûm militum præfecti, qui eum ſuperbè arceſſunt, de regis morbo conſulendum. Tum ignem ille cælitùs deducens, uniuerſos concremauit. Hoc loco qui crudelitatē uatis accuſant, Deum ipſum criminantur. Nam per eum hæc omnia facta ſunt. Tamdem & tertius quidam militū quinquagenûm præfectus ablegatur, qui uatem mitibus uerbis alloquutus, ſupplicium quo priores adfecti fuerāt, euaſit. Quamobrem uates de monte deſcendens, quū incidiſſet in homines ablegatos à rege ad conſulendos deaſtros, huiuſmodi uerba protulit: Quandoquidem delinquere non dubitaſti, & quaſi Deus apud Iſraelicos nullus foret, muſcam Accaronis Deum conſuluiſti: ex eo lecto, quem ſemel iam conſcendiſti, non euades. De quo licet æſtiment, quali iudicio & pœna pereant, quantamq; Dei

Ioramus rex.

Ochozias rex.



Ayuntamiento de Madrid

concitent in ſe iracundiam, qui ſpes ſuas in aſtrologos & uates collocant. Eſtq́; adeò non abs re deploranda hominũ impiorum bruta fatuitas. Non enim tantũ olim illi maxima quæuis animalia pro Dijs habuerunt, ſed etiam minima, eaq́; piacularia. Nam quid obſecro muſca poteſt eſſe fœdius & abominabilius? nihilo minus illi muſcæ ſimulacro diuinitatem tribuerunt: quamq́; uiuam flabellis abigebant, eius imagini appellationem Dei conceſſerunt. Cęterùm ille uatum princeps Elias, cui tanta libertas oris erat, ut huiuſmodi uerbis Achaabũ alloqueretur: Ita uiuat Dominus Deus ille meus, ut annis hiſce nec rorem nec pluuiam habituri ſumus, niſi me iubẽte: qui præterea Baalis ſacrificos tanto pudore adfecit, ut omnes etiã ipſo exhortante ab Iſraelitis occiderentur: Elias ergo, ne quam in ſuperbiam faſtumq́; prolaberetur, tantum permittente Deo perſequutionis eſt à Iezabele perpeſſus, ut etiam Deum his uerbis appellaret: Tamdem ſatis hoc eſto tibi, uitam quæſo meam mihi auferto. Egóne meis maioribus præſto? Poſsit autem mirum alicui fortaſſe uideri, quî factum ſit, ut uates hic, uir omnino ſanctus, & legis è præſcripto ſe gerens, cibum à coruis præbitum comederet. Nimirum ipſe legiſlator eum per coruos ſic alebat, ut matutino quidem tempore panem, ueſpertino carnes acciperet. Leges hæ ſcilicet propter Iudæorum imbecillitatem latæ fuerunt. Iccirco uidemus Samſonem propter temulentiam laſciuiamq́; diuinitùs ſibi conceſſo beneficio fuiſſe ſpoliatum: quum nequaquam propterea culpetur, quòd fauum mellis ab apibus in leonis cadauere congeſtum comederit. Hoc etiam, dilecte fili, factum ſcito. Quum Saraphthiam uates Elias perueniſſet, ac famis tempore qualicumque pane exciperetur, huiuſmodi no-

Muſca Deus Accaronitarum.

di no-

Ayuntamiento de Madrid

di uotum de uaſis ipſis concepit: Hydria qua farina continetur, ne deficiat, & cadus olei numquam minus habeat. Fuerit autem heic operæ pretium quærere, num reapſe in illo cado fuerit oleum? Equidem quum uatem dicere audeo, Cadus olei numquam minus habeat, donec huic regioni Deus pluuiam ſuam cōceſſerit: nequaquam exiſtimo, uatem hoc de oleo uotum concepiſſe. Nam quum tantus eſſet æſtus, hominesq́; propter aquæ inopiā id temporis perirent: quid quæſo fructus attuliſſet, ſi cadus oleum de perpetuo quaſi fonte quodam ſuppeditaſſet? De quo licet intelligere, non fuiſſe cadum illum plenum oleo, quandoquidem oleo non indigebant, qui aquæ penuria grauiter laborabant. Verùm certa quadam de cauſſa cadum illum uates olei cadum appellauit. Non enim quidquam eſſe poteſt, quod homines tantopere poſſit exhilarare, ut aqua magni alicuius æſtus tempore. Licet hoc de ſacris litteris intelligas, quæ alicubi aquam mel nuncupant. Nam quum Hebræi adfligerentur intolerabili quadam in ſolitudine ſiti, aqua reperta, melle ſatiari ſe putabant. Quo fit, ut reſpicientes litteræ ſacræ ad illorum adfectionem, qui aquam hauriebant, eam ipſam appellatione mellis dignatæ ſint. Secundum hæc imperio potitus eſt Ioas, qui erga Deum ſe rectè geſſit, quamdiu pontifex maximus Ioiadas ſuperſtes fuit: qui quum annis centum & triginta uiuendo expletis fato functus fuiſſet, tantum honoris eſt conſequutus, ut regio ſepulcro inferretur. Quum autem rebus humanis exemtus eſſet, ad impietatem deinde rex Ioas deflexit. Quam ob cauſſam uates nonnulli ad eum ablegantur, quos inter & Ioiadæ pontificis filius Zacharias fuit, quem Ioas rex in parte templi ſub dio ſita, lapidibus adobruit.

Quid olei cadus.

Ioas rex.

Zacharias pontificis F. lapidibus obruitur.

Quum

Ayuntamiento de Madrid

Quum moreretur, huiuſmodi uerbis uſus eſt: Inſpicito hæc, Domine, ac punito. Neque petitio ipſius irrita fuit. Nam rex in morbum quum incidiſſet, ſuis à ſubditis eſt in-

Amaſias rex.

terfectus. Eius filius Amaſias quum regnum occupaſſet, et ope diuina uictoriam de Idumæis reportaſſet, eorumq; Diuos euertiſſet: tamdem fatuus homo conſecratos reli-gioſè coluit, & partam uictoriam ipſis acceptam retulit. Quapropter ei uates quidam denuntiauit, ſtatuiſſe Deũ Amaſiam è medio tollere. Neq; multo pòſt conſimili mor-tis genere, quo pater, extinctus eſt. Celebrant deinde lit-

Ozias rex.

teræ ſacræ regem Oziam, nimirum quòd Dei ſtudioſus et metuens fuerit, quamdiu Zacharias fuerit ſuperſtes. Ab eo tempore incenſus eſt libidine quadam ingrediundi ady-ta, & ſuffitum in eis faciendi: quo in conatu à pontifice ac ſacerdotibus LXXX repræhenſus, qui dicerẽt, ne-quaquam ipſi fas eſſe, ſuffitum ut iſtic faceret, cuius rei po-ſteris Aaronis ſacerdotibus ius eſſet, lepra correptus eſt. Quum autem lepræ cauſſa domi concluſus deliteſceret, Ioathamus ipſius filius regnum adminiſtrabat. Ac Zacha-rias hic, qui Ozia regnante uixit, alius fuit ab Ioiadæ pon-tificis filio, quem Ioas rex lapidibus obruit. Theodoritus ait, exiſtimare ſe, Zachariam hũc illum ipſum eſſe, de quo Dominus ad Eſaiam uerbis hiſce mentionem fecerit: Adhi-beto mihi teſtes, uiros fide dignos, Vriam ſacerdotem, & Zachariam Barachiæ filium. Poſt hunc Achazus Ioatha-mi filius impietate cunctos ſuperauit, uariaq; ſcelera exco-gitauit. Ac ne ſic quidem prudentior factus: Quæram, in-quit, Deos gentiles, qui me flagellant, eisq; ſacra faciam, ac impetrabo tamdem, ut opem mihi ferant. Quinetiam

Quid libe-ros per ignẽ traijcere.

liberos ſuos per ignem traiecit. Quid autem iſtuc uerbũ ſibi quæſo uult? Ioſepus tradit, Achazum quemdam ſuo-

rum

Ayuntamiento de Madrid

rum filiorum Baali ſolido ſacrificio concremaſſe. Verùm Theodoritus aliter cenſet. Arbitror, inquit, hiſce uerbis ſignificari ſpeciem quamdam erroris, qui ad noſtra uſq; tempora durauit. Videmus enim ſemel in anno rogos accendi, quibus iniiciantur pueri quidam & uiri. Quinetiã infantes ab ipſis matribus per flammam tranſportantur. Quæ res uidetur eſſe quaſi quædam auerruncatio & luſtratio. Hanc ob cauſſam Achazum ipſe repræhendi putat, quem morte ſublatum regio funere ſui non cohoneſtarunt. At filius ipſius Iezechias ſumma uirtute præditus fuit, omniaq; præſtitit, quæ olim Dauides, unus ex maioribus ipſius, præſtiterat. Inter alia ſerpẽtem aheneum, à Moſe factum, attriuit. Nam ad illa uſq; tempora ſuffitum ei faciebant Iſraelitæ. Idem ſummam templi curam habuit. Quumq; ſacerdotes mactandis uictimis non ſufficerent, ut in Omiſſorum libro narratur, Leuitas eis operas ſubſidiarias facere iuſsit, quod quidem nunc etiam fieri uidemus. Nam quum ſenior non adeſt, atq; uſus ita poſtulat: etiam Diaconus requirenti baptiſmum impertiri cogitur. Quum autem Senacheribus expeditionẽ aduerſus ipſum ſuſcepiſſet, ad Eſaiam cum hiſce uerbis miſit: Dies anguſtiæ, & explorationis, & iracundiæ, hodiernus dies eſt. Nam partus quaſi quidam inſtat, nec matri tantum eſt uirium, ut eniti poſsit. Quibus uerbis hoc ſcilicet dicere uoluit: Ardent animi, & ira ſuccenſi ſunt, ex quo Rapſacis blaſphemias audiuimus. Neq; tamen impios homines pœnis adficere poſſumus. Iuſſerat enim Senacheribus ei per Rapſacem dici, ne ſe decipi à Deo ſuo pateretur, cuius ope fretus eſſet. Verùm Deus progreſſo in templum regi, atq; ibi precato, uatem Eſaiam mox adeſſe iubet, ac futuram ipſi proſperitatem ſignificat, huiuſmodi uſus inter

Iezechias rex.



Ayuntamiento de Madrid

alia uerbis: Propugnabo hanc urbem tam mea, quàm Dauidis famuli mei cauſſa. Quæ quidem ita diuinitùs prolata ſunt, ne putaret Iezechias, orationem ſuam iuſticiæ cauſſa, qua præditus erat, exauditam eſſe. Præterea licet hinc intelligere, iuſtos homines etiam uita functos uiuentium patronos agere. Ceterùm Iezechias & fidebat Deo, & ſuam quoq; diligentiam adhibebat. Primùm enim fontes, qui ante urbem erant, obſtruxit: deinde turres in altum excitauit, itemq; munitionem quamdam aliam ædificauit. Deinde accidit, ut cum præſenti mortis periculo langueret. Quamobrem demiſſo animo ſemet ad Dominum conuertit: quemadmodum in Omiſſorum libro memoriæ proditum eſt. Iezechias, inquit, ex imo pectore ſe demiſit. Quia enim pater ipſius oraculũ acceperat huiuſmodi, En uirgo prægnãs erit: ſeipſum putarat illum Emmanuelum eſſe, ac promiſsionis euentũ in ſe finem habiturum. Quapropter uirginitatẽ colens, nullo cõiugij ſtudio tenebatur. Præterea quũ extraneorum interitum conſpexiſſet, ex quibus una nocte centum & octoginta quinque millia ſunt ab angelo interemta: magis etiam in opinione ſua ſtolida confirmabatur. Quapropter à Domino ad frugem reuocatur, pede ſic adflicto, ut iam putreſceret. Sed tamen ei deinde ſignum quoddam dedit, ex quo ſe mortẽ id temporis non obiturum intelligeret. En, inquit, ego cõuertam umbram graduum, quos iam decem ſol deſcendit in ijs, qui ſunt in domo tua paterna, gradibus. Tradunt enim Achazum per machinã quamdam in domo ſua gradus quoſdam effeciſſe, qui horas commonſtrarent, & ſolis curſum metirentur. Itaque Deus ut ijs, quæ prædixerat, fidem faceret: (adiecturũ enim ſe promittebat ipſius uitæ quindecim annos) efficit, ut umbra ſolis retrò gra-

deretur:

Ayuntamiento de Madrid

deretur: quando etiam Iezechias ipſe ab occaſu uitæ ſuæ, ad alterum quaſi quoddam uitæ principium reuertebatur. Quapropter hoc ei de ſole ſignum Deus, non aliud dedit. Ac diem quidem illum tradit Hippolytus, trigintaduas horas habuiſſe. Sol enim gradus decem permenſus, deinceps per eoſdem recurrebat. Quo facto, ſuum ad curſum ordinarium reuerſus, duodecim reliquis gradibus peragratis ad occaſum peruenit. Hæc Hippolyti eſt ſententia. Verùm Euſtathius, Antiochenus ille patriarcha, uult diem illum non habuiſſe plures, quàm uigintiduas horas. Videtur enim ita ſenſiſſe, quaſi ſolis retrò facta regreßio non horis decem, ſed oculi uno momento acciderit. Eodem modo dies ille uigintiquatuor horarum fuit, quo Ieſus Nauæ filius, in ipſo meridie totum diei ſpatium ſolem ſubſiſtere iuſsit. Nam ſol id temporis interuallo ſex horarum ad meridiem uſq; progreſſus erat, ac totidẽ horas habuit, donec ad occaſum perueniret: in ipſo autẽ meridie, quẽadmodũ diximus, totius diei ſpatiũ in medio cœli ſubſtitit. Debes uerò ſcire hoc loco, dilecte fili, ſolẽ principaliter nõ inſtitiſſe, nec prodigiũ ad unũ ſolẽ referri debere: ſed etiam ad primũ illud cælum. Nam illo per diuinũ mandatum impedito, quo minus in motu ſuo progrederetur: omnino neceſſe erat, ſolem quoq; ſubſiſtere, qui unà cum ipſo mouetur. Hoc uerum eſſe, uelim eximius ille Maximus tibi perſuadeat: qui in eis, ad Thalaßium quæ ſcripſit, hac de re uerbis huiuſmodi diſſeruit. Deus ſolis & lunæ curſum, qui aliàs impediri nequit, id temporis noua & inuſitata ratione quadam inhibuit: quum naturam uniuerſi huius, numquam non mobilem, motus expertem eſſe iuſsit. Et fecit profectò DEVS ille rerum uniuerſitatis huiuſmodi prodigium ea potißimùm

Dies ſub Iezechia quot horas habuerit.

Euſtathius Antiochenus.

Dies alius xxiiij. horarum.

Maximi locus.

Cur ſol ſubſtiterit.

Ayuntamiento de Madrid

mùm de cauſſa, ut luculentè declararet, neque certæ legi, neq; neceßitati ſidera eſſe obnoxia, quemadmodũ pleriq; ſunt arbitrati, quum cernerent ſemper eodem illa modo moueri. Quamobrẽ aliquando ea ſubſiſtere iußit, ut poteſtatem ſuam in res uniuerſas oſtenderet: ac deinde rurſus eadẽ ferri motu ſuo permiſit, quem ab initio rerũ ipſis præſcripſerat. Secũdum hæc Marodachus rex Babyloniorum ad Ezechiã legatos ſuos mittit, tum eius morbi cauſſa, ex quo conualuerat, tum prodigij, quod in ſole acciderat. Tum ceteris rebus Ezechias omißis & neglectis, opes ſuas legatis oſtentat. Quamobrem Eſaias uates eum uerbis huiuſmodi compellauit: Scito fore tempus, quũ omnia quæ domi tuæ ſunt, auferentur, & Babylonem transferentur. Quin & de filijs tuis à te ortis atq; genitis ſumentur, qui in regis Babyloniorũ domo ſint eunuchi. Quibus in uerbis filiorũ appellatione ueniunt tres illi pueri, quibuſcum & Danielus uates fuit. Nam illi Ezechiæ nepotes ac poſteri exſtiterũt. Et frequẽs eſt litteris ſacris, poſteros nepotesq; uocare filios, ſicut & Dauidem Ezechiæ patrem nuncupant. Atqui non filius Dauidis erat Ezechias, ſed eius è poſteris ortus. Ceterùm Marodachus alia nulla de cauſſa legatos ad Ezechiam miſerat, ut ſuprà quoq; indicatum eſt, quàm quòd miraculum illud in ſole accidiſſet. Nam ſolis illam regreßionem tam nouam prorſus & inuſitatã fuiſſe tradit Areopagita Dionyſius, ut ſuprà modũ Babylonijs ſtupori eſſet, eisq; præberet occaſionem ultrò ſe ſummittendi Ezechiæ, tamquã homini diuino. Poſt Ezechiam Manaſſes eius filius imperio potitur. Hic inter alia facinora, quæ commiſit, etiam copias cæli uniuerſas adorabat, hoc eſt, ſidera: & hariolationibus utebatur, hoc eſt, omnia de futurorum euentu obſeruabat, quod

Filij pro nepotibus.

Dionyſius Areopagita.

Manaſſes rex.

Ayuntamiento de Madrid

quod Græci κληδονίζεσθαι dicũt. quamquam alij quidam uolunt κληδόνα uocari geniorum per excantationes certas attractionem, & è ſublimi deductionem. Qua de cauſſa tradunt eius uocis originem eſſe à uerbo κλῶ, quod idẽ ſit cum καλῶ, ſignificationem euocandi habente. Præterea Manaſſes augurijs utebatur, hoc eſt, auium uolatus obſeruabat, deq; illis coniecturas rerum futurarum ſumebat. Atq; hoc illud ipſum eſt, cuius in hiſce uerſibus mentionem Homerus fecit:

Quid κληδονίζεσθαι & κληδών.

Quin uel ſacrificũ, uel uatẽ arceſsimus ultrò,
Vel coniectorem, faciat qui ſomnia plana.
A`Ioue namq; ipſo proficiſci ſomnia ſcimus.

Nimirum hinc animaduertere potes, exiſtimaſſe priſcos illos homines, futurorum cognitionem percipi de tali uel tali auiũ uolatu, uel ex pecudũ iecinoribus, uel ipſis deniq; ſomnijs. At uerò quòd uolatus auium, pecudum iecinora, ſomniaq; hoc illoue modo obſeruari nefas ſit ac prohibitum: quũ alijs ex argumẽtis & indicijs eſt perſpicuũ, ijſq; non paucis, tum ex illis, quæ magnus noſter Baſilius eſt complexus. Declarans enim hoc in ſecunda uiſione aduerſus Iudæos Eſaiæ uatis dictum, cuius hæc ipſa uerba ſunt, Referta eſt regio ipſorum hariolationibus, ſicut olim, quũ eam extranei poßiderẽt: huiuſmodi quædã ſubijcit. Vides quantũ malum ſit hariolatio, quòd ſcilicet faciat, ut homo ipſi deditus, Dei cura prorſus excidat. At uerò multi Chriſtianorum citra ullum diſcrimen auribus oſtenta captant, omina uenantur, animũ notis & ſignis aduertũt. Sed audi tu, quid hoc loco dicatur: nimirum populum illũ reiectum eſſe, qui hæc curioſè obſeruauerit. Etenim complures diuinationes, ut hariolationes, ominationes, auguria, lege Moſaica tamquã malorum geniorũ inuenta prohibentur.

Contra diuinationes.

Baſilius de uarijs diuinationibus.

ſ Nam

Ayuntamiento de Madrid

Nam exſtant hæc in ea uerba: Non ulla uel omina, uel auguria captabitis. Quippe nationes iſtæ, quas Dominus ueſtra cauſſa de medio tollit, hariolationibus & alijs uaticinijs utuntur. Vobis autem Dominus Deus ille ueſter id nequaquam permittit. Abſurdum enim fuerit, ut qui de præſcriptis à Deo conſilium habere poteſt, ad conſiderationem rerum agendarum animalia bruta pro conſiliarijs adhibeat: immò eis ne pro conſiliarijs quidem, ſed magiſtris & legum quaſi latoribus utatur. Itidem propoſitum ſibi periculum, & ante oculos imminẽs, ignorat auis: tibi uerò quod futurum ſit, indicabit? Quòd ſi aues malorum efficacitate fraudulẽta geniorum hinc inde uolant, noli horum dominorum, à quibus agitantur, fraudibus inhiando deſidere, nec te diabolicis impoſturis capi patitor. Quippe diabolus ubi ſemel nactus eſt animum procliuem ad proprium interitum, omnibus eo modis abuti non deſinit. Videmus autem crocitantes coruos, & aquilas propter inopiam cibi oberrantes, cordi ſuperſtitioſo pauorem incutere. Tantaq; adeò noſtri hoſtis illius eſt in hominem petulantia, ut alicunde ſe offerens muſtela, uel proſpectans canis, uel ab ortu aduentans homo, magnam in eis formidinem excitent, in quos fortè inciderunt. Quid eiuſmodi uita miſerabilius eſſe poſsit? in qua omnia ſuſpecta ſint, & negotia quæuis ab omnibus impediantur? Potius undiquaq; noſter animus ad Deum reuocandus eſt. Quum aues aera peruolantes intueris, noli figuram uolatus curioſè perſcrutari: ſed illis rebus omiſsis, declaratam in eis ſapientiam creatoris & ordinationem admirare: quî ſcilicet fiat, ut tantum pondus aera permeet: quo pacto tenera iſtæc aeris natura uolucrum alis pro uehiculo ſit: quî per alarum extenſionem in aere natent, ac

motu

Ayuntamiento de Madrid

motu caudæ, ceu claui cuiuſdam, uolatum ſuum dirigant. In his enim Dei ſapientia conſpicitur. At homo quiſpiam puſilli animi, & humilia tantùm reſpiciens, animalium rationis expertium motus inſtituto ſuo accommodare nititur, Deoq́; relicto malis ſe genijs dedit, qui reapſe nihil aliud ſunt, quàm inſidiatores. Ac de his quidem rebus in hunc modum dictum eſto. Ceterùm hic ipſe rex, quo de agimus, etiam uentriloquos inſtituit, & gnoſtarum ſiue diuinatorum numerum auxit: quodq́; omnium maximè impium erat, impudicæ Deæ ſimulacrum diuino in templo ſtatuit. Neque tantùm deaſtros religioſè coluit totos LII annos, uerumetiam ſanguinem innoxium tam uatum, quàm aliorum quorumdam piorum hominum fudit. Quin & ipſum Eſaiam perhibent ab eo ſerra lignea diſſectum eſſe. Sed tandem, ut Georgius auctor eſt, Marodachus rex Aſſyriorum Manaſſem ab ſe captum & in uincula coniectũ abduxit, ac pane de furfure cõfecto, et aqua aceto permiſta aluit. Præterea diuinus ille Anaſtaſius commemorat, accepta haud dubiè huiuſmodi narratione quibuſdã ex hiſtoricis, Manaſſem in animal quoddã aheneum à rege Babylonio concluſum fuiſſe: in quo deinceps Deum agnouit, & carmẽ illud ſuũ cecinit. Quapropter diuina ui ſimulacro rupto, angelus eũ Hieroſolyma reduxit, ubi deinceps in antè actorũ pœnitentia uixit, & priora delicta emẽdauit. Tot autẽ tantaq́; facinora Manaſſes patrauit, ut diuinus ille Anaſtaſius dicere nõ dubitauerit: Si Manaſſem Deus ſeruauit, equidem auſim dicere, quòd etiã diabolum ipſum ſeruaturus fuerit, ſi reuerti ad Deum uoluiſſet. Poſt Manaſſem Amoſus filius eius imperium obtinuit. Is paternam quidem impietatem eſt æmulatus, at nõ pœnitentiam. Fuerit autem pretium operæ inquirere, quamobrem

Eſaias ſerra lignea diſſectus.

Manaſsis ſupplicia.

Amoſus rex.



Ayuntamiento de Madrid

*Deus Manaſsis quidem pœnitentiã exſpectauerit, ſed non itidem filij quoq; ipſius Amoſi, quem annis duobus regno potitum, ut ſacræ litteræ loquuntur, inſtar maturæ ſegetis demeſſuit. Nimirum cogitationẽ quamdam prauam apud animum inſtituit Amoſus, quum ſecum ita loqueretur: Pater meus à puero multa ſcelerate fecit, ac in ſenecta pœnitentiam egit. Quamobrem & ipſe hac in ætate pro animi mei libidine me geram, & deinceps ad Dominum me conuertam. Hac igitur de cauſſa Deus pœnitentiam ipſius non exſpectauit, quãdo paternis calamitatibus nullo modo factus erat melior. Eum Ioſias filius in regno ſequutus eſt. Is Dauidis, ſui generis auctoris, pietate præditus fuit. Ac primùm quidẽ templi curam habuit, euerſo inter alia etiam illo fano, quod Solomo Sidoniorum piaculo Aſtartæ condiderat. Deinde quum perſcripta in Deuteronomio diuina oracula ipſi recitata fuiſſent, non ſolùm ueſtem ſuam dilacerauit: ſed etiam maximopere lacrymis ſuam miſeriam deplorauit. Quamobrem Deus aduerſus ipſum quidem fanum atq; populum ſententiam ſuam pronuntiauit, uerùm regi proſpera quæque prædixit. Quoniam, inquit, præceptis meis auditis cor tuum ſe demiſit, tuq; ueſtimenta tua dilacerasti, & coram me lamentatus es: oculi tui cuncta illa mala non adſpicient, quibus ego familiam hanc adfecturus ſum. Idem rex ſimulacrorum uaſa in torrentem Cedronem confracta deiecit, & Bethele deaſtrorum ſacrificos cõcremauit, quemadmodum Ioelus homo diuinus futurum uaticinatus fuerat. Eiuſdem Ioſiæ regis imperio, quemadmodum Georgius memoriæ prodidit, urbs Byzantium à Byzo Thracum rege condita eſt. Secundum hæc ſciendum, Hieroſolymam à Nabuchodonozore ter ſpoliatam eſſe, uidelicet regnantibus*

Ioſias rex.

Quãdo Byzãtium ſiue Conſtantinopolis condita.

Ioacimo,

Ayuntamiento de Madrid

Ioacimo, Iechonia, & Sedecia, quemadmodum Georgius ſcripſit. Theodoritus autē, diuiniſſimum uatem Ieremiam ſequutus, ex Ioacimo & Iechonia facit unum eumdemq; regem. Sedecias uerò, ſicut Epiphanius meminit, effoßis oculis Babylonem abductus, & in piſtrinum coniectus, ibidem annos XXVI contriuit, ac tamdem honorificè uiciſſim eſt habitus. Sunt igitur anni regum, quotquot à Dauide ad Sedeciam uſq; Hieroſolymis imperarunt, in unum collecti, CCCCXCIIX, & reges ipſi XXII, Dauidici generis omnes. Samariæ uerò regnarūt XIIX, ab Hieroboamo uſq; ad Oſeā, ſub quo Salmanaſar Samariam deleuit, ac regnū eius euertit: Samaritanorū loco deductis eò colonijs Aſſyriorum, à quibus ortæ ſunt Samaritanorum & Sadducæorum hæreſes. Quū autem à leonibus hi deuorarētur, ſubitò in ipſos irruentibus, deq; ſenioribus edocti fuiſſent, qui nam ijs in locis Deus antiquitus coli conſueuiſſet, à quo malis eiuſmodi adficerētur: quinq; Moſis uolumina receperūt, eoq; modo agnito uero numine, nihil ab eo tempore mali perpeßi ſunt: quamquā in ſectas quaſdā deinceps etiā exorbitarunt, ut qui recta ratione libros ſacros nō inſpicerēt ac peruoluerēt. Anni autem illorū, qui Samariæ regnarūt, ſunt CCXLIII, ac fuerūt hi diuerſis orti familijs, & omnes ad exemplū Hieroboami ſe impiè geſſerunt. Iudæorum autem è Perſide reditum ſcriptis libris Eſdras eſt complexus. Eius autē reuerſionis hæc fuit occaſio, ſicuti Ioſepus quidem memoriæ prodidit. Tres milites, ſatellites regij, quorum erat in numero Zorobabelus, contendebant inter ſeſe per occaſionem pacti conuenti, ut qui uiciſſet, poteſtatem haberet à rege petendi, quidquid uellet. Quum igitur unus dixiſſet, uincere uinum, alter regem: Zorobabelus feminas uincere ſtatuit,

Theodoriti locus.

Duratio regnorum Iudaici & Iſraelitici.

Samaritanorum ſectę origo.

De Zorobabelo.



Ayuntamiento de Madrid

ante omnia uerò ueritatem. Quod uerbum ubi protuliſſet, uictoriam ceteris eripuit, petereq́; iuſſus eſt, quod lubuiſſet. Tum ille nationem ſuam captiuam in libertatem reſtitui poſtulauit, idq́; continuò factum eſt. Quippe tum etiam LXX illi anni diuinæ iræ completi erant. Exſtruebant autē deinceps Hieroſolymitanum templum Zorobabelus & Ieſus Ioſedeci F. neque perfici ſecunda iſtæc ſtructura potuit ante annum XLVI, quòd à finitimis nationibus impediretur. Prior uerò intra uigeſimum annum à Solomone abſoluta fuerat, ut Eſdras commemorat. Ceterùm exemplo quodam declarare uolens Deus non modò Iudæorum è Babylone reditum, ſed etiam uniuerſalem ex mortuis reſurrectionem: Iezechielo campum oſsibus cadauerum plenum oſtendit, quæ nouo & inuſitato modo uitam recuperabant. Eſdras autem, uir præſtantis ingenij, legem id temporis protulit, eaq́; recitata, templi ſtructuram uniuerſam lineis deformauit. Effecit etiam, ut quicumq́; peregrinas uxores durante captiuitate duxiſſent, excluderentur: quo pacto luſtratis omnibus, paſcha celebratum eſt. Quumq́; rurſum uidiſſet Ebræos quoſdā, cum Azotijs mulieribus conſueſcentes: deplorato malo, auctor populo fuit, ut earum coniugio, tamquam illegitimo ualedicerent, ipſasq́; feminas repudiarent. Hoc quoq́; memoriæ proditum eſt, quòd abſque hoc uiro fuiſſet, ne unum quidem librum ſacrum habituri eſſemus, ob Iudæorum negligentiam, diuturnamq́; captiuitatem. Animaduertendum hoc etiam, quod eximius ille Cyrillus in libris aduerſus Iulianum ſcriptis expoſuit. Poſteaquàm, ait, in patriam ſuam Iudæi reuerſi fuiſſent, ſeq́; rurſus ad præſcriptum legis à Moſe traditæ magno ſtudio conformare cepiſſent: Zorobabelus Salathieli F. ex Iudaica tribu regnum

Structura ſecundi templi.

De rebus ab Eſdra geſtis.

Eſdras ſacrorum librorum conſeruator.

Cyrillus de cõtinuatione generis Dauidici.

Ayuntamiento de Madrid

gnum apud eos occepit. Quapropter quũ ueſanus ille Iulianus regnũ Dauidis in Sedecia finem habuiſſe dicit, palàm delirat: quando poſt captiuitatis tempus in regio ſolio Zorobabelus conſedit. Idẽ ad poſteros ſceptrum tranſmiſit, uſq; ad Herodis imperium, qui matre quidem Iudæa prognatus fuit, patre uerò extraneo. Quippe quũ defeciſſent ex tribu Iudaide principes, Chriſtus exſpectatio gentium natus eſt. Herodes aũt, cuius mentionẽ modò faciebamus, quũ opem Auguſto Cæſari ſuis impẽſis atq; ſumtibus id tẽporis tuliſſet, quo cõtra Cleopatram copias ducebat: regnũ Iudaicum, tamquã liberale nauatæ operæ præmiũ, ab eo conſequutus eſt. Ac de his quidẽ hactenus. Ceterùm quum Nabuchodonoſor magnificè ſemet iactaret eius urbis nomine, quam condendo ad elegantiam inſignem perduxiſſet: uox quædam de cælo eſt audita, quæ huiuſmodi uerba pronũtiaret: Regnum tuum, Nabuchodonoſor, iam tibi periјt, adeoq; abigeris à mortaliũ cœtibus, inter feras belluas deges, agri gramine ueſcêris, anni deniq; ſeptem hoc modo tibi peragẽtur, donec agnoueris, eſſe quemdam excelſiſsimum, cuius dominatu ac poteſtate regna mortalium contineantur. Quæ ubi dicta fuiſſent, eadem hora reſpondit euentus. Nam inter alia, crines eius excreuerunt ad leoninorum crinium magnitudinem, itidemq; conſequutus eſt ungues, qui uolucrum ungues æquarent. Hæc autem propterea perpeſſus eſt, quòd inter alia nimis magnos ſumſiſſet animos ob cõſpectam in ſomno imaginem. Nam Deum ſe putabat eſſe, qua ductus opinione, ſimulacrum ſuum erexit, ut adoraretur: incenſa etiam fornace, in quam præcipitarentur, ſi qui facere imperata renuiſſent. Secundum hæc alterum illud ſomnium habuit, in quo uidebat arborem ad cælum uſq; pertingentem, in qua omnis

Herodes regnum conſequitur.

Nabuchodonoſoris pœna.



Ayuntamiento de Madrid

generis uolucres cantillarent. Sequuta eſt uox cælitus edita, quæ reſectionem arboris, radice tamen excepta, minitabatur. Illud etiam ſomnium Danielus interpretatur, ſimulq́; futurũ prædicit, ut annos ſeptem inter belluas montanas uagaretur: quo tempore exacto, regnum (ſicut etiã accidit) recuperaret. Nabuchodonoſoris in imperio ſucceſſor fuit filius ipſius, ac poſt eum filius alter Baltaſarus. Hic inſtituto conuiuio, quum magnates ſuos inuitaſſet: fortè ſedebat temulentiæ gulæq́; deditus, adhibitis illud ad conuiuium ſacris etiam uaſis, quæ Nabuchodonoſor è diuina Hieroſolymorum æde ſecum abſtulerat. Hanc ob cauſſam iratus Deus, aduerſarios inuidentes ſibi perdere in uniuerſum ſtatuit. Quapropter accidit, ut rex Baltaſarus in albario parietis opere domus illius, qua in domo ſeßitabat conuiuium celebrans, manus articulos cerneret, atque litteras, quæ huiuſmodi quiddam indicarent; Mane, Thecel, Phares. Quibus uerbis rex non mediocriter perturbatus, ſuos de ijs ſapientes conſulit. Qui quum nihil eorum ſe intelligere ſacramento confirmaſſent, Danielus uates arceßitur. Nam uaticinandi uis in eo palàm facta iam antè fuerat, quum uiſum illud nocturnum Nabuchodonoſoris, ſanè admirandum, & indicaret, & declararet. Quippe uiſus ille ſibi fuerat uidere per quietem ſtatuam quamdam ingentis magnitudinis, quam lapis abſque manu reuulſus à monte contriuerit. Verùm ipſius ſomnij fuerat oblitus. Quapropter experrectus quod nam fuiſſet nocturnum illud uiſum, cognoſcere geſtiebat. Heic quum omnes ipſius ſapientes ac magi de re deſperaſſent, quòd effari talia ſolius eſſe Dei dicerent: tamdem uates Danielus arceßitus, regi ſomnium ſuum expoſuit. Hæc ita tum fuiſſe geſta, Baltaſar cognoſcit.

Baltaſarus rex.

Ayuntamiento de Madrid

cognoſcit. Quapropter uatem ſollicitè rogat, ut quid eæ ſibi litteræ uellent, quas cōſpexiſſet, declararet. Cui Danielus acquieſcens: Verbum, inquit, Mane denotat Deum annos regni tui numeraſſe ac compleuiſſe: (nam ſignificationem numerādi tam Syra, quàm Hebræa in lingua habet) Thecel, appendit ad ſtateram Deus regnum tuum, idq́; iuſto pondere deficere depræhendit. Phares, diuiſum eſt regnum tuum, ac Perſis Medisq́; conceſſum. Etenim id temporis ſoli Babylonij per orbem regnabant. Has calamitates quum imminere ſibi Balthaſar de uatis indicatione cognouiſſet, nō modò non ſuccenſuit Danielo: uerumetiam, uti policitus fuerat, ampliſſimis eum muneribus ornauit, purpura uidelicet aureoq́; torque donatū. Quumq́; uatē interrogaſſet, quo pacto numen diuinum placare poſſet, reſponſum huiuſmodi tulit: Beneficentia redime delicta tua, & impietatem tuam commiſeratione erga pauperes. Secundum hæc Darius exercitum in Babylonios ducit, quemadmodum Danielus futurum prædixerat. Is inter captiuos ceteros ipſum quoq; Danielum abduxit, & magno deinceps in pretio habuit. Hinc orta ſatraparum inuidia, perſuadent regi, mandatum ut publicaret, quo ſignificaretur, leonum in foueam abijciendum eſſe, qui à Deo quidquam petere depræhenderetur. Hoc edictum Danielus minimè reueritus, Deum precibus implorabat. Quamobrē leonibus obijcitur, ſed altero mox die ſaluus è fouea progreditur. Heic illi dicere, Danielū alia nulla de cauſſa incolumem euaſiſſe, quàm quòd leones ſaturi fuiſſent. Quid inde factum? ipſi quoq; leonibus obijciuntur, & ab eis continuò deuorantur. Poſt id temporis Danielo uiſum offertur, quo è mari animalia quatuor egredi cernit: angelusq́; Gabrielus quodā in prato cum ipſo colloquēs, futura de-

Darius Medus, Aſtyagis F.

 clarat,

Ayuntamiento de Madrid

Cyri regnũ. *clarat.* Deinceps *imperio* Cyrus Perſa *potitur*, Dario A*ſtyagis* F. *extincto, ſublatoq́ue de medio rege* Crœſo. Id *temporis* Danielus Belum *ſimulacrum* Babyloniorum *aboleuit,* & *improbitatem ſacrificorum per cinerem coarguit. ſuſtulit item draconem illum, quem religioſè uenerabantur.* Hinc *factum, ut orta ſacrificorum ſeditione aduerſus* Cyrum, *quaſi iam apertè iudaiſſantem,* Danielus *eis dederetur,* & *totos ſex dies in eadem cum ſeptem leonibus fouea concluderetur. Verùm ne tum quidem aliquid detrimenti accepit.* Quinetiam *uates* Abbacumus *in oculi momento ad* Danielũ *péruenit, quamquã fouea ipſa obſignata foret, eiq́ue coctum meſſoribus in* Iudæa *cibum defert.* E*iuſmodi ſunt diuina prodigia.* Vates *idẽ* & Danielo *adeſt,*

Cambyſis regnum. & *à meſſoribus non deſideratur.* Cyrum *in regno* Cambyſes *filius, qui* & Nabuchodonoſoris *cognomentũ habuit, ſequutus eſt.* Eius *copiarum imperator fuit* Holophernes *ille, quẽ quum* Iuditha *prudenter necaſſet, ac rebus ipſius omnibus potita fuiſſet: non tamen inſolenter animos ſumſit, ſed omnibus* Deo *conſecratis, in uiduitate ſolitaq́ue continentia uixit ad annum uſq́ue* C V. Poſt Cambyſem *magus*

Smerdis rex. *quidam* Smerdis *regnum occupauit.* Eum Darius Hyſta*ſpis* F. *eſt conſequutus, ſub quo* Zorobabel & Ieſus *fanũ,*

Darius rex. *quod annos totos* X L *neglectum iacuerat, rurſum ædifi*-

Artabanes rex. *cando perfecerunt.* Poſt Darium *regnauit* Artabanes, *quẽ*

Artaxerxes. Artaxerxes Longimanus *excepit.* Eius *ætate* Sophocles, Heracletus, Anaxagoras, Pythagoras, Thucydides, Euripi-

Seculum eruditum. *des,* Herodotus, Empedocles, Diogenes, Hippocrates, Plato, Ariſtoteles, *clari fuerunt.* Poſt Artaxerxem *hunc* & *alius* Artaxerxes *extitit, ſuccedentibus ordine ſibi* Perſa*-*

Darius ultimus. *rum regibus uſq́ue ad* Darium Arſamis F. *quo deiecto ſubla*-

Alexander. *toq́ue regnum* Perſicum Alexander *euertit,* & *orbis imperio po*ſ

rio poſ

Ayuntamiento de Madrid

*rio potitus eſt. Hinc ergo diſcito, primum omnium regnũ fuiſſe Aſſyriorum ſiue* Babyloniorũ *: alterum* Medorum, *à quibus illud primum ſublatum fuit : tertium* Perſarum, *quod* Medorum *imperio ſucceßit: quartum* Macedonum, *à quibus debellati ſunt* Perſæ *: poſtremum* Romanorum. Poſt Alexandrum, *eius famuli atq; proceres regnum diuiſerunt.* Aegypto *præfuit* Ptolemæus Lagi F. *quem ordine* Ptolemæi XIII *ſubſequuti ſunt, uſq; ad* Cleopatram. *Aſiam occupauit* Antigonus, Syriam *&* Palæſtinam Seleucus Nicanor, *qui urbes duas in* Cilicia *condidit, & unam in* Syria. *Harum primam* Seleuceam *appellauit, alteram* Antiocheam, *tertiam* Laodiceam *: inditis nimirum huiuſmodi nominibus à ſuo, & filij filiæq; nomine. Sub hoc* Rhodij *maris imperio potiti, ſtatuam ſolis ex ære ſua in inſula excitarunt, quam propter magnitudinem* Coloſſum *dixere, ac uocati ſunt ipſi deinceps* Coloſſenſes. Poſt Seleucum Antiochus *filius regnauit, eiuſdemq; nominis alij quinq;. Deinde regnum obtinuit* Antiochus *illuſtris,* Seleuci Philopatoris F. *ſub quo* Hieroſolyma *ſecũda uice capta eſt. Quum enim* Aegyptũ *uniuerſam prædonis et iniuſti hominis in morẽ cepiſſet,* Hieroſolymã *iracũdus ſe conuertit, ibiq;* CLXXX *hominũ millia necauit. Elapſo biennio, rurſus copiarum imperatorẽ miſit, qui multa mala urbi ſacræ intulit, populumq; coegit, ut* Græcam *religionem ac mores amplecteretur. Exſtitit tum* Matthias *quidam, cum quinq; filij erant, & inter alios* Iudas *ille* Maccabæus, *qui diuina quadam æmulatione commotus, regium ducem interemit, & egregia facinora uel ſexcenta patrauit. Rex autẽ* Antiochus *ſuſcepta in* Perſidem *expeditiõe, quũ & grauiſsimo correptus morbo, nec ſine ſingulari dedecore domum reuerteretur : ipſemet ſcelera*

Series imperiorum.

Alexãdri monarchiæ diuiſio.

Aegyptus.

Aſia.

Syria.

Seleuci poſteri.

Anthiochus Epiphanes.



Ayuntamiento de Madrid

ſua tamdem agnouit, quum diceret ſe meritas eorũ facinorum pœnas pendere, quæ aduerſus Hieroſolymam commiſiſſet. Atq; hoc modo pediculis ex ipſo largiter erumpentibus, animam efflauit. Succeſsit ei filius Antiochus Eupator, quo regnante Iudas Maccabæus in fugam coniectis Hieroſolymitani præſidij ducibus: Antiochum ipſum contra ſe, cũ infinitis copijs concitauit, quas inter & elephanti erant LV, quibus impoſitæ turres ſpectabantur, quarũ ſingulæ milites armatos XXXII continebãt. In eo prælio tam inſignia facinora Iudas edidit, ut etiam pontificatus ipſi à populo deferretur. Eadem ætate Ieſus, Sirachi F. qui librum de quouis uirtutũ genere compoſuit, celebris apud Iudæos fuit.

Antiochus Eupator.

Sirachides quando uixerit.

# ANNALIVM PARS TERTIA,

## ab imperio Cæſaris uſq; ad Conſtantinum Magnum.

REs Romanæ à Conſulibus adminiſtratæ ſunt CCCLXIIII annis, uſq; ad Iuliũ Cæſarem, qui partu materno in lucem editus fuiſſe negatur. Nam quum mater ipſius menſe nono, ex quo prægnans fuerat, è uiuis exceſsiſſet: utero ſecto, uiuus & incolumis inde ſumtus eſſe perhibetur. Atq; hinc Cæſaris ei nomen datum aiunt, quod deinceps omnes Romanorum imperatores uſurparunt. Nimirum lingua Romana factum eſt id uocabulum à cædendo, quòd fuiſſet exciſus ex aluo materna. Iulius autem Cæſar Dictatoris appellationem conſequutus

Conſulum adminiſtratio.

Cæſar dictator.

eſt,

Ayuntamiento de Madrid

eſt, qua ſignificatur is, qui ſolus imperium obtinet. Quippe primus omnium ſolus rempublicam Romanam adminiſtrauit annis XII, leges tulit, indictiones ac biſſextos ordinauit. Ab eodem menſis Iulius dictus, qui antea Quinctilis uocabatur. Poſt Iuliū imperio potitus eſt Octauius, (hoc enim à puero nomen habuit) deinceps ob rerum geſtarum ſplendorem atq; gloriam nuncupatus Auguſtus: quū eſſet, ut pleriq; tradunt, Octauij filius. Regnauit annos LVI. Ab eo Romanorum imperatores Auguſti ſunt appellati, & menſis Auguſtus, qui antea Sextilis dicebatur. Nimirum Cæſar Romanorum Auguſti nomen habet, ut qui ſupra ſortem humanam poſitus ſit. Nam quæ maximè ſacra ſunt & religioſa, dicuntur auguſta. quo factum, ut Græci Sebaſtum uocent, à ueneratione, quaſi religioſè colendum. Ceterùm Cæſar hic poſteaquàm ſuos aduerſarios uiciſſet, ac inter eos nauali pugna ipſum etiam Antonium ſuperaſſet: poteſtatem omnem in ſe tranſtulit, ac ſolus dominari cepit. Quūq; illo ipſo in loco, ubi caſtra metatus fuerat, oppidum exſtruxiſſet: à uictoria Nicopolis ei nomen dedit. Eodem in loco hominis & aſini ſtatuas aheneas columnis impoſuit. Nam perhibetur ea nocte, quæ prælij naualis diem anteceſſit, in hominem quemdam incidiſſe, qui aſinum ageret. Quumq; illius de nomine ſciſcitatus fuiſſet: Mihi quidem, reſpondit ille, nomen eſt Eutyches, hoc eſt, felix: aſino uerò Nicon, hoc eſt, uictor. Atq; hæ columnæ deinceps Byzantium deportatæ ſunt, & in Circo equeſtri collocatæ. Quinetiam uicta Cleopatra, & omni Aegypto in poteſtatem redacta, Ptolemæorum regnum ſuſtulit, quod annis CCXC durauerat. Deinde terrarum orbem uniuerſum ſibi ſubijciens, & abrogato certorum quorumdam locorum regulis imperio, interfectores

Octauius Auguſtus.

Vnde nomē Auguſti.

σεβάζεσθαι uenerari.

Nicopolis ab Auguſto exſtructa.

Omen uictoriæ.

Finis Ægyptij regni.

rcs

Ayuntamiento de Madrid

res Iulij, qui auunculus ei fuerat, necauit. Id temporis oraculum Eſaiæ comprobauit euentus: Gens una contra gentem aliam gladios non ſumet. Nam ſublatis ſingularum regionum principibus atq; regibus, etiam bella, quæ inter ſe gerebant, extincta ſunt. Quis enim ignorat, illo ſæculo, quo uates oraculum hoc edebat, alium Hieroſolymis regnaſſe, alium Samariæ, alium apud Moabitas? At uerò quum Chriſtus, quod carnem attinet, natus eſt, omnes omnium nationum dominatus imperio Romano parebant. Heic illud etiam animaduertendum, ab ædificatione Hieroſolymæ, quam Nehemias & Eſdras inſtituerunt, uſq; ad Hyrcanum ultimum pontificem, quē Herodes interemit, numerum LXII annorum compleri. Deinceps uerò ſeptem reliquæ uſq; ad Domini baptiſmū in Iordane recenſentur, iuxta Danieli uaticiniū, cuius hæc uerba ſunt: Septuaginta ſeptimanæ abbreuiatæ ſunt ad tollendam uiſionem ac uaticinationē, & ad ungendum ſanctorū ſanctiſſimum, hoc eſt, ipſum Chriſtum Dei filium & Deum. Poſt interfectum aūt Hyrcanū pontifices contra legis præſcriptum deſignabantur. Non enim illi præficiebantur, qui ab ipſo generis originē ducerent. Ceterùm de Auguſto etiam hoc memoriæ proditum accepimus, fuiſſe uidelicet hominem pronū ad iram, ſed qui facillimè rurſum placaretur. Hinc factum, ut quum aliquando multos mortales capitis damnaſſet: uir quidam ſapiens eo tempore chartam litteris notatam uerſus Cæſarē eiacularetur. Ea in charta perſcriptum erat: Deſine pro tribunali ſedere carnifex. Quibus uerbis lectis Cæſar è tribunali ſe proripit, & quæ prius ſtatuerat, irrita eſſe iubet. Idem mulierum cupidiſſimus erat, & præſertim earum, quæ maritis nupſiſſent: quodq; peius erat, maritis imperabat uel inuitiſſimis, ut

Pax ſub Auguſto.

De ſeptimanis annorū apud Danielum.

Iracūdia Auguſti caſtigata.

Eiuſdem libidines coercitæ.

in

Ayuntamiento de Madrid

in eiuſmodi piaculo ſibi obſecundarent. Fortè quidam uir ſapiens erat, Alexandrinus patria, nomine Athenodorus: qui quum horum facinorum cauſſa ſæpenumero Cæſarem ſummoneret, neq; tamen aliquid apud ipſum efficere perſuadendo poſſet, alia uia rem aggreditur. Nam quum uirum quemdam, principem in Senatu, plorantem conſpexiſſet, quòd uxorem ſuam opertæ lecticæ includere, ac Cæſari mittere cogeretur: hortatur Athenodorus hominem, eo nomine amplius ne ſe afflictet, ſed uxoris loco ipſum in lecticam includat, ac Cæſari mittat. Vix ei, rem ut faceret, perſuadet: ſed perſuadet tamen. Quid inde factum? Athenodorus ſumto ſecum gladio lecticam intrat, & ad Cæſarem in ea deportatur. Cæſar lecticam excipere, ſigna reſerare: Athenodorus exire, gladium uibrare, formidine Cæſar corripi. Tandem ſacramento præſtito polliceri, nunquam ſe deinceps toros alienos contaminaturum. Hoc facto, rediturus in patriam Athenodorus, quòd Cæſarem noſſet hominem eſſe præcipitis quidem iræ, ſed quæ ſubitò deflagraret: ad aurem eius ſe inflectit, quaſi uidelicet ipſum deoſculaturus, &: Cæſar (inquit) Auguſte, unum adhuc quiddam tibi deeſt. Noli de reis ſententiam prius ferre, quàm apud te litteras XXIIII recitaueris. Ceteroqui tanto erat apud ſubditos in amore Cæſar, ut Romanus quidam ciuis è uita deceſſurus liberis ſuis præceperit, gratiarum actionis ergò dijs uictimas immolarent, quòd Auguſtum poſt ſe ſaluum relinqueret. Cæſar ipſe quum è uita migraret: Luteam, inquit, urbem inueni, quam ipſe pulcris ornatam arcibus, & memoream effeci. Præterea dicebat uelle ſe plurimos ipſo moriente manibus plauſum dare, quemadmodum Mimo uel ludione deſinente fieri conſueuerit.

Athenodorus.

Vltimum Athenodori præceptum.

Amor ſubditorum in Auguſtum.

Morituri Auguſti uerba.

Ayuntamiento de Madrid

rit. Quæ ſanè uerba non ſpectabant aliò, quàm quòd uitam hanc rideret. Ac de his quidem hactenus. Scito autem, dilecte fili, anno imperij huius, de quo loquimur, Auguſti Cæſaris XLII, quod carnem attinet, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex perpetua uirgine Maria natum eſſe. Quippe mulier hæc inculpata, ex diuino promiſſo nata fuit, quumq; tertium attigiſſet annum, ad templum deducta, diu in penetralibus eius uixit, quum quidē ab angelo uictus ei præberetur, donec ad annum ætatis XIIII perueniſſet. Hac de re pontifices, ut fieri par erat, inter ſe conſultant, & precibus Deum implorant. Inde Ioſepho deſpondetur, Deo per uirgam, quæ germinauerat, ut omnino id fieret, monente. Quapropter id temporis huic oraculo uatis euentus reſpondit: En liber obſignatus uiro litterarum non ignaro datur, (hoc eſt, ei qui in coniugio uixerat) atq; is reſpondebit: Equidem librum hunc legere neſcio, quoniam obſignatus eſt. Non longò interiecto tempore, diuinus angelus ad eam ablegatur, qui huiuſmodi uerbis eam compellat: Salue accepta, cui Dominus adeſt. His & alijs angeli uerbis illa perturbata, quum rogaſſet, quónam id pacto fieri poſſet, quando uirum ipſa neſciat, uiciſſim à Gabrielo audit: Te ſpiritus ſanctus inumdet, ac ſupremi potentia inumbrabit. Quibus in uerbis notato, quòd ſpiritus ſancti mentione facta, itemq; potentiæ ſupremi, qua uoce Chriſtus indicatur: (Chriſtus enim Dei potentia eſt) tota ſacroſancta Trinitas expreſſa ſit. Quāquam enim filius ſolus carnem adſumſit, nihilo tamen minus pater atq; ſpiritus ſanctus carnem adſumēti aderant, quando identitas ſubſtantiæ diuidi nequit, ut eximius ille noſter Athanaſius loquitur. Iccirco Paulus etiam dixit, in Chriſto totam diuinitatis plenitudinem corporaliter habitare,

*Chriſti natiuitas.*

*Athanaſij locus.*

Ayuntamiento de Madrid

bitare, id eſt, eſſentialiter. Hoc pacto illa utero concipit, uirgineus uenter intumeſcit, non parum Ioſephus eo nomine perturbatur, prægnatē à ſe clàm dimittere cogitat. Verùm diuinus angelus ei per ſomnum adſtat, & : Ne metuas, inquit, adſciſcere Mariam uxorem tuam. Nam quod in ea genitū eſt, ex ſancto ſpiritu eſt. Quapropter experrectus à ſomno, cōiugem ſuam adſciuit: nec eam cognouit, donec ea peperit filium ſuū primogenitū. Atq; hoc loco magnus ille Baſilius ait, Ioſephum nec ante partum, nec à partu caſtiſsimam hanc uirginē cognouiſſe. Nam uocabulum Donec, ait, multis in locis ſacrarum litterarū indefinitè poſitum reperitur. Verbi gratia, quum dicitur: Neq; reuerſus eſt coruus, donec exſiccata eſt terra. Nimirum ne poſteà quidem, quàm exſiccata terra foret, coruus ille reuerſus eſt. Item alio in loco: Dixit Dominus Domino meo, ſede ad meam dexterā, donec tuos hoſtes ſcabellum pedum tuorū effecero. Quòd ſi Donec indefinitè non uſurpatur, reſtat ut dicamus, deſinere Dominū ſedere, poſteaquàm hoſtes ipſius ſub pedes eius ſubiecti fuerint. Etiam diſcipulis ſuis Seruator dixit: Adfuturus ſum uobis perpetuò, donec ſæculi finis appetat. Si uox Donec indefinita non eſt, ſequitur Chriſtum à mundi conſummatione diſcipulis ſuis non adfuturum. Atqui Paulus ait, futurum ut in nubes abrepti, & ipſum in aera, Domino occuramus, atq; ita perpetuò cum Domino ſimus. Hæc à Baſilio ſic prodita ſunt. At magnus ille Athanaſius ait, reapſe Ioſephum non cognouiſſe ipſam, donec Dominum peperiſſet. Ignorabat ſcilicet quid illud eſſet, quod erat in ipſa. Saltem ubi peperiſſet, agnouit. Tunc nimirum intellexit Ioſephus, quæ uis eſſet illius uirginis. Tunc cognouit, eam partum edidiſſe, nullas tori leges expertam, quum lac nouo & inuſitato

Baſilius de uoce Donec.

Athanaſij ſententia.



Ayuntamiento de Madrid

modo manans ſuppeditauit, & nutrimentũ à naturali diuerſum: quum mammam præbuit, ac uenis tamen nequidquam decederet. Nec abhorrere putabis hæc à uero. Nam quia pariter homo erat id, quod gignebatur, & Deus: neceſſariò tam diuina quædam, quàm humana coniunxit. Humana erant, tumor alui, tempus nouem menſium, quo uterum mater gerebat, fœtus in lucem editio pro more facta, lacteum nutrimentum, à paruo ad conuenientem corporis ſtaturam incrementum. Nam uti beatus ille Paulus ait, expertus eſt omnia noſtra, ſolo peccato excepto. Rurſum diuina erant, expers ſeminis conceptio, partus inuſitatus, nulli fœditati, nullisq; ſordibus obnoxia natiuitas. Atq; hoc illud eſt, quod Gregorius Theologus dixit: Leges naturæ ſoluuntur. Nam inter alia, citra maternos etiã parturiginis dolores uirgo puriſsima Chriſtum peperit. Quippe de Ioannis Damaſceni ſententia ubi uoluptas & delectatio nulla præceſsit, ibi non abs re dicendum etiam dolorem nullum conſequi. Et uerò fuiſſe factam conceptionem, uteriq; geſtationem prorſus inuſitato modo, teſtatur ipſe quoq; Dionyſius Areopagita uerbis huiuſmodi: Quòd humano quidem more ſubſtantiam adſumſerit, de ſacris oraculis percepimus: ſed ignoramus tamen, quo pacto de uirgineo ſanguine, prorſus abhorrenti à natura lege, formatus ſit. Ideoq; dictum ab Athanaſio præclarè: Partum edidit, nullas tori leges experta. Etenim abſq; illo foret, non eadem peperiſſet, ac infantem faſcijs inuolutum in præſepe reclinaſſet. Hanc in ſententiam diuini patres, quos indicauimus, de iſto Euangelij dicto, Non cognouit eam, donec filium ſuum primogenitum peperit, diſſeruerunt. At Manis hæredes illi Pauliciani dictum hoc arbitratu ſuo torquentes, labiis expertem Domini matrem portentoſè

Dionyſij locus.

Pauliciani hæretici.

tentoſè

Ayuntamiento de Madrid

tentoſè fingunt poſt ſalutarem partum liberos alios ex Io-
ſepho ſuſcepiſſe. Poſtquàm hoc modo Dominus noſter Ie-
ſus Chriſtus natus eſſet, Magi è Perſide ad iter, conſpecto
ſidere prorſus inuſitato, ſe comparant, adorandiq; illius
cauſſa proficiſcuntur, ſtellam ducem ſequentes, quæ uiam
iter ingreßis commonſtrabat. Hoc loco, dilecte fili, dili-
genter ijs animum aduertito, quæ dicturi ſumus. Nam de
Magorum adoratione contentio non exigua inter uiros
ſanctos exiſtit. Nam primùm eximius ille noſter Epipha-
nius in libro, quem Panaria uocauit, Chriſtum iam bi-
mum, & quadam in domo, tradit à Magis adoratum eſſe.
Quia enim conſpectum in patria Magorum ſidus, carna-
lem Chriſti natiuitatem ſignificabat, neq; Magos exiguo
tempore Hieroſolymam perducere poterat, qua quidem
ipſa ratione motus Herodes iußit infantes bimulis maio-
res interfici, habita nimirum temporis eius ratione, quod
à Magis exactè cognouerat: iccirco diuinus ille uir, cu-
ius mentionem modò faciebamus, Chriſtum bimulum à
Magis adoratum eſſe prodidit. Verùm aliter Ioannes il-
le noſter aureus orator ſentit. Non enim eodem tempore,
quo Chriſtus eſt natus, etiam ſidus illud à Magis conſpe-
ctum eſſe dicit. In explicatione Matthæi ad uerbum quæ
tradat, audi. Multo ante Chriſti natiuitatem ſidus illud
Magis apparuit, ut Chriſtum in ipſis cunarum faſcijs a-
dorarent. Quippe non parùm in itinere temporis abſum-
turi erant. Nimirum hoc dicere uult, Deum tempus cer-
tum magis admenſum eſſe, quod abſumturi eſſent in iti-
nere: itaq; de ipſius ſententia ſtellam eius antè monſtrauit,
ut hoc modo Chriſtum in cunis repertum uenerarentur.
Hanc Chryſoſtomi expoſitionē tum Athanaſius, tū Ioānes
Damaſcenus confirmant, quū in antro & ſpelunca Chri-

Quando Magi uenerint.

Chryſoſtomi ſententia.



Ayuntamiento de Madrid

ſtum à Magis adoratum perhibent. Non autem ignoro, di-
lecte fili, te de quibuſdam alijs quoq; non parum ambige-
re, quæ in hac ſtella conſideranda ueniunt: & imprimis
admirari motum nouum ac inuſitatum, inſtitutionem, oc-
cultationem, de ſublimi deſcenſum, aliaq; talia. Verùm
hæc nolim tibi nimium negotij faceſſere. Non enim hæc
ſtella de illorum ſiderum numero fuit, quæ initio rerum
Deus in firmamento collocauit: ſed poteſtas quædam in-
adſpectabilis, in huiuſmodi ſpeciem transformata, quem-
admodum Ioannes Chryſoſtomus ait. Oportebat enim in
natiuitate admirabili & inuſitata, etiam ſtellam nouam
ac inuſitatam oriri, quæ index eſſet ac prænuntia, ſicuti
diuinus ille Cyrillus loquitur. Nam abſq; illo foret, non
tantum lucis & ſplendoris habuiſſet, non medio die ra-
dios ſolares ſuperaſſet, non Magis perſuaſiſſet, ut è pa-
tria profecti tantum itineris ſuſciperent, nō eos modo tam
admirabili perduxiſſet Hieroſolymam, non ex alto ſe de-
mittens, ſupra natum infantem conſtitiſſet, non deinceps
conſpici deſijſſet. Poſteaquā enim ab ea ducti ad Chriſtum
acceſſerant, & uera illum fide amplexi fuerant, non iam
amplius eiuſmodi manuductionis egebant. Ideoq; oraculo
per quietē admoniti, alia uia ſuam in patriam ſunt reuer-
ſi. Fortaſſis autem, dilecte fili, Bulgariæ Pontificis enarra-
tionem in medium prolatā nobis oppones, & ex ea pro-
babis, non in ſpelunca, ſed domo quadam Chriſtum à Ma-
gis adoratū eſſe. Nimirū diuinus ille uir occaſione de uer-
bis Euangelij per Matthæum cōſcripti ſumta, quæ de Ma-
gis ita loquuntur: Ingreſſi domū, ibidē cum matre Maria
puerum uiderunt: ſcribit conſentaneū eſſe, poſt id tempo-
ris, quo editus in lucem Dominus in præſepi reclinatus fue-
rit, inuentam fuiſſe domum quamdam, in qua Magi eum
uenera-

Stellā fuiſſe angelum.

Cur ſtella deinceps cō ſpici deſierit.

Theophylacti locus explicatus.

Ayuntamiento de Madrid

uenerarentur. Adeoq; palàm Theophylactus indicare uidetur, Magos Chriſtum in antro illo non conſpexiſſe, quo præſepe continebatur. Verùm Chryſoſtomus inter ſe tam ea, quæ de domo dicuntur, quàm quæ de præſepi, concilians: Vbi primùm, inquit, mater eum peperiſſet, in præſepi reclinauit. Quippe quòd magnæ hominũ copiæ cenſus cauſſa confluxiſſent, domum inuenire non potuerant. Eius rei teſtẽ citat Lucã, qui uerbis hiſce idem innuerit: Quia in diuerſorio locus non eſſet, in præſepi eũ reclinauit. Atq; inde pòſt eum ſublatum, in genua collocauit. Idem in earũ orationũ ſexta, quibus Euangelium Matthæi explanauit, in hunc modũ de Magis loquitur: Quum tuguriũ & præſepe, & faſcijs inuolutũ puerum, & matrẽ pauperẽ cernerent, quod nam obſecro regni ſignum uidebant? Et paulo pòſt: Quónam, inquit, pacto (dic mihi) ſtella tam arctũ præſepis & tugurij locum indicabat, ſi nõ relicto ſublimi ſe demiſit, & ſupra caput ipſius pueri conſtitit? Rurſum poſt hæc: Vbi iam adduxiſſet eos, ac iuxta præſepe ſtitiſſet, nõ amplius per ſtellam, ſed per angelum eos deinceps alloquitur. Itidem in oratione octaua de Magis ad uerbũ hæc tradit: Quid tandem eis perſuaſit, ut puerum ſummiſsè uenerarentur? Nec enim uirgo ſpeciem quamdam illuſtrem præ ſe ferebat, nec domus erat ſplendida. Et paulo pòſt: Nihil iſtic magnũ & inſigne conſpiciebatur, ex ijs quidem rebus, quæ ſenſu percipiebantur: ſed tantùm præſepe, ac tugurium, materq; paupercula, ut nimirum hinc nudam Magorum philoſophiam agnoſcas. De quibus omnibus animaduertas licet, Chryſoſtomũ id loci, quo præſæpe continebatur, & domũ, & tugurium, & ſpeluncam appellaſſe. Quamobrem hinc inde mens tua non obuagetur, ſed oratori huic aureo fidem habeat, qui tuba ſancti



Ayuntamiento de Madrid

ſpiritus fuit, ex auro ſolido ducta. Poſtquàm hoc, quo diximus, modo Chriſtus natus fuiſſet, octauo deinceps die circumciditur, & poſt XL dies in templum deportatur. Sic enim perſcriptum legimus: Completis purificationis diebus, ex lege Moſis, puerum Hieroſolymam tulerunt. Lex autem illa huiuſmodi eſt: Si mulier è uiro concepto ſemine marem pepererit, polluta eſto XL dies: ſin feminā ediderit, dies LXXX. Quamobrem quæſo ita ſunt hæc inſtituta? & cur tēpus hoc pollutioni præſcriptū, matri femellæ duplicatur? Theodoritus hac de re in hunc modum differit, nimirum pollutionis hoc tempus requietis cauſſa præſcriptum eſſe mulieribus, uti quæ magnopere grauentur, dum uterum gerunt. Quippe metu inquinationis lex maritos retrahit, néue ſuas uxores, id temporis adeāt, ſuadet. Et quia feminea ſoboles matrem moleſtia maiori adficit: (aiunt enim hanc citius in utero ſe mouere, quàm marem) iccirco femellas parientibus duplum pollutionis tempus eſt præſcriptum, ut hac ratione duplo quoq; longiorem requietē haberent. Hæc Theodoriti eſt ſententia. Diuinus autem uir ille Cyrillus ait, marem intra dies XL formam ſuā cōſequi, femellā uerò dies LXXX ad humanæ formæ expreſſionem requirere. Et quia maſcula ſoboles purificationis cauſſa die quadrageſimo, femina uerò octogeſimo ad templum deferebatur: apparet omnino per hæc ſignificari, quòd huiuſmodi formatio purgatiōe, quæ diuinitùs fiat, indigeat. Sic diuini patres hac de re diſſeruerunt. Ceterùm liber ille, qui parua Geneſis dicitur, haud ſcio cuius auctoris, Adamum quidem ait poſt XL dies paradiſum eſſe ingreſſum: Euā uerò poſt LXXX: eaq; de cauſſa poſt totidem dies tam mares quàm femellas in templo ſiſti. Verùm tu mihi librum hunc miſſum

Theodor. locus de pollutionis puerperarū tempore.

Cyrilli ratio.

ſum facito. Nam uera Moſis hiſtoria monſtrat, Deum die ſexto Adamum finxiſſe, ac mox in paradiſum collocaſſe. Conſimiliter Euam die ſexto de Adami coſta, quam ſumſerat, formatã, ſexto item die in paradiſum collocat. Et quidem poſt ſextum hunc diem nihil amplius cõdidit. Igitur, ut diximus, Hieroſolymam Ieſus defertur, tamquã & ipſe Moſaicæ legi ſubiectus. Poſt id temporis uerò, quemadmodum Chryſoſtomus cenſet, in Aegyptum fugit, ac inde Nazaretam reuertitur, ubi corporis incrementum accipit. Annos autem, ceu Lucas indicat, triginta iam natus, ad Iordanem ſe confert, & à Ioanne baptiſſatur. Atq; hoc tempore cunctis innoteſcit, incognitus antea. Nam niſi planè fuiſſet incognitus, non uates ille ſacerdotibus ac Leuitis ablegatis ad ſe dixiſſet: En medius inter uos uerſatur, quem uos ignoratis. Deinde pater eum cælitus per ſpiritum ſanctum cõmonſtrat. Atq; heic mihi uide quid ipſe Baptiſta dicat. Equidem, ait, non noram ipſum; uerùm qui me ad baptiſſandum ablegauit, is mihi dixit: In quẽ ſpiritum ſanctum deſcendere uideris, ille mihi cariſſimus eſt filius. De quibus ſanè uerbis admodum perſpicuũ eſt, ante ipſius ad Iordanem aduentũ, nemini Chriſtum fuiſſe notũ. Quippe ſi notus fuiſſet, præcurſor ille nõ dixiſſet, ſe ueniſſe propterea baptiſſatũ aqua, ut Iſraelicis Chriſtus innoteſceret. Idem rurſus ait: Vidi ego, ueritatiq; teſtimonium perhibui, eum Dei filium eſſe. Spiritus etiam ſanctus, dilecte fili, propterea deſcendit in Ieſum, ne quis exiſtimaret, Baptiſtæ cauſſa paternã diuinamq; uocem illam cælitus auditã eſſe: quamquam is baptiſſato longè maior eſſe uideretur. Nam & patre pontifice natus fuerat, & matrem habuerat antea ſterilem: deniq; maximũ illud erat, quòd Ieſum ipſe baptiſſaret, qui tamquam unus ex multis eò uenerat.

Refutatio paruæ Geneſis.

Chriſtus quando primùm innotuerit.



Ayuntamiento de Madrid

Etenim necdum ipſius conditio & ſtatus mortalibus nota erant, quemadmodum Ioannes ille Chryſoſtomus ait in orationum illarum, quibus Matthæi declarauit Euangeliū, duodecima. Quæ quum ita ſint, quumq; prorſus ante baptiſmum ignotus fuerit: hiſtorias illas, ubicumq; tamdē eas repereris, nimirum de aqua explorationis, deq; pontificatu, quē à Iudæis Chriſto delatum eſſe perhibent, flocci planè facito, proq; reiecticijs ducito. Nam ſi quid eiuſmodi antè contigiſſet, Ioannes Euangeliſta non dixiſſet: Hoc miraculorum initium Canæ in Galilæa Ieſus præbuit, ſuamq; maieſtatem declarauit, & ipſius diſcipuli fidem ei habuerunt. Etenim quamquā id quoq; tēporis, quum duodecim natus eſſet annos; illa de ætate loquendo, ad carnē quæ referenda eſt, in tēplū adſcendit, ſeq; palàm exhibuit: nō tamen diuinitatē ſuam iſtic hoc ipſo patefecit, quando nullū Hieroſolymis prodigiū id tēporis edidit, ſed tantū inſidentē labris ſuis gratiā cōmōſtrauit. Et ab eo tēpore rurſum in umbra quaſi quadam delituit, quemadmodū orator ille aureus in enarratiōe ſcripti per Ioannē Euāgelij loquitur. Secundū hæc, uidelicet poſt baptiſmū, ac editū Canæ miraculū, XII quidē numero diſcipulos eligit, at homines prorſus inopes & indoctos, nimirū piſcatores, litterarū doctrinæq; rudes, & plebeiæ cōditonis atq; ſtatus. Quibus nam obſecro de cauſsis iſtuc? ut quidquid ipſi præclarè dicerent atq; facerēt, id omne Dei poteſtati ſapientiæq; tribueretur. Atq; hoc illud ipſum eſt, quod Dominus ad Paulū pronuntiauit: Satis eſto tibi gratia mea. quippe mea uis & poteſtas in imbecillitate perficitur. Non dubium eſt autem, quin uerum ſit, Chriſti diſcipulos pauperes ac rudes fuiſſe. Nihilo tamen minus Epiphanius quidam Senior, in oratione ſua, quam de impollutæ Domini matris natiui-

Narrationes apocryphæ reijciendæ.

Epiphanius presbyter, non epiſcopus.

Ayuntamiento de Madrid

natiuitate dixit, Ioannem Zebedæi F. inquit poſt patris obitum poſſeßiones uniuerſas, quas Zebedæ habuerit, uendidiſſe: quumq; ſe cõtuliſſet Hieroſolymam, ſanctam eum Sionem emiſſe. Qua de cauſſa factum ſit, ut quoniã Ioannis emtioni Caiaphas adfuiſſet, deinceps pontifici notus perhibeatur. Quippe dimidium bonorum ſuorum pontifici dederat, reliquum dimidium in adornandum paſcha impenderat, hoc eſt, in cœnam illam Chriſti myſticam. Ideoq; Chriſtum, quum diſcipulis diceret, Ad certum illum hominem diuertite; Ioannem Theologum intellexiſſe tradit, apud quem deinde cœnam illam myſticam ſumſerint atq; permanſerint. At uerò Ioannes Chryſoſtomus adſerit tanta Zebedæum & filios ipſius inopia laboraſſe: ut etiã aliquando nauiculæ adſidentes uetera fractaq; retia conſuerint. Et qua nam obſecro fronte audet Epiphanius dicere, cœnam illam myſticã in Ioannis domo præparatam fuiſſe, atq; ipſum Ioannem eſſe, ad quem diſcipulos Dominus ablegauerit? Nam ſi Ioannes cum Petro præparandi paſchatis cauſſa certum quemdam ad hominẽ miſſus fuit, quemadmodũ Euangelica hiſtoria narrat; manifeſtò paret, Epiphanium hunc ſeniorem Euangelium non legiſſe; quod ſanè ſi prius legiſſet, Ioannem ad alterum illum certum hominem ablegatũ animaduertiſſet, nec illum fuiſſe, ad quem à Domino mittebantur. Ceterùm de Paulo nihil dicendum aliud, quàm quòd in numero diſcipulorum illorum XII non fuerit, quod tamen uulgus hominum exiſtimat. Tu illis opinionibus omißis, quæ ſacris in litteris tradita ſunt, retineto. Duodecim uidelicet diſcipulos Chriſtus ſelegit, quorum in numero Paulus nequaquam exſtitit. Nam quî referri poßit inter eos, quum à ſancti ſpiritus in apoſtolos deſcenſu primùm Chriſto acceſſerit? Ex duo-



Ayuntamiento de Madrid

decim uerò diſcipulis quum Iudas unus auaritiæ morbo corruptus, hoc ordine ac cœtu excidiſſet: poſt Domini adſcenſionem in cœlum Matthias in eius locum ſuffectus eſt, ſicut Actorum liber commemorat. Itaq; ſi qui Paulum in numerum illorũ XII referre uolunt, uel quis eo cœtu exciderit demonſtrent, in cuius ipſe locũ ſucceſſerit: (quippe ni quis exciderit, Paulus inter eos relatus fuiſſe dici nõ poteſt) uel Paulum facere de XII unum deſinant. Vtut autem cœtu illorũ XII compræhenſus non fuerit, nemo tamen alium quemquã apoſtolum ſupra Paulum collocabit, ut Ioannes ille Chryſoſtomus ait. Quippe ſi pro laboris ſui ratione merces etiã unicuiq; tribuetur, et ſi nullus illorum plus Paulo laborauit: quid obſecro dicendũ? Perſpicuum hinc profectò eſt, neminẽ eo maiorẽ eſſe. De his hactenus. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus poſteaquàm baptiſſatus eſſet, tum miracula quædã edere, ceu prius indicabamus, cepit: tũ docendi fecit initiũ. Quo factũ, ut populum ad ſe nõ exiguũ pertraheret, quam rẽ Pontificũ & ſcribarũ inuidia ſequuta eſt. Hinc iniuriarũ adſperſiones, & repræhenſionũ uſurpationes, quibus eum exagitabãt, Samaritanum appellantes, & genio malo obnoxiũ, et comedonem, & temulẽtum. Quinetiã lapidibus ipſum petebant, ac tum præſertim, quũ Lazarũ toto triduo mortuũ in uitã reuocaſſet. Quare non iam amplius audacter inter Iudæos uerſabatur, ſed in uicinã ſolitudini regionem, ubi opidũ erat, quam Ephræmam dicebant, ſecedebat, ibiq; cũ diſcipulis ſuis aliquãdiu, ceu Ioannes memoriæ prodidit, degebat. Poſt aliquot dies reuertẽti palmarũ cũ ramis occurrunt, eius miraculi cauſſa, quod in reſuſcitãdo Lazaro ediderat. Inde magna illa quarta feria apud Simonem Lazari patrem, cuius lepram ſanauerat, conuiuio excipitur:

qua

quo in cõuiuio mulier quædã, quæ corpore ſuo meruiſſet, unguento maximi pretij caput eius perfundit. Atq; heic prudẽter aduertito, mulieres quæ Chriſtũ unguẽto perfuderint, omnino tres fuerint. Harũ una erat illa, cuius mentionem Ioannes fecit, mulier certè præclara, Lazariq; ſoror. Altera uerò, quæ quum antea ſe proſtituiſſet, in domo Simonis Leproſi ad Chriſtũ acceßit, ut Matthæus narrat. Tertia uerò & ipſa meretrix erat, ut Lucas indicat, quæ Chriſtũ in ædibus Simonis phariſæi cõuenit, offenſi ea de cauſſa, ſecumq; uerba huiuſmodi proloquuti: Si uates hic foret, cognouiſſet quænam hæc ſit, quæ ipſum attrectauit. Scio quoq;, dilecte fili, quoſdã cõtentioſè diſceptare ac adſerere, transformationẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti magna illa quarta feria factã eſſe: uerùm ea ratio, qua nitũtur, mihi quidẽ uidetur parum eſſe probabilis. Nã ſi prodigium quidem iſtud in monte Thabore accidit, at uerò Dominus Hieroſolymis die magnæ illius quartæ feriæ in Simonis leproſi domo conuiua erat: manifeſtò patet, miraculum hoc transformationis nõ iſta quarta feria, ſed alio die quodam contigiſſe. Quippe quũ mõs Thabor ab Hieroſolymis interuallo duûm dierũ abſit, quo tamdẽ pacto dicẽt, uno eodemq; die Chriſtũ & in monte Thabore pariter, & Hieroſolymis fuiſſe? Poterat ille quidem ceu Deus efficere, ut eodẽ tempore tam heic quàm illic reperiretur: uerùm ne id pro re quadã imaginaria duceretur, ante paßionẽ tale quid facere noluit. Quapropter etiã pro cõmuni corporũ natura localiter hinc inde proficiſcebatur. Secundum hæc duos ex diſcipulis ad certum quemdam hominẽ ablegat, qui paſcha legale appararent, quod quidẽ ante paßionem comedit, ipſa magnæ quintæ feriæ ueſpera, quemadmodum Ioannes Chryſoſtomus inquit. Deinde accubãs, pane ac uino paſcha ſuum diſcipulis præbuit, quum his uerbis uteretur:

De Chriſti transformatione.

Chriſtus eodem tempore duobus in locis non erat.

Nouũ Chriſti paſcha.

Ayuntamiento de Madrid

uteretur: Sumite, comedite, hoc eſt corpus meum. Item, Bibite omnes, hic meus eſt ſanguis. Et quidem ante diſcipulos ipſemet proprium corpus atq; ſanguinem participauit. Quamobrem iſtuc? ne ſcilicet rurſum diſcipuli perturbarentur, quemadmodum antè acciderat, quum Chriſtum dicentem audiuiſſent: Niſi comederitis carnem filij hominis, & ſanguinem eius biberitis: uitam in uobis nullam habetis. quo quidem tempore ab eo recedentes, non amplius cum ipſo ambulabant, quòd dicerent uerbum iſtuc durum eſſe, quod audire nemo facilè poſsit. Quamobrem ne rurſum eiuſmodi quiddam ipſis accideret, ut qui carnem comeſturi, & bibituri ſanguinem eſſent: primus ipſe carnem ſuam deguſtauit, ut qui citra omnẽ uacillationem & ipſos hiſce rebus ſaturari uellet. Atq; hanc cœnam Dominus ad conſolandos diſcipulos inſtituit. Videbat enim illos non parum pauidis & fractis animis eſſe propter ſuã ab ipſis diſceſsionem. Itaq;, ceu dictum eſt, corpus & ſanguinem proprium cum ipſis communicat, hæc uerba ſubijciens: Hoc in mei recordationẽ facite. Inter alios & Iudas participat, eoq; facto ſe ad Iudæos confert, ut quæ à Domino acta fuiſſent, ipſis indicaret. Id enim ſignificare uolens auctor hiſtoriæ Euangelicæ, dixit: Simulac ſumſit bucceam, exiuit: quum quidem nox eſſet. Abit igitur ad eos, quibus cum pactus fuerat, ſe Dominum ipſis traditurum. Interim Dominus rebus ſuis poſtremùm inter diſcipulos ordinatis atq; diſpoſitis, in locum quemdam ſe recipit, proditori nõ ignotum. Is uerò coborte militum continuò ſecum ſumta, cum pontificum & phariſæorum miniſtris: eò cum lucernis & facibus aduolat. Ibi Chriſto eos interrogante, humi corruunt. Petrus Malcho auriculam abſcindit, quum caput homini abſcindere non poſſet, id quod ſtudioſè facere cona-

Chriſtus ſeipſum participauit.

Ayuntamiento de Madrid

conabatur. Tum his eum uerbis Dominus compellat: An non exiſtimas poſſe me patrem exorare modò, ut plures mihi quàm duodecim legiones angelorum ſuppeditet? At quo nam pacto conficerent, quæ fieri oportere ſacris proditum eſt litteris? Quæ ſanè Dominus ad diſcipulos ita protulit, ut metum eis incuteret, ac perſuaderet, ne quid eorum, quæ acciderent, curioſius ſcrutarentur. Nam ſi ſacris ita uiſum eſt litteris, ut patiendum mihi ſit: quî fit ut uos gladijs utentes, aduerſari uelitis? Poculum illud, quod pater mihi dedit, non bibam? Igitur colligatum uinculis Ieſum ad Annam primùm abducunt, ibiq; iudicio ſiſtitur, de doctrina & diſcipulis interrogatur: reſpondet ut par erat, quum alapam accepiſſet: Si malè loquutus ſum, inquit, teſtificare de malo: ſin bene, cur me cædis? Inde ad Caiapham ducitur, à Caiapha rurſus ad Pilatū. Atq; heic oſtendit Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptor, tota dimidia nocte interrogatum à Caiapha, nullius improbæ rei conuinci potuiſſe: ideoq; ad Pilatum à Caiapha miſſum eſſe. Ceterùm de galli cantu Marcus ita loquutum eſſe Dominum refert: Prius quàm bis gallus cātet, ter me negabis. Quippe quum uice prima negaret, primùm gallus cantauit: quū uerò negaret tertiùm, gallus ſecundò cecinit. Hoc modo accuratius ille imbecillitatem Petri expoſuit, re tota de ipſius magiſtri ſui narratione cognita. Fuit enim Marcus Petri ſectator & diſcipulus. Matthæus autem, quum ait, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis: totum galli cantum indicare uoluit, uidelicet primum, qui diuerſis editur uocibus, & ſecundum, et tertium. Quapropter quū Matthæus inquit, Prius quàm gallus cantet, me ter negabis: huiuſmodi quiddam dicere uidetur, futurum ſcilicet ut Petrus eum ter prius negaret, quàm galli cantus finem haberet.

Ayuntamiento de Madrid

ret. Poſteaquàm in Dominũ Pilatus inquiſiuiſſet, tergum ei loris implexis cæditur. hoc enim uocis flagelli eſt ſignificatum. Deinde ad crucifigendũ traditur. atq; hæc omnia per importunam animi deiectionem in Pilato acciderunt, qui Iudæos reuerebatur, accuſantes Dominum tamquam hominem ſeditioſum. ideoq; ſuas etiam pœnas ille commeruit. Quippe quum poteſtatẽ eius abſoluendi haberet, ut qui dicere non dubitaret, ſe habere poteſtatem ipſius uel dimittendi, uel crucifigendi: quod facere poterat, non præſtitit. Formidabat enim Iudæos clamantes: Si iſtũ abſoluis, nõ es Cæſaris amicus. Quare non dubium eſt, eum condemnatũ eſſe, de ipſis etiã Domini uerbis hoc ipſo nõ obſcurè apparente, quũ ait: Qui me tibi tradidit, in maiore culpa eſt. Ceterùm Ioannes hiſtoriæ ſcriptor Euangelicæ tempus indicare uolens, quo tempore Pilatus in loco quodam conſederit, qui Lapidipauium diceretur, ut Ieſu cauſſam cognoſceret: ait factũ hoc fuiſſe in præparatione Paſchæ, hora ferè ſexta. Cur ſextus hic dies ſeptimanæ ab euangeliſta Paſchæ præparatio dicitur? Eius rei cauſſam tibi perſpicuè ſubijciam. Quemadmodũ Sabbatum dies ſeptimanæ ſeptimus eſt, & nihilo minus Sabbatũ uocatur, hoc eſt, requies, propter requietem, qua tũc à quibuſuis operibus abſtinebant, otium agentibus eo die mancipijs, iumẽtis, & ceteris omnibus: ſic præparatio dies eſt ſeptimanæ ſextus, & præparatio propterea nuncupatur, quòd in eo Iudæi præpararent omnia, quibus uſuri per Sabbatum erãt: quo die nec ignẽ accendendi facultatẽ habebant, nec congerendorũ lignorũ, nec cibos adeò coquere licebat. Quæ omnia quòd die ſexto appararẽtur, nomẽ ille præparationis accepit. Igitur quũ Ioannes Euangeliſta diẽ hunc præparationem paſchæ uocat, apertè oſtendit, Iudæos eo tempore

ſe ad

Ayuntamiento de Madrid

ſe ad Paſchæ feſtũ ex præſcripto legis præparaſſe. Quippe poſt horam ſextam, die menſis quarto decimo, fermentati panes omnes igne concremati è medio tollebantur, & infermentati de more præparabantur. Quæ quũ ita ſint, manifeſtò licet intelligere, id quod Chriſtus diſcipulis porrecto pane ac uino dederit ipſa magnæ quintæ feriæ ueſpera, fermentatũ fuiſſe. quippe necdũ id tẽpus appetierat, quo non fermentatis panibus utendũ eſſet, ut hominũ uulgus exiſtimat. Eorum tu ſermonibus ualere iuſsis, feriei ſacrorum oraculorum inhæreto. Nam quòd magnæ quidem præparationis ueſpera, nõ autẽ magnæ quintæ feriæ mactandus fuerit agnus: quũ alijs multis ex argumentis colligi perſpicuè poteſt, tum uerò inprimis ex illis, quæ nũc indicaturi ſumus. Diẽ illũ, ſub cuius ueſperã paſcha mactabatur, & infermentatorũ panum diẽ, & conſimiliter etiã paſchæ uocabulo appellare ſolebant, nimirum ab eius ueſpera. Nam quia mactabatur agnus, & infermẽtati panes comedebantur ipſa diei decimiquarti ueſpera: iccirco etiã dies hic quartuſdecimus tum paſchæ, tum azymorum nomen habebat. Has autem appellationes & magnæ præparationis diei tribui ſolere deprændimus. Et animis, ſi lubet, ijs aduertito, quæ dicturi ſumus. Primus azymorum dies uocatur magna quinta feria, ut qui diem azymorum proximè antecederet. Quemadmodum enim Marcus magnæ præparationis diem uocauit Anteſabbatum, uti quæ ſabbatum præcederet: ſic & magnam illam quintam feriam Matthæus primam azymorum dixit, uti quæ azymorum dies proximè antecederet. ſic enim aurea lingua præditus orator colligit. Eodem modo Lucas etiam dicens aduentaſſe, hoc eſt, appetijſſe diem azymorum: ſignificare prorſus idem, quod Matthæus, uoluit. Denique

Chriſtum in cœna fermentato uſum pane.

Chriſtus diem agni mactandi anticipauit.

Ioannes

Ayuntamiento de Madrid

Ioannes quum ante paſchæ feſtum cœnam peractam ſcri-bit, diem præparationis hoc paſchæ uocabulo denotat. Licet hoc de uerbis apud ipſum deinceps ſubiectis intelligere. Sic enim ait: Ipſi in prætorium nõ intrarunt, ne polluerentur, ſed paſcha ueſcerentur. Et rurſum: Eſt uobis is mos, ut unum uobis in paſcha condonem, uidelicet nunc imminente. Præterea tempus indicans, quo tempore Pilatus in loco quodam conſederit, qui Lapidipaulum diceretur: Erat, inquit, paſchæ præparatio, hora ferè ſexta. Hinc ulterius progrediens: Erat enim, ait, magnus atq; celebris ille dies Sabbati. At uerò magnum & celebrem hunc diem non dixiſſet, ſi primus dies azymorum in Sabbatum illud non incidiſſet, qui ſanè dies ſanctus etiam in lege uocatur. Hæc autem omnia clarè oſtendunt, in more fuiſſe, ut ad præparationis ueſperam paſcha citra controuerſiam mactaretur. Nam iccirco diem hunc euangeliſta præparationem paſchæ nuncupauit, uti quo res ad imminentem paſchæ diem neceſſariæ præpararentur. Itaq; citra omnem aduerſationem apparet mactari ſolitum fuiſſe agnum ipſa præparationis ueſpera. Nam ni res ita ſe haberet, Ioannes Euangeliſta prius non dixiſſet: Ipſi in prætorium non intrarunt, ne polluerentur, ſed paſcha ueſcerẽtur. Vide quid magnus ille Cyrillus dicat, quum huiuſmodi uerbis hæc uelut obſignando confirmat: Quum figuram honorificè colerent, hoc eſt agnum, ideoq; ingredi nollent in prætorium: ueritatem ipſam, uidelicet Chriſtum, cõtumelijs adficiebant. Nam ex lege paſcha mactari debebat, quæ tamẽ lex parum apud ipſos habebat roboris & auctoritatis. Quæ quum ita ſint, perſpicuum eſt eos uana dicere, qui ad ueſperam magnæ quintæ feriæ mactari ſolitum fuiſſe typicum illũ agnum tradunt. Dum enim panum infermentatorum

Ayuntamiento de Madrid

ſtatorum uſum probare inſigni contentione nituntur, maleuolè ueritatem deprauare conantur. Neq; mihi hoc loco Ioannem Chryſoſtomum oppoſueris, qui in orationum illarum octogeſima quarta, quibus orationibus Euangeliũ Matthæi explanauit, Iudæos ait Chriſto præter exſpectationem potitos, etiam paſchæ feſtum negligere non dubitaſſe, quòd in illum diem incidiſſet. Nimirum habes alia eiuſdem uerba in explicatione Euangelij à Ioanne ſcripti, quum dictum hoc declarat: Ipſi non intrabant, ne pollucrentur, ſed paſcha ueſcerẽtur. Heic enim opinionem iſtam prorſus euertit. Quapropter quũ nos uerba diuini huius uiri à ſe inuicem non parum diſcrepantia, ſatis examinare nequeamus: tacitè uenerari potius ea decreuimus. Ac fortaſſe magis rationi conſentaneũ fuerit, ultimo loco ab ipſo perſcripta retineri, quòd ea cũ reliquorum patrum enarrationibus conſentire uideantur. Ait enim, Chriſtũ paſcha comedendo diem unum anticipaſſe, mactationem ſuam ad diem præparationis differentẽ, quo die paſcha legale mactari conſueuerit. Fuiſſe autem illud, quod in cœna Dominus apoſtolis præbuit, panem fermentatum, non fermenti expertem, ut illi adſerunt: idẽ hic diuiniſſimus uir clariſſimè ſignificat. Nam de ueteri nouoq; fœdere uerba faciens: Iſtic, ait, littera erat: heic ſpiritus. Iſtic arca, heic uirgo. Iſtic Aaronis uirga, heic crux. Iſtic agnus, heic Chriſtus. Iſtic infermentata, heic panis. Hæc quodam in compẽdio, ceu uides, perſcripta tibi ſunto. Tempus enim non patitur, ut diutius de rebus hiſce commentemur. Deinceps Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad crucifigẽdum traditur: tu quæ conſequuta ſint, uide. Nam ab hora diei ſexta tenebræ terram uniuerſam occuparunt ad horam uſq; nonã, Deo (ceu credi par eſt) propter ea, quæ deſignabantur, indignante.

Chryſoſtomi uerba.

u Non

Non enim ſolis defectum accidiſſe, quemadmodum Chryſoſtomus ait, ſed rem totam ab ira & indignatione diuina profectam fuiſſe: licet ex ipſo etiã tempore colligere. Durauit enim hæc caligo tres horas, quæ ceteroqui fieri ſolet in uno temporis momẽto. Hæc Chryſoſtomi eſt ratio. Diuinus autem uir ille, Dionyſius Areopagita, nõ ita ſimpliciter, ſed per obiectionẽ corporis lunaris, ſolem uelut obſtruentis, uniuerſales haſce tenebras exſtitiſſe nouo quodã & inuſitato modo tradit. Nã ad Polycarpum hierarcham de eo perſcribens, quòd Apollophanes Sophiſta Chriſtianam religionem non amplecteretur, ad uerbum hæc profert. Dicito autem ei, nimirum Apollophani: Quid de illa cenſes eclipſi, quæ ſalutiferæ paßionis tempore accidit? Nos enim ambo id temporis Heliopoli unà eramus, et eodem in loco cõſiſtentes lunam inuſitato modo in ſolem incidere cernebamus. Quippe non illud coitionis eorum ſiderum tempus erat. Deinde rurſus eam conſpiciebamus ab hora nona uſq; ad ueſperam ratione quadam ultranaturali eò reuerſam, ut oppoſitum ſibi ex diametro ſolem haberet. Quinetiam ipſe adeò tum tẽporis perculſus metu quodam obſtupuit, ut ad me conuerſus diceret: Hæc, Dionyſi, rerum diuinarum ſunt uiciſſitudines. Hũc in modum hac de re Dionyſius. De ijſdẽ tenebris ſalutiferæ paſſionis tempore obortis, etiam Zacharias uates admiranda quadam ratione loquitur. Illo, inquit, die lux nulla exiſtet, quo uidelicet Chriſtus in crucem agetur: ſed toto die frigus ac gelu durabit, quem quidẽ diem Dominus nouit. Deus enim omnia prius cognita habet. Nõ is dies erit, nec item nox. Nimirũ appellari dies propriè nõ poterat, propter illas trium horarũ tenebras: nec reapſe nox erat, propter eam lucem, quæ ſextam horam anteceßit, & nonã eſt

Ex Dionyſij ad Polycarpum epiſtola.

ſubſe-

Ayuntamiento de Madrid

ſubſequuta. quod ipſum quoq; uates innuens, ſubijcit: Sub ueſperam lux erit. Neq; tantum hæc, dilecte fili, ſic à uatibus expoſita ſunt: uerumetiã in multis Græcorũ monumẽtis & cõmentarijs reperiũtur, qui eo tempore tradũt terræmotũ ingentẽ accidiſſe, tantasq; tenebras, ut ipſa quoq; ſidera conſpicerentur. Protulit tum Chriſtus in cruce uerbum iſtuc uatis: Mi Deus, mi Deus, cur me deſeruiſti? protulit autem uocibus hebraicis huiuſmodi: Eli eli, lama ſabachthani. Cur iſtuc? ut Iudæi ea intelligerẽt. Illi uerò tanta furebant petulãtia & procacitate, quemadmodũ Chryſoſtomus ait, ut ipſum exiſtimarent Eliam uocare. Verùm ea uox & templi uelum diffidit, & aperuit ſepulcra: quæ tametſi cernerent homines illi ſtolidi, prorſus tamẽ intelligere nolebant. Immò etiam uerbis huiuſmodi obganniebant: Deſcendat de cruce, ut ea re uiſa fidẽ ipſi habeamus. Verùm ipſe in cruce manẽs, ut Chryſoſtomus inquit, quod ab eo poſtulabatur, in ſuorũ ſeruorum corporibus excitatis à morte, quadã uelut ex abundãtia declarabat. Quamquam enim magnũ aliquid fuit, Lazarũ toto iã quatriduo mortuũ è ſepulcro exire: lõgè tamẽ maius id erat, ꝙ multi iã olim uita functi ſubitò uiui cõſpicerentur. Factũ aũt hoc omnino eſſe, licet ex hiſce Matthæi uerbis cognoſcas: Multa corpora ſanctorum, qui obdòmiuerãt, ſuſcitata ſunt, & ipſi urbẽ ſanctã ingreßi, poſt reſurrectionem eius à multis ſunt cõſpecti. Quibus uerbis operæ pretium fuerit, te diligẽtius animũ aduertere. Nã ſi de Ioannis Chryſoſtomi ſententia, Chriſto adhuc cruci ſuffixo corpora iſta ſunt reſuſcitata: quî fit, ut Euãgelicæ auctor hiſtoriæ dicat, ea poſt Chriſti è mortuis reſurrectionẽ apparuiſſe? Vereor equidẽ, ne ꝓ uocabulo Eius, legendũ ſit Eorũ. Nã illa corpora poſtquàm à mortuis reſuſcitata erãt, urbẽ ſanctã ingreſſa

Cur Chriſto moriente mortui reuixerint.

Diuerſitas lectionis adnotanda.



Ayuntamiento de Madrid

ſunt, & multis apparuerunt. Tunc & illud uatis oraculum finem habuit, quod uinculis alligatos exire iubet, & in tenebris uerſantes lucem accipere. Fuit autem hora ſexta, quemadmodum litteræ ſacræ ſignificãt, Dominus crucifixus: nona uerò, ſpiritum ſuum in manus paternas depoſuit. Ad orcum deſcendiſſe quum ſanctam ipſius audis animam, noli obſtupeſcere, neq; dicere, fieri haudquaquã potuiſſe, ut eadem anima migraret ad orcum, & paternis in manibus deponeretur. Quippe Dei manus, uidelicet illa continẽs omnia uis & poteſtas, tum in cœlo eſt supernè, tum in terris deorſum: neq; adeò ipſis ab orci angulis umquam abeſt. Quo fit, ut ſi maximè ſancta Chriſti anima id temporis ad orcum ſit profecta: minimè tamen à ui poteſtateq; illa, ceu diximus, omnia continente abfuerit. Immò dicendum potius, potentiam patris ipſum eſſe Chriſtum, quemadmodum Paulus loquitur. Deponit igitur animam ſuam paternas in manus, ut hoc modo cunctis iuſtorum animabus iter ad ſuperna cæleſtiaq; largiretur. Non enim gratis & fruſtra pro nobis eſt mortuus. Ad orcum uerò deſcendit, ut etiam ijs, qui iſtic detinerentur, prædicaret, ac religioſam illam pietatem docendo commonſtraret, quam prius ignoraſſent. Fidem hac in parte ſummo illi Petro habeto, qui de rebus hiſce in hunc modum diſſerit: Etiam ſpiritibus, qui erãt in carcere, prædicatum iuit, qui antea fidem non habuerant. Quæ ſanè uerba ſequutus Gregorius ille Theologus, in hunc modum hac de re diſputat: Num quæſo conſpectus in orco ſaluauit omnes Dominus, an eos tantùm, qui crediderant? Noli ſcilicet hac de re ambigere. Quemadmodum enim hominibus in terra degentibus lætum pacis nuntium expoſuit, & credentibus quidem ſalutis exſtitit auctor, incredulis uerò propriæ

De Chriſti ad inferos deſcenſu.

Cur Chriſtus animã ſuam in patris manus depoſuerit.

Ayuntamiento de Madrid

propriæ incredulitatis index, ut Ioannes Damaſcenus loquitur: ita cum ijs etiam egit, qui erant in orco. Nec mirum, dilecte fili, tibi uideatur, quaſdam in orco detentas animas prædicationem Chriſti nequaquam admiſiſſe. Sicut enim accidiſſe uidemus, ut Deo Pauli cauſſa ſuccutiente ipſa carceris fundamenta, cuſtos quidem ipſe carceris continuò fidem amplecteretur, at reliqui uinculis adſtricti ſua perſiſterent in incredulitate, quamquã pedicas ſuas ferreas ſubitò diruptas laceratasq́; cernerent: ita putato cum ijs etiam actum fuiſſe, qui orco detinebantur. Quòd ſi cauſſam quoq; cupis cognoſcere, qua de cauſſa Seruator etiam ijs animabus prædicauerit, quæ erant in orco; ſcito illam hanc eſſe. Naturam noſtram Seruator adſumſit anno ab orbe condito IↃↃIↃ. Quamobrem iſtuc? quòd eo tempore ad lucem ea perduceretur, quæ myſterio Chriſti ſeruitura erat, ut magnus ille Baſilius inquit. Etenim uitioſitatis morbus, ceu Nyſſenſis ille Gregorius loquitur, qui ab initio naturam humanam inuaſerat, uigorem iam ſuum amiſerat. Quippe gentes nunc per uocationem crediturae erant, uti magnus etiam Paulus ille uerbis hiſce ſignificat: Poſteaquàm plenitudo temporis aduenit, filium ſuum Deus ablegauit. Rectè igitur anno iam indicato carnem Dominus adſumit, quòd eſſet is ad hãc rem omnino appoſitus atq; commodus. Quia uerò nõnulli eorum, qui uitã in pietatis ignoratione ſuam clauſerant, tam egregijs erant animis præditi, ut uocati omnino acceſſuri fuiſſent, & Euangelium de Chriſto amplexuri, ſi quidem eum ſuperioribus ſæculis cum carne in terris degentem conſpexiſſent: propterea non recuſat etiam ad orcum deſcendere, ac detentis iſtic animabus prædicare, ut hoc modo nemini ullus ſe purgandi locus relinqueretur, nec uel

Cur ad inferos deſcenderit.

5500.



Ayuntamiento de Madrid

boni ſuam bonitatem perderent, uel mali reſpondere uer-bis huiuſmodi poſſent: Si uidiſſemus, omnino adhibuiſſe-mus fidē. Hæc de his dicta ſunto. Ceterùm Iudæi ne in cru-ce corpora per ſabbatum manerent, quando tum præpa-rationis dies erat, omnino celebris atq; magna: exorato precibus Pilato Ieſum de ligno dimittunt, isq; nouum in monumentum deponitur. Heic quoq;, dilecte fili, ſapien-tiam mihi diuinam intuere. Quippe ne crucis beneficio ſpoliaremur, ne'ue ſacroſanctum illud Domini corpus Iu-dæi uel igne uel mari perderent, furore uidelicet conſueto uſi: Auguſtum Cæſarem excitat, ut mundū uniuerſum cen-ſeret. quo facto, Hebræorum natio Romanorum in pote-ſtatem deuenit. Propterea captum ab ſe Dominum Pilato ſiſtunt, qui prætoris apud ipſos munere fungebatur. Ita poteſtas eis ademta eſt, quo minus ex animi ſui libidine cum ipſo agerent. Etenim ſi permiſſum hoc eis fuiſſet, uel lapidibus ad mortem uſq; Chriſtum obruiſſent, uel ſerra lignea diſſecuiſſēt: eoq; pacto nobis cuſtos illa noſtra crux periiſſet. Quippe ſi amicum Ieremiam in uoraginem lu-toſam abiecerunt: quid non in ipſum Domini corpus de-ſignaſſent, ni lege Romana repreſſi fuiſſent? Hac igitur de cauſſa cenſus inſtitutus fuit, & egregiè ordinata reſ-publica, ut Domini quoq; corpus expers ſepulturæ non foret. Memini etiam, dilecte fili, te mecum multa de tridua-na Domini ſepultura contuliſſe: quum trium dierum heic ſpatium metiri non poſſes. Velim te autē hac in parte opi-niones plerorumq; miſſas facere, tamquā humanarum ra-tiocinationum inuēta. Potius Iſidoro Peluſiotæ fidem ad-hibeto, qui huiuſmodi quædam tradit. Quod in iis facere conſueuimus, qui uita deceſſerunt, ut quacumq; tandem hora quis moriatur, modò dies alter intercedat, eum ſum-

Cur Romanis Iudæos Deus ſubiecerit.

Computatio dierum ſepulturæ Chriſti.

mo tertij

Ayuntamiento de Madrid

mo tertij diei mane triduo iam mortuum perhibeamus:
idem quoq; de Chriſto cogitare nos oportet. Nam is ipſo
præparationis die ſpiritum Deo tradidit. Dies igitur hic
unus eſt. Sabbatum totum in ſepulcro manſit. En diem alterum habes. Deinde quum iam dominicus dies diluxiſſet, è ſepulcro reſurgit. En diem tibi tertium. Hæc uera dabis, ſi Lucæ uoles & Cleopæ credere, qui ad ipſum Chriſtum aiunt: Accedit ad hæc omnia, quòd tertius hic dies agitur, ex quo hæc facta ſunt. Citius autem aliquanto Chriſtum è ſepulcro reſurrexiſſe, culpam omnino nullam meretur: ſed potius hoc nomine magis etiam ab omnibus eſt adorandus, quòd præſtita toleranter promiſſione, certi temporis ſpatio definitá, celerius reſurrectionem ex mortuis ſuam maturauerit. In hunc modum diuinus ille uir, quem diximus, hac de re diſſeruit. Ioannes autem Chryſoſtomus ait, Chriſtum etiam ualde in eo præclarè feciſſe, quòd ante dies tres completos reſurrexerit. Etenim ſi eo ipſo tempore non reſurrexiſſet, commorantibus adhuc iſtic militibus, ſepulcrumq́; cuſtodientibus, adeoq́; ſi milites illinc tertio die diſceſsiſſent: homines improbiſsimi fortaſſe nonnihil habuiſſent, quo ſe purgarent. Quapropter reſurgendo ipſos anteuertit, quòd oporteret omnino illis adhuc ſepulcrũ obſidentibus reſurrectionem fieri. Quod ſi accidere debebat, neceſſariò intra diem tertium ipſi à mortuis reſurgendum erat. Quippe ſi facta reſurrectio fuiſſet triduo iam præterito, & illis à ſepulcro digreſsis: omnino res ſuſpecta fuiſſet. Hac ipſa de cauſſa Pilatũ concedere uoluit Deus, ut ſigillo ſepulcrũ obſignaretur. Quæ quũ ita ſint, caue in diuinarum litterarũ uerba curioſius inquiras, neúe tres integros dies cũ tribus noctibus in ſepultura Chriſti ac Seruatoris noſtri deſideres:

Chryſoſtomi ratio.



Ayuntamiento de Madrid

præſertim quum Iſidorum planè diuinũ hominem habeas, qui ſpatium hoc tibi metitur. Sexta præparatorij diei hora Dominus eſt crucifixus. Ab hac ad nonam uſq; horam caligo exſtitit. Eam tu mihi pro nocte ducito. Rurſus ab hora nona uſq; ad ueſperam lux fuit. Hic iterum tibi dies eſto. Quamobrem iam integrum diei noctiſq; ſpatium habes. Sequuta eſt diem præparationis nox, indeq; dies ſabbati: quæ duo rurſum diei noctiſq; ſpatium integrum conſtituunt, ut iam dies duos totidemq; noctes habeas. Poſt hæc ſabbati nox, & Dominici diluculum, noctem diemq; ſimiliter efficiunt: quod iam diurnum nocturnumq; ſpatium tertium erit, quo Dominus reſurrexit: quamquam incerta fuerit hora reſurrectionis eius, ſicut & de alterius aduentus hora nemo certus eſſe poterit. Memini uerò dilecte fili, te inter alia de hoc etiam quæſiuiſſe: Quamobrem ſcilicet Domini ſepultura triduana fuerit, non maioris uel minoris interualli? Nimirum pro uniuerſa hominum natura Chriſtum mori oportebat, pro ijs ſcilicet, qui iam antè in fata conceſſerant, pro uiuis adhuc, & pro exſtituris aliquando. Quippe tria quoque tempora ſunt, præteritum, futurum, præſens. Eos qui iam deceſſerant, ſeruauit, ad orcum deſcendens: ſuperſtites autem id temporis, ut qui credidiſſent in ipſum: exſtituros deniq; aliquando, tamquam in apoſtolorum prædicationem credituros, & baptiſmum conſequuturos. Si ergo totam naturam noſtram adſumſit, perſpicuum eſt, etiam totam naturam noſtram ipſum refinxiſſe. Quamobrem Domini ſepultura non abs re triduana fuit. Hoc modo ex mortuis Dominus reſurgit, ſed non ſtatim ad cælos ſubuehitur. Nam de magni Athanaſij ſententia, propterea dies in terris XL commoratus eſt Dominus, quòd diſci-

*Cur Domini ſepultura triduum cõplexa ſit.*

*Cur non mox in cælum Dominus adſcenderit.*

Ayuntamiento de Madrid

diſcipulos confirmare uellet. Iccirco ſe conſpiciendum eis interdum præbet, amicè pacificeq́; cum eis loquitur, cicatrices in corpore diuino cõmonſtrat, comedit atq; bibit unà, cetera deniq; facit omnia, quæ ad confirmandos imbecillos aliquid adferre momenti poſſent. Primum omnium à duabus mulierculis conſpectus eſt, quo tempore pedibus illæ cõpræhenſis eum amplectebantur. Deinde ſoli Magdalenæ apparet, hinc Petro apoſtolorum principi, uel ipſo Paulo teſte, qui ait: Reſuſcitatus ex mortuis Dominus, primò à Cepha conſpectus eſt. Secundum hæc conſpectus eſt à Luca & Cleopa: conſpectus à diſcipulis decem; conſpectus ad undecim: ab ijſdem conſpectus in Galilæa; conſimiliter ad Tiberiadem; conſpectus à Iacobo Chriſti Dei fratre: cõſpectus à pluribus, quàm quingentis hominibus: conſpectus deniq; poſtremum ab eis in oliuarum monte, ubi etiã à terra ſublatus eſt, poſt diem, ceu diximus, quadrageſimum. Quòd ſi iam illud quoq; cognoſcere cupis, quamobrem poſt excitationem de mortuis, dies illos XL in terris egerit, non plures uel pauciores: en magnus Epiphanius hanc tibi dubitationem paucis diſſoluet. Quo pacto, inquit, Chriſtus ſtatim à natiuitate ſua reclinatus eſt in præſepi, faſcijs inuolutus, poſt quadrageſimũ diem ad templum deportatus, ac ſecundum Moſaicæ legis præſcriptum oblatus Deo: ſic etiam tum, quũ primogenitus mortuorum factus eſſet, dies in terris XL commoratur, atq; ita deinde ſupernam Hieroſolymã reuertitur, coràm uultu Dei noſtra cauſſa compariturus. Perſuadeat hoc ipſe tibi Paulus, quum ait: Non in ſacraria manu facta Chriſtus ingreſſus eſt, quæ uerorum ſacrariorum ſimulacra ſunt: ſed in cælum ipſum, ut modò noſtra cauſſa coram Dei facie compareat. Poſteaquàm uerò adſumtus fuiſſet Dominus,



Ayuntamiento de Madrid

nus, decem elapſis diebus, ſanctus ille ſpiritus è cælo deſcendit. Factũ hoc eſt decimo pòſt die propterea, quòd numerus denarius ſit perfectus. Quoniam igitur ſpiritus ſanctus icc irco demittebatur, ut imperfectos adhuc diſcipulos, perfectos efficeret: ea de cauſſa in perfecto quoq; numero, decimo nimirũ die ſuper eos deſcendit. Quòd autẽ ex imperfectis diſcipulis perfectos effecerit, ſummus ille Petrus ſatis oſtendit. Nã ſi hunc diligẽter inſpicere uoles, uidebis illum à miſera territũ ancillulla magiſtrũ ſuum tribus uicibus negaſſe. Deinceps uerò cõfirmatus à ſancto ſpiritu maxima cũ fiducia & oris libertate medio in populo perorabat, omnibusq; perſuadebat, ut ad Chriſtum citra dubitationem omnem accederent. Poſt diem ergo, ceu diximus, quinquageſimũ à Chriſti de mortuis reſurrectione, ſpiritus ſancti deſcenſus accidit. Quamobrem illud? quia uetus etiam lex quinquageſimo die poſt Dei patefactionẽ data fuerat. Nam ut diuinus ille uir Ioannes Chryſoſtomus ſcripſit, uel potius teſte Moſis, Dei ſpectatoris, hiſtoria: dies ab exitu Hebræorum ex Aegypto L elapſi erant, quum perſcriptas diuinitùs tabulas Moſes accepit. Quare ſi priſca lex illa data fuit intra diem quinquageſimum, oportebat omnino eadem die ſancti etiam ſpiritus gratiam dari. De quo, fili dilecte, colligi poteſt, tam in priſco, quàm nouo fœdere nobis oſtendi, quòd natura diuinitatis indiuiſa ſit, ſanctusq; ſpiritus tam id temporis, quàm modò legem promulget. Conſpectæ ſunt autem in apoſtolis linguæ uelut igneæ, diſpertitæ. Cur obſecro linguæ conſpectæ ſunt? Quia prædicatione opus erat, & ut ipſa figura declararet effectionem, quemadmodum aureus ille noſter orator inquit. Quippe piſcatores erant apoſtoli, & ui orationis ad prædicandum egebant. Diſpertitas autem

Cur quinquageſimo die ſpũs ſanctus miſſus.

De linguis diuiſis.

fuiſſe

Ayuntamiento de Madrid

ſuiſſe dicit, quòd ignis uniformis diuidi uideretur, ac in apoſtolos diſtribui. Et ignis ille non ipſe ſpiritus erat, ſed uis quædam ſpiritus. Atq; hæ linguæ non in eorum ora fuerunt immiſſæ, ſed capitibus inſidebant. Nam hoc modo apoſtoli confirmabantur & conſtituebantur quaſi quidam mundi principes & præcones. Nam uides hodieq; morem illum obtinere, ut pontificis confirmandi capiti Euangelium imponatur: quod ubi fuerit impoſitum, nihil eſt uidere aliud quàm capiti linguam talem incumbentem. In ignis autem forma conſpectus eſt ſpiritus, propter illum, qui dixit: Ignem in mundum immiſſurus ueni, propter excreſcentia ſcilicet, quaſiq; ſilueſcentia nimium uitia. Sedit autem in eorum quolibet. Quiſquis igitur Dei miniſterium obit, thronus atque ſolium Dei eſt. Nam ea de cauſſa dicitur, ſpiritum in eis conſediſſe. Atque hoc modo repleti fuerunt omnes ſancto ſpiritu, cœperúntque loqui linguis alijs, prout ſpiritus ille dabat eis loqui. Propterea dicebant adſtantes: An non ecce omnes iſti, qui loquuntur, Galilæi ſunt? Quomodo igitur nos audimus eos ſua quiſque lingua, in qua nati ſumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & ceteri. Quindecim uerò linguarum dona tunc acceperunt apoſtoli, quemadmodum Chryſoſtomus inquit, ad uſum illorum, qui præſentes erant. Quid enim opus fuiſſet lingua Perſica, uel alijs, non præſentibus ijs, qui uterentur? Et fuerunt omnino linguæ quindecim propterea, ut hinc intelligeretur ſacroſanctæ Trinitatis efficacitas, cum miniſtris XII coniuncta. Videre tum erat Petrum, qui Galilæus eſſet, Romana lingua utentem, quam numquam antea diſcendo percepiſſet: itidémque ſingulos reliquorum peculiari quadam lingua loquentes.

Quid ignis ille fuerit.

Mos ueterũ in confirmatione.

XV linguarũ dona.

Ayuntamiento de Madrid

quentes. Hoc enim ſpiritus ſanctus ſingulari quodam con ſilio ſic adminiſtrauit, ne qua inter apoſtolos eſſet ea de re diſcordia, quò ſcilicet unicuiq; abeundum foret. Ideoq; ſin gulis ſua in lingua data eſt quædam quaſi norma & regu la. uerbi gratia, Romana uteris lingua? Romam igitur a- bito. Perſicè loqueris? ad Perſas proficiſcitor. Hanc igitur in certa lingua regulam acceperunt. Rurſum uerò, quia Romam profecturis per nationes multas iter faciundũ e- rat: iccirco linguas alias tamquam opitulatrices prioris accipiebant, quum illam primam ordinationis quaſi loco haberent. Videmus enim ſingulos apoſtolos etiam diuer- ſis uſos fuiſſe linguis, ut quibus uariæ nationes peragran- dæ fuerint. Licet hoc de Pauli uerbis hiſce colligas: Ago Deo meo gratias, quòd magis quàm ueſtrûm quiſquã lin- guas teneo peregrinas. Ceterùm id temporis etiã diuiniſſi- mi Ioelis uaticinio reſpondit euentus, cuius quidem hæc ſunt uerba: Perfundam meo ſpiritu omnem carnem, uideli cet credentẽ. Nõ enim apoſtoli tantùm linguis peregrinis loquebantur, ſed etiã ceteri omnes, quotquot baptiſſaban tur ab ipſis, donum eiuſmodi cõſequebantur. Atq; hoc il- lud eſt, quod Dominus dixit: Signa credentes hæc comita- tabuntur. In nomine meo genios expellent, & linguis no- uis inuſitatisq; loquentur. Vide quid uiris illis XII acci- derit, qui Epheſi degentes, ut Lucas commemorat, baptiſ- ſati quidem erant in baptiſmum Ioannis: nondum tamen ſcire ſe profitebantur, quid eſſet ſpiritus. Verùm poſtea- quàm Paulus eis manus impoſuiſſet, linguarum donum il- lud accipiebant. Nam quia ſpiritus ſanctus erat inadſpe- ctabilis, oportebat omnino ſenſile quoddam argumentum præſentiæ ipſius edi, ut citra ullam hæſitationem omnes diuinum illud ad lauacrum accederent. Hoc autem donũ

In linguis di ſtribuendis Dei cõſiliũ.

Simonem

Ayuntamiento de Madrid

Simonem etiã incitauit,ut ad Apoſtolos accederet, ac baptiſmum poſtularet. Quippe niſi uim poteſtatemq; ſpiritus adſpectabilem uidiſſet, ad Chriſti diſcipulos nõ acceſſiſſet,nec ſe ipſorum indigere opera putaſſet. Ac tunc ſanè qui baptiſſabantur, donum linguarum accipiebant, unà cum ſpiritus ſancti immiſſione. At in eos, qui cum Cornelio erant,idem ſpiritus ſanctus etiã decidit antè, quàm baptiſſarentur,itidemq; linguis ante baptiſmum diuerſis loquebantur. Cur hi quæſo prius etiam ſancti ſpiritus efficacitatem experiebantur, quàm baptiſſarentur? Propter nimium ſuperba ſcilicet eorum præiudicia, qui antea circumciſi crediderant. Etenim illi ſe ab alijs ſegregabant,& ne cum baptiſſatis quidem ethnicis quidquam habere commercij uolebant. Præterea non ignoro, dilecte fili,cupere te illud etiam tempus noſſe,quo beatus ille Paulus uocatus fuerit. De nonnullorum quidem hiſtoricorum ſententia, præſertim Hippolyti Thebani, poſt Domini ex mortuis reſurrectionẽ anni ſeptẽ præterierant, quũ teſtium ueritatis princeps ille Stephanus beatum uitæ finem eſt conſequutus. Ab eius autem morte menſibus propè ſex elapſis, Pauli uocatio facta eſt. Verùm Euſebij Pamphili F. narrat hiſtoria, nondum à Domini reſurrectione annum unum exactum fuiſſe,quum hæc omnia fierent: nimirum principis illius teſtis certamina, beatiq; Pauli ad fidem acceſſio. Erat autem in eo uidere perfici tum temporis oraculum hoc, quo dicitur: Noſti quò pergas, at quid euenturum tibi ſit,ignoras. Etenim quum litteras à Pontificibus accepiſſet,ut profectus in alia loca, ubiuis gentium depræhenſos Chriſtianos è medio tolleret: ipſo in itinere ſuos oculos amittit. Nam lux quædam inexplicabilis eum cælitus circumfulſit, quo factum, ut corporis ipſius faces cõtinuò extinguea

Quãdo Paulus uocatus ſit.

Hippolytus Thebanus.

extinguerentur. Præterea uocem è ſublimi ſe compellantē his uerbis audiuit: Saule, Saule, quid me perſequeris? Hinc ad Ananiam remittitur: baptiſmū recipit: oculi eius tam animales, quàm corporales colluſtrantur: deniq; uir eximius ab eo tēpore totis XXXV annis prædicatiōis munere fungitur. Nam decimo & octauo Tiberij Cæſaris anno, ſalutifera Chriſti paſſio contigit. Is uerò XVIII annus nondum exactus erat, quum commemorata hactenus acciderunt. Vbi XIX annus Tiberij Cæſaris currere cepiſſet, Paulus initium prædicandi facit, quemadmodum ipſa hiſtoria demonſtrat. Prætereunt hinc imperij Tiberij Cæſaris quatuor anni reliqui. Nam XXII annos in uniuerſum Tiberius rerum potitus eſſe reperitur. Conſimiliter imperij Caij Cæſaris quatuor anni elabuntur, itemq; Claudij propemodum XIIII anni. Huic in imperio ſucceſsit Nero, qui anno regni ſui XIII Paulum interfecit. Quapropter anni eſſe XXXV depræhenduntur, quos in prædicatione Paulus exegerit. Tam diligēter aūt miniſterium ſuū obibat, ut Iacobum quoq; Domini fratrem conueniret, eiusq; conſiliū exploraret, num ſe tondere ac luſtrare Iudæorum cauſſa deberet. Hic Iacobus primus Hieroſolymorum pontifex fuit, delectus ad hoc muneris, ne Petrus, & Ioannes, & Iacobus gloriæ cauſſa cōtenderent, quemadmodum Clemens ille Stromateus memoriæ prodidit. Eumdem Iacobum & iuſtum uirtutis cauſſa nuncupabāt. Eſtq; ille ipſe, qui de templi pinnis præcipitatus eſt, & à fullone ligno quodam ita percuſſus in caput, ut moreretur. Etenim Iudæi, quum ad Cæſarem Paulus appellaſſet, & ad Cæſarem à Feſto prætore miſſus eſſet, ſpe ſua fruſtrati, propter quam inſidias ei ſtruxerant, ad hunc ſe Iacobum conferunt, eumq; ſic compellant: Inhibeto

Annorum prædicationis Pauli ſupputatio.

Iacobus primus epiſcopus Hieroſolymorum.

De cæde Iacobi.

Ayuntamiento de Madrid

beto populum hunc, quandoquidem errore quodam in Ieſum propendet. Nam tibi nos teſtimonio ſumus, ac populus adeò uniuerſus, quòd ſis uir iuſtus. Erat, quũ hæc agerentur, Paſchæ feſtum. Quare quũ in pinnas eum tẽpli ſtatuiſſent, aiebant: Tibi, ô iuſte, cuncti fidem adhibemus. Quia uerò populus errore impulſus Ieſum illum crucifixum ſectatur, indicato nobis, quod nam Dei ſit oſtium. Ibi quum ipſe reſpondiſſet, Ieſum in cælo ad dexterã magnæ illius poteſtatis conſidere, ac in aeris nubibus aliquando reuerſurũ, exclamarunt omnes: Heu heu, iuſtus etiã in errorem perductus eſt. Itaq; ad templi pinnas adſcendentes, eum deiecerunt, & lapidibus obruerunt. Neq; multo pòſt Veſpaſianus eos obſedit. Iacobus ipſe tam iuſtus erat, ut homines apud Iudæos mente præditi exiſtimarent, obſideri urbem ipſius cædis cauſſa. Ioſepus quidem certè in hæc uerba ſcribit: Euenerunt hæc Iudæis, ut iuſti illius Iacobi cædes uindicaretur, qui frater erat eius Ieſu, quem Chriſtum nuncupant. Quo pacto extinctus ſit, nimirum quòd præcipitatus, quòd lapidibus obrutus, quòd poſitis genibus pro aduerſarijs Deum precatus, quòd ligno percuſſus tamdem mortuus fuerit: Alexandrinus ille Clemẽs litteris conſignauit. Addit autem Ioſepus huiuſmodi: Vinum & ſiceram non bibebat: animatum nihil comedebat: nouaculam in caput nullam admiſerat: oleo ſe non perungebat: balneo nullo utebatur. Et quidẽ ei ſoli fas erat in adyta tẽpli & penetralia ingredi, ut preces pro populo conciperet. Qua ſanè de cauſſa occalluerant inſtar cameli eius genua, dum perpetuò in ijs procũberet, ac Deũ exoraret, ut Iudaico populo uenia data ignoſceret. Interfectus à Iudæis eſt poſt Feſti prætoris mortem, quo tẽpore necdum alio prætore ſurrogato neminis imperio parebant.

Ioſepi de Iacobo teſtimonium.

Iacobi uita & pietas.

Quando Iacobus necatus.

Ceterùm

Ayuntamiento de Madrid

*Ceterùm Iacobus hic, Domini frater, non erat ille quidem unus ex duodecim illis diſcipulis, ſed principe tamen apud eos loco habebatur. Quippe quum primùm ex mortuis Dominus reſurrexiſſet, uti Clemens narrat, Petro & Ioanni, & Iacobo huic, Domini fratri, primis id patefecit: qui deinde rem ad diſcipulos reliquos retulerunt. Etenim ante reſurrectionem fratres Domini etiã indignabantur ei, nec fidem habebant: quemadmodum Euangelicæ ſcriptor hiſtoriæ Ioannes meminit. Hoc autem loco eſt, dilecte fili, quod animaduertas.* Cur Paulus & Iacobus ceteris apoſtolis pares. *Quamquam enim diſcipulos illos duodecim Dominus primos elegit, quamquam honore maiori dignatus eſt, quamquam ſe illos promiſerit ſupra duodecim ſolia collocaturũ, ut duodecim tribus Iſraelicas iudicent, quamquã illo die conuiuæ ipſius erunt propterea, quòd apud ipſum manendo perſeuerauerint: nihilo tamen minus alibi Dominum ad Zebedæi filios, quũ illi dexterum læuumq́; ſolium penes ipſum petijſſent, his uerbis uti uidemus: Eius rei concedendæ facultas non me penes eſt, ſed illis hoc obtinget, quibus à patre paratum erit. Quapropter ſi honos ille non tribuetur ex gratia, ſed pro ratione certaminum, quæ quilibet exanclabit: deſine mirari, futurũ ut quidam exemplo Pauli, & Iacobi huius, Domini fratris, certaminibus ſuis peractis, eius participes honoris fiãt, qui diſcipulis illis XII eſt promiſſus. Hoc enim & Chryſoſtomus pronuntiauit, Paulo dicens illo tempore neminem appariturum maiorẽ.* Cur XII tantùm apoſtoli primi. *Ceteroqui tantùm XII Chriſti diſcipulos, nõ plures, nec pauciores fuiſſe, iam antè demonſtrauimus. Attende obſecro, quæ dicemus. Quẽadmodum ſol hic ſenſilis à primo ſigno exorſus, per ſigna duodecim curſu ſuo circulari abſoluto, poſtquàm in ijs ipſis effectiones ſuas cõpleuit, eò reuertit, unde curſus initium*

Ayuntamiento de Madrid

lium fecerat: ſic etiam intellectilis ille ſol iuſticiæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei F. & Deus, mundo pro benignitate ſua exortus, poſteaquàm orbem terrarum, quàcunque cælo ille ſubiectus eſt, per XII diſcipulos ſuos percurrit, omneque inſtitutum animi ſui eorum opera perfecit, rurſus eodem reuerſus eſt, unde profectus fuerat. Et uerò XII illos diſcipulos à Domino ſelectos, itéque alios, quicunque præclara ipſorũ exemplo certamina obierunt, potiori loco futuros eſſe, quàm priſcos illos patres: multo clarius orator ille noſter aureus oſtẽdit. Promiſit enim Dominus, illos ſe ſupra XII ſolia collocaturum, ut XII tribus Iſraelitas iudicent: quẽ ſanè honorẽ priſcis illis patribus nõ conceſſit. Præterea multi ab ortu & occaſu uenient, & cum Abrahamo ac Iſaaco recumbent: at ſoliorum apoſtolicorum alius nemo particeps erit. Itidem illi quum in umbra uixerint, omnino ſunt ijs inferiores, qui in ipſo uigore ueritatis exſtiterunt. Hæc Chryſoſtomus. Theodoritus autem errare dicit eos, qui hoc modo de priſcis illis patribus et ſentiant, & loquantur. Quamquã enim illi Dominum ſenſiliter non uiderint: mentis tamen intelligentia conſpectum ab ijs eſſe. Et quî alijs inferior atque minor ſit is, qui ſinu ſuo ſanctos excipit? quî Moſes, qui transformato Domino & ipſe transformatus eſt, Elia quoque præſente, tanta cum maieſtate ac gloria: ut etiam cum ipſo tam de cruce, quàm morte ſequutura colloquerentur? Hæc Theodoriti eſt ſententia. Tu uerò, dilecte fili, potius oratoris illius aurei uerbis accedito. Et quánam de cauſſa? quoniam ea cum Domini uerbis conſentiunt; qui etiam in Euangelio per Lucam litteris conſignato ſic apoſtolos alloquitur. Felices oculi, quibus ea datum eſt intueri, quæ uos cernitis. Hoc enim uobis confirmo, complures uates atque reges uidere

Cur patriarchis maiores apoſtoli.

Theodoriti ratio diuerſa.



Ayuntamiento de Madrid

cupiuiſſe, quæ uos uidetis, nec tamen uidiſſe: ac audire cu-
piuiſſe, quæ uos auditis, nec tamen audiuiſſe. Quæ nam ue-
rò illa ſunt? omnino ſcilicet ea, quæ à Chriſto adminiſtra-
tione ipſius in carne durante geſta ſunt, quorum ſpectan-
dorũ poteſtas ſolis apoſtolis contigit. Quapropter apoſto-
li duabus rebus uates ſuperãt, tum quòd corporaliter Chriſtũ
uiderint, tum quòd ſpiritualiter ab eodẽ rebus diuinis fue-
rint initiati. Quòd ſi etiam cognoſcere tibi lubet, quàm multi
ex mortuis ſint reſuſcitati, & quinam illi fuerint: has ipſas
excitationes recenſendo cõmemorabimus. Acciderunt igi-
tur in uniuerſum octo numero mortuorũ reſuſcitationes.
Prima reuixit Saraphthanæ mulieris filius, quẽ Elias ua-
tes uitæ reſtituit. Altera, Somanitidis filius, quem Eliſſæus
excitauit. Tertia, miles ille, qui quum reliquias Eliſſæi con-
tigiſſet, tamquam ex igne proſilijt. Quarta, collegij prin-
cipis filia. Quinta uiduæ mulieris filius. Sexta, Lazarus.
Septima, multa ſanctorum corpora. Octaua deniq; reſu-
ſcitatum eſt ſanctiſſimũ illud corpus Dominicum: quam-
quam hæretici quidam Apelliani fuere, qui furioſè dice-
bant, Domini corpus in ſepulcro reſolutum in elementa
quatuor eſſe, de quibus & conſtitiſſet. Ceterùm multa illa
ſanctorum, qui obdormiuerant, corpora potiſſimùm iccir-
co reſurrexerunt, ut per hoc ipſum prodigium publicè
declararetur, Deum illum eſſe, qui tum patiebatur: ac ea-
dem opera myſterio de poſtrema & communi reſurre-
ctione mortalium fides conciliaretur: ut manifeſta deniq;
fieret earum animarum liberatio ſimul & reditus, in or-
co detentæ quæ fuerant. Etenim animæ, quæ ad Chri-
ſtum ad orcum deſcendentem crediderunt, mox dimiſſæ
liberatæq; ſunt. Et quoniam fieri non poterat, ut animæ
nudæ ſenſilibus oculis conſpicerentur: diuino quodam
conſilio

Octo reſuſcitatiões mortuorum.

Apellianorũ furor.

Cur multa ſanctorum corpora reſurrexerint.

Ayuntamiento de Madrid

conſilio ſanctorum illorum hominum, qui obdormierant; animæ cum ipſis corporibus apparuerunt, ut fides amplior eſſet: deindeq; rurſus ad loca ſibi deſtinata conuolarunt. Caue autem, dilecte fili, ne fortè per ea, quæ hinc inde fabuloſa ſparguntur, tua quoq; mens peruertatur. Famam enim apud multos obtinuiſſe, quòd medicus ille Galenus in Magdalenam inciderit, & audiuerit ex ea, Chriſtum quemdam à natiuitate cæcum ſanaſſe: cui Galenus reſponderit, neceſſe fuiſſe, ut Chriſtus terræ metalla bene cognita habuerit, alioqui uiſum cæco reſtituere non potuiſſe: hoc igitur nos quoq; nouimus. Verùm eiuſmodi rumorem fabularum in ordinem atque numerum referimus. Nam fieri prorſus nequit, ut ipſorum de ſententia Galenus, cum Magdalena ſit collocutus, qui Marci imperatoris in ijs meminerit, quæ ad Piſonem perſcripſit: itémque Commodi mentionem imperatoris in primo de moribus libro fecerit. Nam inter ætatem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & imperium Commodi, propemodum anni CL intercedunt. Ac de his quidem hactenus. Memini quoque dilecte fili, te inter cetera huiuſmodi dubitationem aliquando mihi propoſuiſſe. Quãobrẽ, aiebas, diſcipuli Chriſti & apoſtoli rebus alijs in cõmentarios & hiſtorias relatis, prorſus de obdormitione perpetuæ uirginis illius obticuerunt? Hac de re ſatis eſt reſpondere, auctores euangeliorum Chriſti adminiſtrationem in carne commemorantes, ad eius à terris in cælum adſumptionem perueniſſe. At expers illa maculæ Domini noſtri Ieſu Chriſti mater prouectã ætatem attigiſſe perhibetur, ut diuinus ille uir, Andreas Cretenſis antiſtes, auctor eſt. Quapropter fieri non potuit, ut uirginis illius perpetuæ obdormitio

Galeni & Magdalenæ colloquiũ.

Refutatio fabellæ.

Cur de morte matris uirginis nihil proditum.

Mater Domini ætate prouecta deceſſit.

euãgelicæ hiſtoriæ inſereretur: uti quæ lõgo deinceps tem pore, ceu diximus, acciderit. Præterea ſeorſum peculiari quodã libro de ipſa nihil Chriſti diſcipuli memoriæ prodi derũt propterea, ꝙ in explicanda ipſius adminiſtratione occupati, magnopereq́; de una illa re ſolliciti, quo nimirũ pacto incredulos fideles efficerẽt, ac oẽs ad purã ſincerãq́; in Chriſtũ fidẽ perducerẽt: cetera negligebant, præſertim ea, quæ ad diuinã illam prædicationẽ nihil facerẽt. Non ta men omnino diuina iſtæc obdormitio ſilẽtio eſt præterita. Nam rerum ille diuinarũ interpres magnus Dionyſius, de hac admiranda quædã in perſcriptis ad Timotheũ epiſto lis tradere depræhenditur, ac uide mihi, obſecro, quæ di cturi ſimus, ex illius narrationibus decerpta. Nos quidem, ait, unà tecũ multisq́; ſacris fratribus, ceu meminiſti, ad ſpe ctandũ corpus illud, quod uitæ principiũ & ipſum Deum aliquando continuerat, cõueneramus. Simul aderãt frater Domini Iacobus, & Petrus, uertex apoſtolorũ ille ſupre mus. Præter hæc & præcentorẽ diuini illius hymni cõme morat, qui diuino quodã motu extra ſeipſum raptus, & quaſi traductus aliò, ſacrũ illum cantum occeperit. Quid multa proferri neceſſe eſt? Oſtendit in hac narratione ſa cer ille Dionyſius, uniuerſum propè cœtũ apoſtolorũ, & ipſorum LXX diſcipulorũ, ad uenerandũ hoc ſpectacu culum cõgregatũ fuiſſe: tum ꝙ eodem tẽpore diſcipuli oẽs per uniuerſum terrarũ orbem diſperſi cõuenerint, quorũ in numero & ipſe fuerit, unà cũ Timotheo & Hierotheo. Audiuiſti enim hæc ipſius ad Timotheũ uerba: Nos quidẽ unà tecum, multisq́; ſacris fratribus, ceu meminiſti, ad ſpe ctandũ corpus illud, quod uitæ principiũ aliquando conti nuerat, conueneramus. Hæc à prædicto Dionyſio ſunt tra dita. Ceterùm tametſi uirgo mater naturæ legibus fuit ob noxia,

Dionyſius de uirginis obitu ad Timotheum.

Ayuntamiento de Madrid

noxia, tametſi mortē deguſtauit, tametſi ut homo in ſepulcrum eſt depoſita: naturæ tamen fines atq; terminos ſuperauit & exceßit, neq; ſepulcrum & mortalitas eam in poteſtate ſua retinere potuit. Nam & ipſa de ſepulcro reſurrexit, prorſus uti filius eius, idemq; Deus etiā fecerat, ſolis ſepulcralibus exuuijs in monumento relictis. Huic narrationi fidem facit diuinus ille Iuuenalis, qui Hieroſolymorum antiſtes fuit. Exponit ille, quo pacto id temporis Thomas abfuerit, quo pacto deinceps ad ſepulcrum acceſſerit, quo pacto illud ipſum pquiſiuerit. Etenim Apoſtoli Thomæ gratia ſepulcrū aperiri iuſſerunt, quòd illum cernerēt abſentiam in morte uirginis ſuam moleſtißimo ferre animo. Itaq; ſepulcrū quidē aperitur, at ipſe theſaurus in eo reconditus nuſquā apparebat: ſolæ, quod dictum eſt, ſepulcrales exuuiæ reperiebantur. Conſimili nimirū modo & ipſam Dei matrem ex mortuis reſurrecturam fuiſſe, quo filius reſurrexerat, multo antè beatus ille Dauides huiuſmodi uerbis ſignificauerat: Surge Domine in requietē tuam, tu inquā ipſe, & arca ſanctitatis tuæ. Nam quia norat Dauides eam, quæ Chriſtum utero ſuo geſtaſſet, ac illā ipſam ob cauſſam arca ſanctitatis eſſet atq; nuncuparetur, eodem pacto reſurrecturā è ſepulcro, quo & natus ex ipſa Chriſtus Dei filius, & Deus, reſurrexit: iccirco non abs re conſimilem utriuſq; reſuſcitationem ex mortuis multò antè quaſi pictura quadam expreßit. Etenim ni res ita ſe haberet, non ſanè poſteaquā dixerat, Surge Domine, ſubieciſſet: Et arca ſanctitatis tuæ. Quapropter hac quidem in parte amplius hæſitare noli. Nam quia duo illa primū omnium creatorū hominum corpora interitui facta ſunt obnoxia propter inobedientiam, indeq; porrò ſubſequutum aliud, nimirum ut malum eiuſmodi latius ſerpens in

Virgo mater è ſepulcro reſurrexit.

Iuuenalis epiſcopus Hieroſolymæ.



Ayuntamiento de Madrid

uniuerſam naturam humanam ſeſe dideret: iccirco nunc quoq; primùm omnium duo corpora excuſſo depoſitoq; interitu, facta ſunt primitiæ quaſi quædam eius immortalitatis, quam ſpe certa nobis policemur. Atq; hæc, quæ dicimus, caue pro fabula duxeris. Nã ecce ſanctiſsimus ille patriarcha Germanus hinc occaſione ſumta, ſic ad uerbum in oratione ſua de Obdormitione uirginis loquitur: Semper uiuit ſpiritus tuus, & caro tua ſepulcralem corruptionem non eſt experta. Omnia intueris, & inſpectio tua uerſus cuncta dirigitur. Quo fit, ut quamuis oculi noſtri præpediantur, quo minus te cernant: tu tamen, uirgo ſanctiſsima, dignis temet conſpiciendam præbeas. Nam caro ui & efficacitati ſpiritus tui nequit officere uel impedimento eſſe. Ac rurſum: Corpus tuum uirgineum omnino ſanctum eſt, & humanũ quidem, ſed quod ad ſummã immortalitatis uitam peruenerit, adeoq; integrum ſit, & abſolutè uiuum, & obdormitioni nõ obnoxiũ: quippe quod uas Dei capax fuerit. Valeat, te quod attinet, ſepulcrum: ualeat puluis, ô Deipera. Quinetiã ſanctiſsimus ille Cretenſis præſul Andreas in hunc modum ipſammet loquentẽ introducit: Animo quidem magnificè Dominũ celebro, & ſpiritu exſulto: corpore uerò immutor, & ad diuinitatem ex gratia profectam transformor. Ac de his quidem hactenus. Poſt Auguſtũ uerò Cæſarẽ, Tiberius ipſius filius annis XXIII imperio præfuit. Hic ad lacum urbe condita, Tiberiadem appellauit. Eodem regnãte terræmotus extitit, qui urbes XIII ſubuertit. Solebat Tiberius graues ſubditis & atroces publicorũ uectigaliũ exactores acutè uerbis huiuſmodi pungere: Tondendas quidem eſſe pecudes, at nõ deglubendas. Eadẽ de cauſſa ſi quos ad magiſtratuũ dignitates prouexerat, nõ citò ſummotos cũ alijs cõmutabat. Quũq;

Germani patriarchæ teſtimonium.

Tiberius Cæſar.

Ingens terræ motus.

interro-

Ayuntamiento de Madrid

interrogatus eſſet, quamobrē iſtuc faceret? Propter ſubditorum, inquit, cōmodum & recreationē. Simul rem exemplo declarabat. Quidā, inquit, confectus uulneribus, humi iacebat, eiuſq; hulcera ingens muſcarum multitudo ſugebat. Præteriens uerò alius, eas abigere nitebatur. Tum ille: Miſſas, ait, has facito. Nam ſatiatæ quum ſint, magno me dolore non adficiunt. At ſi aliæ aduolent eſurientes, me diriter pungendo excruciabunt. Ceterùm nonnulli perhibent, poſt adſumtionem Chriſti Mariam illam Magdalenā Romam perueniſſe, grauiterq; accuſaſſe omnes, quotquot in Chriſtum deliquerant. Vſq; adeò illam deniq; Tiberij animum accendiſſe, ut & ſacerdotes, & ſcribas, & ipſum quoq; Pilatum capitis damnaret. Sunt tamen alij, qui Pilatum ſibimet ipſi manus attuliſſe cōmemorant. Poſt Tiberium Caius imperio IIII annos potitus eſt. Is quum multa crudeliter admodum deſignaſſet, à militibus in balneo necatus eſt. Nam moleſtè ferebāt, quòd eū uidiſſent propriā filiam ad ſimulacrū quoddam cū huiuſmodi uerbis adducere: Tu pater huius es, tu hanc procreaſti. Solebat Caius totas noctes aleæ luſu tranſigere. Qua prodigalitate factum eſt, ut tamdem egens magnum in mœrorē incideret. Nam prorſus exhauſtum erat ærarium. Quapropter quū eius rei cauſſa præfectū ærario triſtē imperator aliquādo cerneret, iuſsit ut omnes locupletes è medio tollerentur, eorumq; facultates diriperentur. Idem quum Romæ quodam in angiportu lutum uideret, mandauit ut in ſinū Veſpaſiani, uiri bellicoſiſsimi, conijceretur. Hoc tempore ſapiens ille Philo, & Ioſepus claruerunt. Ioſepus ueritatis amās exſtitit. Nam & Baptiſtam Domini laudat, & Chriſtum conſimiliter uirum ſapientem, magnorumq; prodigiorum effectorem appellat, ac poſteaquàm crucifixus

Non facilè mutandos præfectos.

Pilati mors.

Caius Caligula Cæſar.

Caij prodigalitas & rapacitas.

Ioſepus amans ueritatis hiſtoricus.



Ayuntamiento de Madrid

*fuiſſet, die tertio uiuum conſpectum eſſe tradit. Ceterùm, dilecte fili, mirari deſine, fuiſſe barbaros quoſdam, qui uirtutis & honeſti amore ducerentur. Nam quum hominem fingeret Deus, eidem honeſti & praui diſcrimen indidit. Quo factum eſt, ut non Platonis modò ſectatores uitā iniuſtam & ſceleratā odio proſequuti ſint, uerū etiā homines barbari nō pauci. Accepimus enim Hyperboreos quoſdā ultra Riphæos montes habitare, qui iuſticiam ſtudioſè colant, arborumq́; fructibus & aqua uictitent. Itidem Brachmanas in uirtute colēda ſupra modum humanū exercere ſe tradunt, quum folijs tantùm corpora tegant, & uitam in ſiluis agant. Anacharſis natione Scytha tanto caſtitatis & exercitiorum uirtutis amore tenebatur, ut etiam cubans labra uerendaq́; ſuis ipſemet manibus comprimeret. Nimirum non uigilans modò, uerumetiam dormiens oſtendebat, quàm accurata cuſtodia duo iſtæc corporis membra indigeant. Poſt Caium Claudius imperium XIII annis obtinuit. Perhibetur autem Claudius uſq; adeò formidoloſus fuiſſe, ut adſtantes ſibi perquireret ac ſcrutaretur, an ne gladium in ſinu geſtarent. Succeſſorem habuit Neronem, qui annis XIIII rebus præfuit. Impuriſsimus hic princeps, quū annos plus minus XVII natus eſſet, primus perſequi Chriſtianos cepit, & duos ſummos uiros interfecit, ut nonnulli quidem hiſtorici uolunt, uno ac eodem die, uerùm diuerſis annis: ut Euſebius autem Pamphili F. memoriæ prodidit, & anno eodem, & eadem die. Quinetiam Tertullianus, uir apud Romanos illuſtris, & Caius ſcriptor eccleſiaſticus, & Dionyſius Corinthi epiſcopus, ſimul & eodem tempore Petrum atque Paulum teſtimonio ſuo doctrinam Chriſtianam obſignaſſe ſcribunt, anno uidelicet imperij*

Virtus in ipſis etiā barbaris.

Hyperborei.

Brachmanes.

Anacharſis.

Claudius Cæſar.

Nero.

Neronis perſequutio.

De Petri & Pauli cæde.

Ayuntamiento de Madrid

perij Neronis decimotertio. Petrum quidem Nero huiuſmodi quamdam ob cauſſam interfecit. Imperante Nerone uixit Simo magus, ad quem ubi ſummus ille uir acceßiſſet, canem alligatum cathenæ in eius limine reperit, deuorãtem eos, quotquot iniuſſu ad Simonem ingredi conarentur. Is uerò Petrum intrare iußit, & humana uoce Petrum adeſſe nuntiauit. Quo facto, cuncti qui erant in ædibus, obſtupuerunt. Simo idem facere, quod canis antea factitarat, & ad ſe Petrum arceſſere. Deinceps cum ſummo uiro colloquens, inter alia quiddam huiuſmodi obiecit. Si futuri noticiam Adamus habuit, quamobrem ſerpentis fraudem non præcognouit? Tum Petrus; Si futuri, ait, nullam noticiam habuit, quo tamdem modo filijs ſuis ipſo natiuitatis tempore nomina indidit, quæ ipſorũ factis eſſent accommodata? Nam unum appellauit Cainum, quæ uox æmulationem denotat. Etenim impulſus æmulatione quadam, fratrem ſuum occidit. Alterum uocauit Abelum, quod nomen luctum ſignificat. Nam eius interfecti cauſſa parentes in luctu fuerũt. Quòd ſi Adamus, qui Dei figmẽtum erat, futurorũ habebat noticiam: multo magis ea debet opifici tribui. At inſanus ille colligebat, in Deum quãdam ignorationem propterea cadere, quòd litteræ ſacræ dicant, Deũ tentaſſe Abrahamum: item quòd meminerint Deum ita ſecum loquutum eſſe, Deſcẽdam, & Sodoma inſpiciam. Deinde poſt alias præſtigias, in aera Simo ſublatus eſt, policitus inde ſe bona quædam populo demiſſurum. Ibi Petrus ſecum precari, & defixis in eum oculis dicere: Si apoſtolus ego ſum Ieſu Chriſti, non hominum impoſtor, ut Simo prædicat, malis poteſtatibus impero, ut eum dimittant, nec amplius teneant. Mox in terram ille delapſus, minutas in partes atteritur. Atq; illum ſanè diem

Cur Petrus interfectus.

Simonis magi canis.

Petri cum Simone diſputatio.

Simon in aera ſubuolat.

Simon deijcitur.



Ayuntamiento de Madrid

ſolenniter Romani celebrant. Nam ſabbato hæc gerebantur, quo fideles magiſtri cauſſa cibis abſtinebant, & precibus opem diuinam implorabant: id quod etiam uſu confirmatum, adhuc in hodiernũ ibi diem ſeruatur. Nero autem his cognitis, Petrũ in crucem egit. Paulũ uerò, quemadmodum aurea lingua præditus orator meminit in oratione ſua, quam ad uetantes ſolitariam uitã habuit, gladio propterea feriri iußit: quòd Eperaſtum, amores deliciasq; ſuas, ad religionẽ Chriſtianã inſtituiſſet. qua ipſa de cauſſa perſequutionem quoq; cõcitauit. Nam quia laſciuus erat, concubinos ſuos ad Dominũ ſe cõuertere, grauiter omnino ferebat. Idẽ Ioannes Chryſoſtomus, uir planè diuinus, etiam huiuſmodi uerbis alicubi Paulũ compellat: Quinã quæſo locus lacteum illũ ſanguinẽ tuũ excepit, cõſpectum in eius ueſte, qui te in palum ſuffixit? quod ipſum ſanè barbarũ eius animũ maiore ui dulcẽ efficiẽs, quàm mel ipſum, infidelẽ antea, fidelẽ effecit. Vterq;, ceu Chryſoſtomus idẽ teſtatur, obdormiuit in urbe Roma, a. d. III kal. Quinctiles, imperãte Nerone. Ceterùm memini, dilecte fili, te diuini Lucæ hiſtoriã de actis Apoſtolorũ perlegentem, nõ abs re dubitaſſe, num uero ſit conſentaneum, Lucam ceteris à Paulo geſtis rebus omnibus expoſitis, beatam eius ex hac uita migrationẽ præterire ſilentio uoluiſſe? Licet ad eam quæſtionẽ hoc modo reſpõdere, Lucã librũ actorũ id temporis exaraſſe, quũ Paulus prima uice Romã appuliſſet. Ea de cauſſa factũ eſſe, ut cetera quidem acta Pauli recẽſeret, perhibitũ uerò fidei teſtimoniũ, uti quod necdũ acciďiſſet, omitteret. Paulus enim, quũ biennium totum Romæ liber ageret, prædicationis munere fungebatur: ad quod uſq; tempus ei Lucas aderat. Deinde Romã altera uice reuerſus, quum religionis Chriſtianæ rudimenta Eperaſto

Cur Paulus à Nerone occiſus.

Eperaſtus à Paulo conuerſus.

Neroni

Neroni à poculis, atq; etiã cõcubino, tradidiſſet: beato illo exitu uitã clauſit. Lucã ipſum prius cũ Paulo nõ fuiſſe, fatetur in ſecũda ad Timotheũ epiſtola Paulus, quam à Nerone coniectus in uincula ſcripſit. In prima, inquit, defenſione mea cuncti me deſeruerunt. Nolim hoc eis culpæ detur. Dominus autẽ adſtitit mihi, meq; confirmauit. Ad finẽ uerò, ſolus Lucas aderat. Ceterùm poſt defenſionem hanc primã Paulus in Hiſpaniã peruenit, ubi muliercula quædam illuſtri orta loco, quæ multo antè Paulum uidere cuperet, deq; ueritate ab ipſo uiua uoce erudiri, proſpectaſſe in forum perhibetur, ibiq; conſpecto Paulo, qui forum tranſiret, maritum ſuum Probum perſuadendo impuliſſe, ut hominem domo ſua exciperet. Ingreſſo in ædes Paulo, prodigium quoddã nouum & inuſitatum accidiſſe. Mulierem enim oculis ſuis adapertis, in Apoſtoli fronte litteras aureas uidiſſe, quarũ huiuſmodi ſentẽtia foret: PAVLVS CHRISTI PRAECO. Quapropter ad pedes ipſius prouoluta, doctrinã Chriſtianam accepit, ipſaq; cum Probo marito familiaq; uniuerſa baptiſſata eſt. Ceterùm Nero quũ Anicetũ quemdã ablegaſſet, qui matrẽ ſuã Agrippinã occideret, illa uẽtre ſuo denudato: Hũc Anicete ferito, ait, qui Neronem ediderit. Inter alia uitia Neronis hoc etiam erat, quòd citharœdis & mimis delectaretur, ac ſemper temulentus eſſet: quo fiebat, ut innocentes uita ſpoliaret. Hinc tantopere hominẽ auerſati ſunt Romani, ut motu cõcitato eum ad necem poſcerent. qua re cognita Nero ſibimet ipſi manus attulit, huiuſmodi quædam fatus: Qualẽ ô Iupiter hominũ uita citharœdũ amittit. Ceterùm hoc quoq; memoriæ proditũ eſt, Lucã auctorẽ Euãgelicæ hiſtoriæ in olea frugifera ſuffixũ fuiſſe. Quumq; pretioſæ ipſius reliquiæ nuſquã reperirẽtur, quòd eſſet inter multa tuguria

Pauli profectio in Hiſpaniam.

Nero paricida.

Nero ſeipſum interficit.

Lucas in olea ſuſpenſus.

Ayuntamiento de Madrid

tuguria reiectæ: precibus impetratum eſt à Deo, ut collyria quædam medica demitteret, artis ſancti uiri ſymbola: quibus cõſpectis, reliquiæ ibidem repertæ ſeruatæq; ſunt. Secundum hæc non multo interiecto tempore, Iudæorum excidium appetijt, idq; non alio tempore, quàm feſto. nec id abs re. Nam par erat, ut quibus illi diebus in Dominum deliquiſſent, iiſdem & præmia conſequerentur: quamquã ſanè multis modis efficere conatus eſt Deus, ut emendarentur. Etenim inter alia, uir quidam, cui nomen eſſet Ieſus, ipſo Tabernaculorum feſto templum ingreſſus, alta uoce ab utraq; parte Hieroſolymam & populum lamentatus eſt. Quinetiam urbem uniuerſam obibat, ſeq; feriens aiebat: Væ uæ Hieroſolymæ. Duobus elapſis annis, cingula ſua, clypeorumq; coria mandebant. Fortè mulier quædam, quæ Mariæ nomen haberet, admodum opulenta, in urbem ex agro migrauerat. Eam quũ populus commeatu facultatibusq; ſuis ſpoliaſſet, nec amplius ei quidquam ſuperaret, unde uiueret: filium ſuum lactentem aſſat & comedit. Qua re conſpecta, cuncti quamprimùm emori cupiebant. Eodem tempore uentus ingens hoſtium quidem tela directò in Iudæos ferebat, Iudæorum uerò abripiebat in trãſuerſum. Hoc modo Ieremiæ uaticinio ſatisfecit euẽtus, id quod erat huiuſmodi: Gladio ſternam eos in conſpectu ſuorum hoſtium, & urbem hanc ad internecionem ruinamq; perpetuam redigam. Carnes etiam filiorũ filiarumq; ſuarum comedent. Adeoq; conteram hanc urbem inſtar uaſis teſtacei, quod amplius redintegrari reficiq; nequit. Hoc oraculo quid nam poſsit eſſe clarius & dilucidius? Nam hæc omnia ſic prorſus euenerunt, id quod hiſtoria Ioſepi teſtatur. Quippe ne Iudæorum quiſpiam hiſtoriæ fidem derogaret, non aliquem extraneum, ſed eadẽ natione

Iudæorum excidium.

Prodigia quæ præceſſerunt.

Mulieris atrox facinus.

Ieremias de excidio.

Cur Deus per Ioſepũ hiſtoriam ſcribi uoluerit.

Ayuntamiento de Madrid

natione prognatum, et inſignem æmulatorem, ueritas excitauit, qui Iudæorũ calamitates inexplicabiles tragicè deſcriberet. Tale profectò exemplum iræ diuini numinis declaratæ nemo poteſt aliud ex omni temporum memoria repetere. Ioſepus quidem, Hieroſolymæ qui degebat durante bello, trecentas hominũ myriades fame, gladio, igne, alijsq́; talibus caſibus periiſſe ſcripſit. Plurimi etiam Romæ beſtijs obiecti ſunt. Geſta ſunt omnia ſub Tito, poſt Chriſti adſumtionem in cælum XL & paullo amplius annis. Velim autem ſcias, dilecte fili, Iudæos ter ſeruitutem duram perpeſſos eſſe. Primam in Aegypto, alteram Babylone, tertiam ſub Antiocho, cui cognomen Illuſtris erat. Verùm & captiuitas, et ſeruitutes iſtæ prædictæ ipſis fuerant, promiſſusq́; reditus. At de captiuitatis huius ultimæ liberatione promiſſum nihil fuit. In Ioſepo certè ueritatis ſtudium heic quoq; conſiderandum eſt. Nam quòd Romani euerſuri eſſent Hieroſolymam ſcripſit, Danieli uatis ea de re teſtimonium proferens: quòd autem illius deſolationis aliquando finis futurus eſſet, non ſcripſit: quando uatem nihil eiuſmodi prædixiſſe reperiebat. Ac de his quidẽ in hunc modum dictum eſto. Poſt Neronem Galba rerum potitus eſt menſes VII. Poſt Galbã Otho menſes III. Poſt Othonem Vitellius menſes VIII. Hic edictis propoſitis, Italia iuſſit excedere, quotquot ex aſtris futura ſe prædicturos garrirent. At illi uiciſſim hæc uerba legenda publicè propoſuerũt: Excede uita Cæſar. Quinetiã diem ipſum, quo interficiendus eſſet, adſcripſerunt. Succeſſit ei Veſpaſianus, qui quum annis IX regnaſſet, imperium Tito filio reliquit. Is annos duos præfuit. Sub eodem Iudæorum natio in poteſtatem redacta eſt. Ceperat eos Veſpaſianus obſidere, uerùm profectus inde cum copijs Romam, Titum filium

Hieroſolyma numquã inſtauranda.

Galba imp.

Otho.

Vitellius.

Aſtrologi.

Veſpaſianus.

Titus.

Ayuntamiento de Madrid

Titi erga hoſtes commiſeratio.

*filium, uirum fortiſsimum, ad urbis obſidionem reliquit. In eo tam admiranda uirtus erat, ut propter Iudæorum calamitates diuinitus immiſſas etiã ploraret, præſertim id temporis, quum ignem templo iniectum cerneret. Præterea* Deum *obſecrãs:* Nõ *ego, inquit, ſed tu harum rerũ auctor es.* Quòd *ſi quis etiã uictorem appellaſſet, id ipſum indignè cum iracũdia quadam ferebat.* Tam *benignus erat & honeſtus, ut diceret:* Neminem, *qui adſpexiſſet imperatorem, abire triſtem debere.* Quinetiam *ſæpenumero uerbis uſus huiuſmodi perhibetur:* Hodie *non imperauimus, quia neminem beneficio adfecimus.* Tamdem *à fratre* Domitiano *ſublatus eſt, qui leporẽ ei marinum appoſuerat.* Igitur *poſt* Titũ Domitianus *annis* X V *rerũ potitus eſt.* Is Ioãnem Theologum *cognomento, in* Pathmum *inſulam relegauit: ubi &* Euangelicam *hiſtoriã ſuam, &* Reuelationẽ *conſcripſit.* Eo *tempore* Tyanenſis Apollonius, *qui ubiq; terrarũ obuagabatur, etiã* Byzãtium *uenit: ubi quũ rogatus fuiſſet ab incolis, ex urbe ſerpentes atq; ſcorpios abegit, & equos indomitos frænis coercuit.* Conſimiliter Antiocheæ *ſcorpios & pulices exegit, à quibus ciues mirum in modum excruciabantur.* Effecit *autẽ hoc, aheneo ſcorpione in terrã defoſſo, & inſtituto, ut quaſſatis arundinibus pulices abigerẽtur.* Ceterùm Domitianus Titi *quidem ille frater germanus erat, uerùm in eo nihil omnino fraternum conſpiciebatur, ut uerum adeò uerbum illud uulgo iactatum foret:* Matula *& poculum ex eodem uitro.* Nam *& auarus erat, & humani ſanguinis effuſione gaudebat.* Prædixit *ei quidam* Aſtrologus *tum uitæ finẽ, tum ſucceſſorem.* Quo Cæſar *audito:* Tua *uerò, inquit, uitá quamdiu durabit? & quo fine claudetur?* Reſpondet *ille ſic, ut ueritatẽ omnino indicaret, pro ratione curſus ſide-*

Titi beneficentia.

Titus eſu marini leporis necatus.

Domitianus imp.

Apollonij præſtigiæ.

Titi & fratris diſsimilitudo.

Prouerbiũ.

rum.

Ayuntamiento de Madrid

rum. Tum Domitianus, qui uellet hominem conuincere, tamquam impoſtorem: rogum accendi iubet, eumq́; colligatum uinculis in illum abijci. Fit quod imperauerat, ſed conatui non reſpondit euentus. Nam pluuia ſubito impetu cælitus delapſa, rogus extinguitur, et uinctus ſoluitur. Deinde per quietem imperator huiuſmodi ſomnium habuit. Inſidere ſibi equo nigro uidebatur, toto corpore armatus. Illis autem rebus ſponte ſua euaneſcentibus, in quemdam hiatum terræ delabi ſe putabat, et unà cũ equo ipſoq́; ornatu ex hominum conſpectu tolli. Quapropter ipſo rebus humanis per uiolentam mortem exemto, ad Neruam imperium delatum eſt. Is à morte Domitiani regnauit annum unũ, mẽſes IIII. Reuocatus eſt ſub eo Ioannes Theologus ab exſilio, quemadmodũ Hippolytus memoriæ prodidit, quæſitisq́; reliquijs eius, non ſunt inuentæ. Poſt Neruam Traianus annis IX, menſibusq́; VII imperauit. Is iuſticiæ tam obſeruans erat, ut enſem nudatum præfecto prætorio traderet, cum huiuſmodi uerbis: Si quidem rectè imperauero, pro me: ſin malè, aduerſum me hoc utitor. Pontes apud ueterem Romam ædificauit, & per eos ſalutem conſequutus eſt, (quamquam in pietatis ignoratione uitam clauſiſſet) admirabili ſanè modo. Nam celebris ille magnusq́; Gregorius, Romanus antiſtes, quum ad uiam iſtam lapideam perueniſſet, quam Traianus ſtrauerat: uehementi oratione, quemadmodum Ioannes Damaſcenus narrat, ad amantem animarum Dominum uſus eſt, ut huic imperatori delicta ſua condonaret. Mox que uocem diuinitus ad ipſum perlatam audiuit, qua hæc ipſi ſignificarentur: Preces tuas exaudiui, & Traiano ueniam delictorum facio. Tu uerò caue deinceps pro impijs mihi preces obtuleris. Traianus ipſe præterquàm quòd cum

Domitianus aſtrologum exuri iubet.

Exitus Domitiani.

Nerua imp.

Traianus imp.

Gregorius Papa.

Traiani humanitas.

Ayuntamiento de Madrid

cum peregrinis ignotiſq; colloqueretur, & amicos ſola-
retur, etiam quæuis conuicia toleranter ferebat: quòd im-
peratorem diceret Deo ſimilẽ eſſe debere, & quaſuis con-
tumelias æquo animo pati. Succeßit ei gener Adrianus, &
annos XXIIII imperio potitus eſt. Is bello aduerſus Iu-
dæos excitato, qui cõtinuas ſeditiones mouebant, ut ſuprà
quoq; indicatũ à nobis eſt, eorũ uno die myriades LVIII
interfecit. Nam hoc regnante cõiunctis uiribus, ad ſtatum
reipublicæ priorem reuerti conabantur. Verùm Adrianus
eis in poteſtatem ſuam redactis, urbem rurſus euertit, &
ſolo prorſus æquauit. Quo factũ, ut id temporis uoci Do-
minicæ reſponderet euentus: Ne lapis quidem ſupra lapi-
dem relinquetur, qui non diſijciatur. Præterea in templi
penetralibus imaginem ſuam ſtatuit. Quumq; cognomen-
tum Aelij haberet, urbem ex eo tempore iußit Aeliam uo-
cari. Magnopere Adrianus & doctrinæ cultores ample-
ctebatur, ſecumq; ſemper habebat, quos ſapientes eſſe noſ-
ſet homines. Quumq; Iudæos funditus ſuſtuliſſet, qui ſe de
Romanorum eximere poteſtate conabantur, ipſe tandem
intercute morbo laborans rebus humanis exẽtus eſt. Vrbs
Hieroſolyma nomen Aeliæ ab ipſo conſequuta eſt, modo
quodam huiuſmodi. Cupidus erat Adrianus ſpectandi res
uarias. Quapropter imperium, quod ipſi pareret, coràm
inſpicere uolebat. Igitur Hieroſolymam quũ perueniſſet,
urbemq; uidiſſet omnino in ſolitudinem redactam: magis
etiam Iudæis ſuccenſebat. Adeoq; productos in forum, ſic
uendi cuilibet emtori iußit: ut Iudæi quatuor uno hordei
modio uænirent. Secundum hæc urbem incipit inſtaura-
re, ac mœnia reficere, ſolo tẽplo excepto. Simul Aquilam
operum præfectum conſtituit, qui tunc adhuc religioni
Græcæ addictus erat. Hic autẽ Aquila, quum cottidie Chri-
ſtianorum

Adrianus imp.

Iudæorum clades.

Aelia dicta Hieroſolyma.

Iudæorum uẽditio pro uili pretio.

Aquila fit Chriſtianus.

Ayuntamiento de Madrid

ſtianorum augeri numerum cerneret, Deumq́; oſtenta & prodigia per eos edere: ſtimulo quodam animi percitus, ſe Chriſtianis aggregauit. Erat autem Aſtrologiæ peritiſſimus. Quo factum, ut poſteaquàm Chriſtianorũ religione fuiſſet imbutus, priora ſtudia deſerere nollet. Itaq; Chriſtiani ſacerdotes, qui eum poſt multas admonitiones ab Aſtrologicæ diſciplinæ ſtudio deſiſtere nolle cernerẽt, hominem à cœtu ſacro prohibent: quòd hiſce pœnis ſcilicet ipſum emendaturos ſe putarent. Tum ille quadam iracundia magis etiam accenſus, ad Iudæorum ſacerdotes ſe confert: ac per exſecrationem Chriſtianiſmo eiurato, circumciſionem recipit. Atq; hac ipſa de cauſſa linguam Hebraicam edoctus, nouam quamdam ſacrarum litterarũ interpretationẽ inſtituit, teſtimonia de Chriſto prorſus obſcurare ac tegere ſummo ſtudio conatus. Hinc intelligere, dilectè fili, potes, quamobrẽ iſte Aquila diuinas litteras adulterando quaſi corruperit. Poſt Adrianum Antoninus, cognomẽto Pius, ob morum benignitatẽ, annos XXII imperauit: ſub quo Iuſtinus Philoſophus, & Dionyſius Corinthi antiſtes, ut doctrinæ Chriſtianæ teſtimonio eſſent, uitã amiſerunt. Succeßit huic Marcus Antoninus, qui collega Vero genero ſuo XIX annos imperauit. Eius imperio ignis conſpectus eſt, qui è cælo delaberetur. Erat imperator Marcus ſapientiæ doctrinarumq́; ſtudijs innutritus, ideoq́; homines ſapiẽtia litterarumq́; cognitione præditos magno habebat in pretio. Quũ hoſtibus aliquãdo ingruẽtibus, ad conſcribẽdum militẽ pecunias nullas haberet: ſupellectilẽ, ut aiunt, ornamentaq́; imperatoria in foro propoſuit, perq́; præconẽ proclamari iußit, ut quicũq; uellet, citra metũ ullũ gẽmas, uniones, aliaq́; talia coemeret. Hoc facto, largè pretium harũ rerũ in milites erogat: in hoſtẽ

Aſtrologiã Aquila non deſerit.

Aquila circumciditur.

Scripta ſacra uitiat.

Antoninus Pius.

Iuſtinus & Dionyſius martyres.

Antoninus philoſophus. Eius doctrina.

Mundũ imperatorium uendit.



Ayuntamiento de Madrid

pergit: eum in fugã cõijcit: ſpolijs potitur: uictor reuertitur. Inde pecunias è præda partas in foro publicè deponit. quamobrẽ iſtuc ? ut rurſum, qui ſatiè uellet, accepto pretio, coemta reſtitueret. Poſt Marcũ filius eius Commodus XII annis imperio præfuit. Is mulieribus et mimis in cotidiana cõſuetudine delectabatur. Homines potẽtes & illuſtres gladio percuſſos è medio tollebat. quæ cauſſa fuit, ut tamdem ueneno extingueretur. In muliebres libidines occaſione quadã huiuſmodi exarſit. Morbus quidã id tẽporis omnino peſtilens in urbe graſſabatur. Itaq; ueritus imperator, ne & ipſe correptus hoc exitiali morbo periret: unguẽtis magni pretij ſupra modũ uti cepit. Hoc modo cõſequutus ille quidẽ eſt, ut morbi uim noxiã effugeret: uerùm ex eo tẽpore procliuior ad res Venereas erat. Poſt hũc Pertinax mẽſes II imperauit. Eum ſequutus in imperio Seuerus, idipſum annis XVII tenuit. Vixere ſub hoc Clemẽs, qui à librorum uarietate Stromateus appellatur, & Symmachus, et Origenes. Seuerus Byzantij balneũ exſtruxit, quod Zeuxippum nuncupãt, & Circum equeſtrẽ ædificare cepit. Is autẽ, cuius modò mentionẽ faciebamus, Origenes id tẽporis propter doctrinæ ſacræ cognitionem clarus, cõplures tum fideles, tũ infideles ad ueritatẽ manu quaſi ducebat. Inter eos fuit Ambroſius quidam, uir illuſtris, et litterarũ doctrinæq; ſtudioſus, qui eius auctoritate motus, ſectam Valẽtini reliquit. Idẽ Origenes ob externas etiã diſciplinas magnus habebatur, ut qui Geometriã arteſq; ceteras diſcipulis ſuis traderet. Nã præclara fuerat à primis annis indole præditus, ipſeq; pater eũ nonnumquã obiurgauit, ut qui ſupra modũ ætatis res diuinas & magnas indagaret. Sæpe tamẽ ipſo dormiẽte pectus eius exoſculabatur pater, tãquã ſancti ſpiritus plenũ: ſeq; propter

egregiam

Commodus imp.

Qui Commodus effeminatior factus.

Pertinax.

Seuerus.

Origenis uita.

Ambroſius Origenis diſcipulus.

Patris amor in Origenẽ.

Ayuntamiento de Madrid

egregiā hāc ſobolē beatū prædicabat. Erat enim Leontius pater uir omnino diuinus, ut qui teſtis etiā ueritatis factus ſit. Adeò uerò temperāter uictitabat Origenes, ut in ſumptum cottidianū quatuor obolis cōtentus eſſet. A` uino & oleo prorſus abſtinebat. Corpus omnino propter labores exaruerat. In ſtorea cubabat, uni modò rei intētus, ut diuinas ſcilicet res meditaretur. Quo ipſo effecit, ut multi Græci corona teſtimonij cingerentur. Præbebat Ambroſius ei cūcta, quæ ad uſus neceſſarios requirerētur: ideoq; ꝓpulit hominē, ut litteras ſacras annorū XVIII ſpatio interpretaretur. Litteris etiā cōſignatū ſcimus, Origenē ſex librorū millia cōſcripſiſſe. Mortuus eſt anno ætatis LXVIIII. Vnā tamē ob cauſſam ipſius gloria uſq; ad finē nō ꝑdurauit. Nā Ariani & Anomæi ſuarū hæreſium occaſiones ab ipſo hauſerūt. Præterea corporū reſurrectioni fidē negat: ſuppliciorū finē opinione ſua ſtatuit: genios malos in integrū reſtitutū iri cēſet. Interim tāto ſtudio corporeis exercitijs deditus erat, ut etiā pectus ipſius corrūperetur. Perhibēt itē genitalibus eū quoddā impoſuiſſe medicamētum, quo illa exareſcerēt. Herbā quoq; repit, cuius uis in iuuāda memoria ꝑmagna foret. Verum deinceps inuidia quadā ad magiſtratus, ꝗ cū imperio erāt ac poteſtate, delatus: Satanæ auxilio à fide deſciuit. Nā quū illi caſtitatē in ipſo inſignē planè cognitā haberēt, homini Aethiopem admouent: ſimul indicāt, ut uel ipſorū mādatis parēret, uel cum Aethiope ſe pollueret. Heic quū Origenes ne quidē extremis auribus tā nefandā rē audire ſuſtineret; manu ſua thure ſimulacris oblato, lapſus eſt. Quapropter Alexandrea relicta, ne illius rei cauſſa ꝗdquā audiret exprobrationis: Hieroſolymā ſe cōfert. Quumq; coactus eſſet in cœtu cōcioneq; publica orationē habere, (nā ex caſu, ꝗ acciderat

Origenis tēperantia.

Quot annis ſcripturam enarrationibus illuſtrarit.

Origenis uitia & errores.

Qui libidines extinxerit.

Origenis delictum ob uerecundiā.

Hieroſolymam ſe confert.



Ayuntamiento de Madrid

ipſi, Petro ſcilicet ſimilis erat) huiuſmodi uerba pronunciauit: Peccatori dixit Deus, quî fit, ut tu iuſta mea decreta enarres? & ore tuo fœdus meum uſurpes? Hinc libro complicato, cum omnibus lacrymas profudit. Eo modo factum, ut deinceps ex quadam mentis inſania litteras ſacras uniuerſas peruerteret, ideoq; in hodiernum uſq; diem exſecrationi eccleſiaſticæ obnoxius eſt. Seuero mortuo, Antoninus Caracallus annos VI, mēſes II, imperium obtinuit. Erat eo regnante Serapio quidam mathematicus, qui Antonino in Senatu Macrinum quemdam commonſtrauit, non multo pòſt in imperio ſucceſſurum. Qua in re negligentius ſe gerens Antoninus, alium quemdam pro Macrino iuſsit interfici. Poſt Antoninum igitur annum unum menſesq; duos Macrinus imperauit. Sequutus eſt illum Antoninus Heliogabalus, imperioq; potitus eſt annos III, menſes VIIII. Is tam prodigioſè laſciuus erat, ut Hieroclem ſibi pro marito legitimo iungeret. Præterea, ceu perhibetur, medicos quoſdam obſecrabat, ut ab anteriore parte corporis ſectione facta, ſe utriuſq; naturæ participem facerent. Poſt hunc, Alexander Mamææ F. annis XIII & octo menſibus imperio præfuit. Mamæa, quæ religioſo cultu Deum ueneraretur, Antiochea Origenem ad ſe arceſsiuit, ut ab ipſo de Chriſti myſterio erudiretur. Poſt Alexandrum Maximinus ſex annis regnauit. Poſt Maximinum, Maximus & Balbinus dies XXII. Excepit hos Gordianus. Deinde Philippus annos V regnauit. Is cum Sapore Perſarum rege fecit inducias, qui propter magnitudinem proceritatemq; corporis in omnium erat admiratione. Nam ad illud uſq; tempus hominū nemo conſpectus fuerit, qui corpore tam uaſto eſſet. Sub Philippo Sabellius uixit, eodemq; imperante, Iudæus quidam

[Margin notes: Antoninus Caracallus. — Serapio mathematicus. — Macrinus. — Heliogabalus. — Alexander. — Mamæa. — Maximinus. — Gordianus. — Philippus. — Saporis proceritas.]

Ayuntamiento de Madrid

quidam morbo laborans, in uia publica quum iaceret: à Chriſtiano, & laico quidem baptiſſatus, mox conualuit. Quapropter ad Dionyſium antiſtitem deductus, ſecunda uice luſtrationem diuinam accepit. Quippe de canonum apoſtolicorũ præſcripto, nemini laico fas eſt, ut quidquã earum rerũ peragat, quæ res ad ſacerdotum munus pertinent, etiãſi maximè caſus aliquis & neceßitas urgeat. Hoc nimirum illi ſic cõſtituerunt & decreuerunt, ut ne qua in parte contra ordinẽ delinquatur. Nã diligẽter mihi quæſo aduerte, quid in illius magni Athanaſij uita ſit perſcriptũ. Quũ puer adhuc eſſet Athanaſius, fortè ſuis cũ æqualibus maris ad litus acceßit. Ac uidebatur ille tum quidẽ in litore cum eis ludere, ſed res tota quædã erat imago eius, quod aliquando futurum eſſet. Nã pueri eo in luſu repræſentatis ſacerdotũ perſonis, eorũq; muneribus ſibi ſumtis, Athanaſiũ quidem Epiſcopũ collatis quaſi ſuffragijs creabant: ipſi uerò ſeniorũ & miniſtrorum in ordinẽ adſciti, quoſdã alios pueros ad ipſum perducebant, qui baptiſmo necdum obſignati forẽt. Eos Athanaſius aqua marina baptiſſabat. Igitur Alexander antiſtes Alexandrinorũ, quũ in litore deambulans hæc conſpexiſſet, et admiratus eſſet: pueros inungit, & per baptiſmũ perficit. Canon autẽ LI ſanctißimi patriarchæ Cõſtantinopolitani Nicephori, & aliorum ſacrorũ patrum, qui præſentes ipſi adfuerũt, hæc determinat et decernit: Infantes nõ baptiſſatos, ſi ſacerdos nullus adſit, & pater baptiſſare poteſt, & quiuis alius: modò rectè Chriſtiana de doctrina ſentiat. Poſt Philippũ Decius annos II imperauit, ſub quo Nouatus uixit. Decio Gallus & Voluſianus ſucceſſerunt, imperioq; biennũ & menſes VIII potiti ſunt. Poſt eos Aemilianus quatuor menſes præfuit. Hunc Valerianus excepit, & annos omnino

Laicis non fas baptiſſare.

Præſagium de Athanaſio.

Alexander antiſtes Alexandreæ.

Nicephori Canon.

Decius.

Gallus & Voluſianus.

Aemilianus.

Valerianus.



Ayuntamiento de Madrid

mnino XV regnauit. Sub eius imperio tanta fames exſtitit, quanta numquã antea: ſecutusq; mortalium interitus, cuius diritas explicari uerbis nequeat. Nã ex mari, fluminibus, atq; ſtagnis uapores quidam exhalabãt adeò peſtilentes & letales: ut ipſi rores nihil eſſe uiderentur aliud, quàm meri cadauerũ ſucci ac humores. Itaq; nulla domus erat, in qua non cadauer aliquod fœteret. Peribant enim homines innumerabiles. Delatũ hinc eſt imperium Claudio, qui uno tantùm anno regnauit, proauusq; magni Cõſtantini fuit. Poſt eũ paucos dies Quintilius rebus præfuit. Qum enim animaduerteret, Aurelianũ pro ſe imperium uſurpare: uena quadã manus ſecta, ſanguinẽ tam diu miſit, donec anima deficiente prorſus exſpiraret. Itaq; ſucceßit Aurelianus, quo imperãte Manes ille, uir exſecrabilis, natione Brachmanũ ortus, uixit: itemq; Paulus Samoſatẽſis, quem deinceps Apolinarius antiſtes Laodiceæ ſequutus, quũ Ariani dicerẽt, Chriſti carnẽ anima carere: cõtrariam in ſententiã adſeruit, Chriſtũ quidẽ anima præditã carnẽ adſumſiſſe, nõ tamẽ mentẽ noſtrã. Putabat enim diuinitatẽ ſolã ſatis idoneã eſſe, quæ illi carni præeſſet. Poſt hos aũt, Theodorus antiſtes eius urbis in Cilicia, quæ Mopſiueſtæ nomẽ habebat, ſumma Dominũ adficiebat ignominia, quẽ unũ ex nobis, ac ſimilẽ paremq; nobis fuiſſe diceret, ut qui nõ ſine profectu quodã gratiæ Dei particeps fact⁹ fuiſſet, & in baptiſmo ſancti ſpiritus donũ accepiſſet. Neſtorius inde Germanicea Syriæ urbe fuit oriũdus. Deniq; Iulianus quidã antiſtes Halicarnaßẽſis in Aſia, princeps fuit cuiuſdam ſectæ peculiaris, ut qui ſacroſanctã Chriſti carnẽ etiã ante paßionem dixerit interitus expertẽ fuiſſe. Poſt Aurelianũ Tacitus bienniũ imperauit. Poſt Tacitũ Probus & Florianus annos duos, mẽſes IIII. Florianũ Probus interfecit,

Ingens peſtis. Claudius. Quintilius. Aurelianus. Manes. Paulus. Apolinarius. Theodorus. Neſtorius. Iulianus Halicarnaſſenſis. Tacitus. Probus & Florianus.

Ayuntamiento de Madrid

fecit, inſania quadã ſimulata. Sub horũ imperio pluuia ex aere delapſa, ingẽs tritici copia cælitus aquæ permiſta decidit: qua congeſta, magnos aceruos homines excitabant. Itidẽ imperãte Aureliano guttas argẽteas pluiſſe traditum eſt. Sequutus eſt hos imperatores Carus cũ Carino, quorũ quiſq; bienniũ regnauit. Hinc Diocletianus & Maximianus Herculeus XXII annis imperium adminiſtrarunt. Quũq; mẽtis ueſania quadã imperio ſe abdicaſſet, habitũ uitamq; priuatã amplexi ſunt. Nã ut Symeon ille cognomẽto Metaphraſtes ait, imperatores hi magnopere conati ſunt fidẽ Chriſtianã expugnando quaſi abolere: quã Chriſtus ipſe firmius pduraturã eſſe pnuntiauit, q̃ ipſas Orci portas. Verùm poſteaquàm ea ſe moliri animaduertiſſent, quæ perfici omnino nõ poſſent: uterq; reliquit imperium, inter alia cauſsã inſtituti ſui hãc adferẽtes, q, fortunæ iam ſaturi eſſẽt, cõmutandæq; uitæ deſiderio tenerẽtur. Si quos autẽ habebãt arcanorũ participes, quibus animi ſui cogitata liberè poſſent patefacere: ad eos fatebãtur, Chriſti potentiam, prodigiorumq; uim ipſos eò perpuliſſe, ut imperium reſignarent. Eaq; de cauſſa loco ſuo deſignarunt imperatores, Oriẽtis quidẽ Galerium Maximianũ: Occidẽtis uerò Conſtantẽ, magni Conſtãtini patrẽ, q annos IIII rerũ potitus eſt, inq; Britannia diẽ ſupremũ obijt, princeps omnino religioſus. Quũ moreretur, loco ſuo Cõſtantinum filiũ cõſtituit. Galerius Maximian⁹ diuino iudicio uulnus in genitalibus mẽbris accepiſſe fertur, ppter ſingularẽ laſciuiã: itaq; pediculis ſcatens, fœtidã animã exhalauit. Debes aũt ſcire, dilecte fili, tẽporũ annotationẽ inchoatã eſſe, Ioanne Scylitza Chronographo auctore, ab Georgio ſanctiſsimi patriarchæ Taraſij Syncello, qui à mundi exorſus initio, in his ipſis tyrannis, Maximiano ſcilicet ac Maxi-

Pluit tritico.

Pluit argento.

Carus & Carinus.

Diocletianus & Maximianus.

Cur hi duo ſe abdicarint.

Galerius & Conſtans.

Galerij mors.

Chronographi qui fuerint.



Ayuntamiento de Madrid

mino eius filio, deſijt. Deinde poſt Georgium Theophanes Cõfeſſor, & ruri degentis cœtus præfectus, reliqua litteris eſt complexus, uſq; ad Nicephori generalis Logothetæ finem: qua ipſa de cauſſa Scylitzes Chronographiam ſuã à Michaelo Rangaba uoluit auſpicari.

# ANNALIVM PARS QVARTA.

## DE CONSTANTINOPOLITAnis Imperatoribus, qui deinceps regnarunt.

Imperium Conſtantini.

QVO tempore Cõſtantinus magnus copias contra Maxentiũ ducebat, ſignũ uenerandæ crucis in aere cõſpexit, indeq́; cũ hoſte congreſſus, uictor diſceßit. Tũ uerò negligentior factus, ubi rurſus in hoſtẽ proruпiſſet, uictus eſt. quo detrimẽto accepto, quẽdã in mœrorem incidit, & conſopitus eſt. Heic per quietẽ uiſus eſt ſibi nares uirga quadam uerberari. Moxq́; de naribus ſanguis promanans, in ueſte linea notam crucis expreßit. Qua re conſpecta, pœnitudine ſui delicti ductus eſt, ideoq́; rurſus hoſtibus ſuis ſuperior euadit. Secundũ hæc denuò per uxorẽ Fauſtã ad furioſum deaſtrorũ cultũ exorbitantẽ, Deus per leprã retraxit. Nã ea quũ magni huius uiri corpus occupaſſet, omnib. hominẽ modis urgebat et excruciabat. Ibi de Capitolini Iouis ſacerdotũ cõſilio colligi quidã infantes iußi ſunt, in quorũ occiſorũ ſanguinẽ ipſe merſus, morbo iſto liberaretur. Quũ aũt alicubi trãſiens, matres infantiũ lamẽtantes audiuiſſet, ploratusq́; cauſã cognouiſſet: Præſtat, inq̃t, me hoc modo excruciari, q̃ tot infantes interfici. Quaꝓpter noctu ſibi uidere uiſus eſt adſtãtes apoſtolos, qui

Bellum cum Maxentio.

Tertius Cõſtantini lapſus.

Ayuntamiento de Madrid

qui monerēt, ut Silueſtrū antiſtitē arceſſeret. Is quū pductus ad Cōſtantinū eſſet, baptiſſatū lepra liberauit. Ex quo ſanè tēpore magnus hic imperator tātopere fidē propugnauit, ut etiā ipſe præſtāda ſuſciperet omnia, quæ in more Chriſtianis eſt obſeruare. Nā & quarta feria, & præparatiōis die ieiunabat; omni opere die Dominico uacabat: mancipia Iudæi ne deinceps emerent, uetabat: ad crucem neminem amplius condemnabat, ut pretioſæ cruci Chriſti religioſum hunc honorem deferret. Inter alia, diebus etiā ſeptimanæ, qui prius à Saturno, Marte, ſideribus ceteris nuncuparentur, alias appellationes indidit. Vxorem Fauſtam, quæ Maximiani erat filia, in balneo ſupra modum calfacto necauit. Eius rei cauſſa fuit Priſcus, Fauſtæ priuignus, ob nouercæ criminationes interfectus, quē Cōſtantinus è concubina ſuſtulerat. Filios autē reliquos, Conſtantinū, Cōſtantē, et Conſtantiū, ex Maximina Diocletiani filia ſuſcepit. Ceterùm hoc tēpore Romano in Capitolio quidā erat draco, abditus in antro, cuius deſcenſus CCCLXV gradus habebat. Is multos mortales lædebat adflatu ſuo, ſi quando extra illud antrum proſpectaret. Sed magnus ille Silueſter eum rogatus ibidem occluſit. Deinde poſt editū miraculum, quod in tauro immaniter ſæuo Silueſter declarauit, quum de fide noſtra & Iudæorum aduerſus magnū illum Zambrem diſputaret, ipſo Conſtantino magno & ſacroſancta ipſius matre Helena præſente, quæ tum adhuc obnixè Iudæorum partibus adhærebat: imperator planè diuinus urbem, quæ ab ipſius nomine appellaretur, condere inſtituit. Quumq; decreuiſſet ipſe ſecum hoc nomine uerſus Occidentē proficiſci, per quietē impulſus eſt, ut inſtituto priori relicto, iter aliud ingrederetur, quod Byzantium ſcilicet duceret. Quo factum eſt, ut circa Chalcedo-

Conſtantinus baptiſſatur.

Fauſtæ mors.

Liberi.

Initiū Conſtantinopolis.

Somnium.

y 5 nem

nem magno ſtudio cōdendæ urbi operam daret: ſed irrito

Portentum.

conatu, quòd nimirum cælitus impediretur. Nam proditū eſt monumentis litterarum, aquilas inſtrumentis artificū & fabrorū Chalcedone ſurreptis, ea trans fretum deportata, Byzantij depoſuiſſe. Hoc opidum quondā Heracleæ, ſitæ in Thracia, præferebatur: uerùm huiuſmodi quadam

Byzantio prælata Heraclea.

ex cauſſa Heracleæ ſubijci cepit. Erat ſanè Byzantiū urbs perantiqua, & ſuis legibus adminiſtrabatur. Sed regnante Seuero imperatore Romano cincta obſidione à Romanis, quum totum triennium obſidionē toleraſſet: tamdem in deditionem uenit, quòd incolis commeatus planè defeciſſet. Tum uerò & mœnia diruta ſunt, & iura ei ciuilia

Perinthus eadē quę Heraclea.

prorſus adempta, deniq; locus ipſe iuriſdictioni Perinthiorum adſignatus. Nam Heracleam Perinthum olim uocabant.

Patriarchā quis confirmet.

Iccirco deinceps uſus obtinuit, ut patriarchæ Cōſtantinopolitani confirmatio ad Heracleæ ſpectet antiſtitem: à quo ſcilicet olim quoq; Byzantino antiſtiti manus imponebatur. Igitur magnus ille Conſtantinus inſtaurato caſtro, quod olim à Byzo Thracum rege fuerat exſtructum, magnum loci ſpatium adiecit, urbiq; cognomentum

Noua Roma.

Renoualia Byzantij anno Mundi 5838.

Nouæ Romæ dedit. Ac ſoluta fuit urbs longè ampliſſima, celebrataq; ipſius Renoualia a.d. V eid. Maias, anno IↃↃIↃCCCXXXVIII. Arceſſitus eſt id temporis Valens aſtronomorū excellentiſſimus, qui collocatione ſiderū deſcripta, IↃCXCVI annos urbē duraturā uaticinatus eſt: quæ ſanè Valentis prædictio deinceps falſitatis cōuicta eſt, arte nimirum ipſius palàm à uero aberrante.

696

Patricij Romani Conſtantinopolim traducti.

Quum aūt magnus imperator urbem ſuam hominū exiguam habere copiam cerneret, quotquot Romæ illuſtriores erant, Conſtantinopolim tranſtulit: quorū in numero erant Olybrius, Verus, Vrbicius, Zoticus, Eugenius, Eubu-

lus,

Ayuntamiento de Madrid

lus, Studius, Florentius, Calliſtratus, Maurianus, Seuerus, & Iſidorus: qui Conſtantinopoli domos, templa, hoſpitũ ædes exſtruxerũt. Et quidẽ hos patricios Romanos, quos recenſuimus, hoc quodam modo Conſtantinus eò migrare perpulit. Quũ anulos eorũ ad ſe recepiſſet, contra Perſarum regẽ Sarbarũ ipſos cum copijs ablegauit: quo illi uicto, tamdem reuerſi ſunt. Interea uerò dum domo aberãt, anulis Romam miſsis, uxoribus eorum perſuadet, ut Conſtantinopolim ſe conferrent. Secundum hæc ipſis ædificia condit, prorſus eiuſmodi tam amplitudine quàm forma, qualia Romæ habuerãt. Quum igitur illi reuerſi fuiſſent, ac rem uti geſta fuerat, cognouiſſent: cum ſtupore quodam factum imperatoris admirati ſunt. Erant autem inter hos quatuor illi quidem Magiſtri, octo uerò poſteriores patricij. Et animaduerte, dilecte fili, urbe id temporis, quo condebatur, exæquata & complanata: ſaxa quædam à lapicidis exſecta fuiſſe, ac munimenti loco aduerſus maris impetum, à Barbara propemodum ad Auream uſq; portam collocata, ut per ea murus interior expers detrimenti conſeruaretur. Præterea Cõſtantinopolim Roma deportauit columnam illam ex uno confectam lapide, quæ in Foro ſtabat: eiq; ſtatuam illam impoſuit, quam Heliopoli, urbe Phrygiæ auexerat. Hinc creatis Cæſaribus, quorum alter Conſtans ageret Conſtantinopoli, alter Licinius ſororis maritus Nicomedeæ: aduerſus Perſas exercitum duxit. Licinius autem per ipſius abſentiam perſequutionem aduerſus Chriſtianos mouere cœpit, & antiſtitem Amaſiæ Baſilem, hoc enim ei nomen erat, interfecit. Eodem tempore ſerpentes in Melitena prouincia tam acriter inter ſe depugnarunt, ut propter cadauera necatorum paſsim regio fœteret. Sequutum

Qua arte ſit uſus ut hoc efficeret.

Conſtans & Licinius Cæſares.

Licinius Chriſtianos adfligit.

Serpentum pugna.

Ayuntamiento de Madrid

Concilium Nicænum. *tum eſt non multo pòſt concilium ad urbem* Nicæam, *in quo inexpugnabilem* Græcæ *religionis propugnatorem* Spyrido uincit Eulogiū. *Eulogium magnus ille uerbisq; ſimplex ac rudis* Spyrido *uicit, & ſuam in ſententiam perduxit. Decretum inter alia eſt in hac Synhodo, ut* Paſchatis *feſtum ita celebretur, quemadmodum hodie mos obtinet.* Nam *antea die menſis* De celebratione paſchatis. *Lunaris* XIIII *Paſcha celebrabatur, quo modo quicūq; feſtum hoc celebrant, eos ſacroſanctum & uniuerſale ſecundum conciliū Canone ſeptimo Quartodecumanos & Quartanos appellat.* Non *enim die* Dominico *paſcha celebrabant, ſed ubi decimus quartus menſis* Lunaris *dies appetijſſet, quo nimirū die* Luna *plena eſſet.* Et *quidem ita feſtū hoc celebrabant, ut in eo ieiunarēt, ac peruigilijs uterentur.* Etiam *hoc ſcire te uolo, magni Conſtantini filiū Cōſtantiū, Arianorū partes ſequutū, magno ſtudio primā* Conſtantis pietas. *Synhodū abolere uoluiſſe. Quod ubi ueteris* Romæ Papa *cognouiſſet, ad* Conſtantē Conſtantij *fratrē detulit.* Is *uerò bellum fratri per litteras illaturū ſe minatus eſt, ni rectam fidem conuellere ſuccutereq; deſineret.* Itaq; *de imperatorum conſilio* Synhodus Sardicæ *coijt, in qua patres erant* Concilium Sardicenſe. CCCXLI. *Hi ſacroſanctū illud ſymbolum* Nicææ *conditum, confirmarunt.* Eſt *autem* Sardica *illud opidum, quod* Sardica eadē cum Triaditza. *modò* Triaditzam *nuncupāt.* Deinceps *magnus* Conſtantinus, *celebrata ſcilicet* Nicæna *ſynhodo* Arium *miſit ad magnum illum* Athanaſium, *ut ab eo ad communionem admitteretur.* Nam Conſtanti *iureiurando adfirmabat, rectam ſe deinceps ſententiam ſequuturum.* Quum *autem uir eximius ipſum non admitteret, ab* Arianis *ſolio* Athanaſius expellitur. *deturbatus eſt.* Nam *qui partes* Arianas *fouebant, impeperatorias aures occupauerant, & multipliciter uirum ſanctum criminabantur.* Quantum *certè malum ſit, accuſatores*

Ayuntamiento de Madrid

cuſatores admittere, contraq; delatos inaudita cauſſa pronuntiare: licet ex his cognoſcere, quæ inter magnū Athanaſium & ſanctum hunc imperatorem acciderunt. Eadem Athanaſius etiam imperante Conſtantio perpeſſus eſt, quo quidem tempore uirginē ad quamdam profugit, & occultatus ab ea, totos ibidem ſex continuos annos delituit. Poſt imperatoris uerò mortem, ad ſuos reuerſus eſt. At quū Iulianus mox omnia de integro perturbaſſet, rurſum fuga ſibi conſulere coactus eſt. Forte tum temporis circa Serapidis fanum cornices * crocitabant. Heic ab ethnico quodam uir ſanctus interrogatus, quid illarū uociferatio ſibi uellet, reſpondit: Syrorū, ô improbe, lingua uox Cra diem craſtinum ſignificat. Cras enim Dei prouidentiam uidebitis. Neq; multo pòſt hominis ſcelerati mors nuntiata eſt. Ceterum Conſtantinus magnus Romæ XII annos imperauit, apud nos XX. Quumq; contra Perſas cū copijs moueret, Nicomedeæ uita functus eſt: per inſidias fratrum ſublatus è medio, qui propter ſimultates quaſdam, cum eo quas exercebant, letale uenenum ei propinarūt. Mortem eius cometes exortus, ut memoriæ proditum eſt, portendit. Magnus certè Baſilius ſignificare uolens, huiuſmodi uim cometarum eſſe: Quoties, inquit, exiſtunt cometæ, ſigna ſunt ſucceßionis regū. Alexander Monachus in hiſtoria de pretioſæ crucis inuētione tradit, magnum hunc principem Nicomedeæ fato functum, quum lethifero morbo laboraret. Ibidē eum morbi tēpore baptiſſatum eſſe. Conſtantinus enim, ut ipſe quidē cōmemorat, ad illud uſq; tēporis baptiſmū diſtulerat, quòd diuinū hoc lauacrum in Iordane cōſequi cuperet. Verùm hæc narratio reapſe parū uero conſentanea uidetur. Nam plus meretur fidei, quod alij tradunt, eum apud Romam ueterē à ſancto Silue-

Athanaſij exilia.

*ἔκραζον.

Oraculū de Iuliano.

Conſtantini mors.

Cometes.

Alexander Monachus de Conſtantini baptiſmo.

Refutatio.

Ayuntamiento de Madrid

Silueſtro baptiſſatũ eſſe. Quanquã enim Ariani quidam conſtanter adſerunt, eum ab Euſebio Nicomedeæ antiſtite baptiſſatũ eſſe, ut qui Conſtantino illũ ad locum uſq; comes fuerit, itaq; deinceps obdormiuiſſe: nõ tamen dubium eſt, quin magni huius imperatoris baptiſterium, quod adhuc Romæ cõſpicitur, illuſtri ratione ueritatẽ cõmonſtret. Immò fieri nõ potuit, ut Nicæno in concilio baptiſmi expers ipſe foret. Quo enim pacto uel preces unà cõcipere, uel ſacris adeſſe rebus poterat, nondũ baptiſmi particeps? Quapropter in hunc modum de uiro maximo uel loqui, uel ſentire, prorſus abſurdũ fuerit. Quàm inſigniter autẽ ſancta magni Conſtantini anima ſe demiſerit, ac multorũ imbecillitatibus ignouerit, uel hinc colligi manifeſtò poteſt. Erãt ad ipſum allati libelli, quibus antiſtitũ accuſationes ſcriptæ continebantur. Tum Cõſtantinus chartas mox cõcremauit, & huiuſmodi uerba ſubiecit: Si ſacerdotẽ delinquentem uiderẽ, hac eum chlamyde tegerẽ, ut Deus etiã mea peccata tegat. Diximus aũt ſuprà, Seuerum imperatorem primũ condendi Circi equeſtris initiũ feciſſe. Poſt illũ Cõſtantinus magnus Circo peripatos, gradus, ornatumq; reliquũ addidit. Nam quæcunq; Nicomedeæ, Antiocheæ, ceteris in urbibus erant ſimulacra, Conſtantinopolim allata ſunt. quippe ueneratio ſimulacrorũ priſca iam obſoleuerat. Multa erat uidere ſimulacris illis inſcripta de rebus futuris. Præter hæc, ipſa quoq; Mangana ſunt à Conſtantino magno exſtructa: quo in loco repoſita erãt omnia bellica inſtrumenta, libriq; de rebus mechanicis. Idem Conſtantinus quum in Magiſtratuum domo ſiue Curia Byzantij carceres inueniſſet, ipſe etiam carceres eodem in loco reliquit. Atque illi ſanè iſtic ad Phocæ imperatoris uſque tempora permanſerunt. Tum patricia quædam mu-

Conſtantini moderatio.

Qui Cõſtantinopolim ornauerit.

Manganorũ ſtructura.



Ayuntamiento de Madrid

lier, eaq; uidua, cui Mare nomẽ eſſet, ſortẽ acerbam carceribus incluſorum miſerata, quòd fœtoribus excruciarentur: accepto pretio ſuam ipſius domum imperatori conceſsit. Quamobrem id temporis conditum eſt id, quod Prætorium modò nuncupatur. Et de his quidẽ hactenus. Poſt Conſtantinum filius eius Conſtantius annos XX rerum potitus eſt. Is Alexandrum patriarcham coegit, ut Arium ad communionem admitteret: idq; factum omnino fuiſſet, niſi diuina iuſticia rem anteuertiſſet, Ario rebus humanis à poſteriore parte Fori exemto. Quum enim iſtac præteriret, fortè aluus hominẽ pungendo urgebat. quapropter in cloaca conſidens, ipſa inteſtina per anum deiecit. Patrueles Cõſtantij, Gallus & Iulianus,* Antiocheæ lectorum, quos Anagnoſtas dicimus, munere aliquamdiu functi ſunt. quumq; templum martyri Mamanti conderent, exſtructa Iuliani ſumtu pars manè reperta eſt ſolo æquata. Sub eiuſdem Conſtantij imperio, Flauianus Antiochenus duas in partes diuiſis, qui pſallerent, eos Dauidis hymnos alternatim concinere iuſsit. Secundũ hæc ab impiæ ſententiæ ſectatoribus impulſus hic Cõſtantius, antiſtites arceſsiuit, ut Synhodus coiret, per quã decerneretur, Trinitatẽ unius & eiuſdẽ eſſentiæ nõ eſſe. Verùm conatus omnis irritus fuit. Nam quum grauem in morbum incidiſſet, deq; uita iam deſperaſſet: Euzoium Antiochenum antiſtitem ad ſe uenire iuſsit,* illuſtrationemq; diuinam celeriter conſequutus, uiuendi finem fecit. Ipſo uiuente pontifex Hieroſolymorũ erat Cyrillus, uir eximius, qui ad Conſtantiũ in hæc uerba perſcripſit: Patre tuo regnante, crux in terris reperta eſt. Rurſum te regnante crux de cœlo eſt patefacta. Nam in Golgathæ loco, circiter horam diei tertiam, in ipſo Quinquageſimæ feſto, ſignum

Mutati carceres.

Cõſtantius imp.

Arij mors.

*al. Cæſareæ.

Pſalmorum concentus inſtitutus.

*h.e. baptiſmum.

Cyrillus Cõſtantio.

crucis

Ayuntamiento de Madrid

crucis conſpectum eſt, de luce quadam fulgentiſſima compactum. Neq; tantùm ab uno conſpectum eſt, uel per imaginationem quamdam: ſed ab omnibus, & multas quidem in horas. Pòſt Conſtantium ſucceſſit in imperio Iulianus; annisq; duobus & ſeptem menſibus eo potitus eſt. Princeps hic nequiſſimus ante initi regni tēpora, quemadmodum magnus ille Cyrillus antiſtes Alexandrinus commemorat, in numero fidelium erat, ipſum quoq; baptiſmum conſequutus, (utut deinceps illum per ſanguinem impurū & exſecrandum depoſuit) & egregiè ſacris erat in libris exercitatus. Verùm deinceps uiri quidam ſuperſtitioſi quum familiares ei facti fuiſſent, habitis ad ipſum de fidei deſertione ſermonibus, tandem perfecerunt, ut qui ſacroſanctis in eccleſijs & monaſterijs educatus erat, impurorum geniorum cultor euaderet. Quumq; facundus eſſet à natura, linguam ſuam aduerſus Seruatorem noſtrum Ieſum Chriſtū exacuit: & libros aduerſus religioſum Chriſtianorum cultum tres conſcripſit. Tanto furore ſanctos oppugnabat, ac præſertim illo ipſo tempore, quo delapſus ignis è cælo pulcerrimum illud Antiocheæ ſuburbiū, quod Daphnen uocant, unà cum ipſis ſimulacris exuſſerat: ut aheneam Chriſti ſtatuam, à muliere ſanguinis fluxum perpeſſa collocatam Cæſareæ Philippi, quam nunc Paneadem uocant, inhumaniter confregerit: & ſacras Ioannis baptiſtæ reliquias, brutorum oſſibus permiſtas, concremauerit. Præterea Iudæos aduerſus Chriſtianos armabat, eoſdemq; iuuabat in exſtructione templi ſui: quamquam in hoc conatu ſunt impediti à uento graui, terræmotu, & igne deniq;. Nam ignis è fundamentis ipſis quum proſilijſſet, eos ab opere inſtituto deterruit & retraxit. Sciendum eſt autem tibi, dilecte fili, quòd in hodiernum

Iulianus imperator.

Deſerit religionē Chriſtianam.

uſq;

Ayuntamiento de Madrid

uſq; diem nomen illius, qui Iulianum in expeditione Perſica iaculo confixit, ignoretur. Quamquam enim perſcriptum reperiamus in libro de ſancti Baſilij miraculis, quæ magnus ille uir Amphilochius litteris commendaſſe perhibetur, mandato perpetuæ uirginis Deiperæ per ſanctum Mercuriũ, magni Baſilij precibus deſertorẽ hunc traiectũ fuiſſe: non tamen hæc narratio meretur, ut ei continuò fidem adhibeas. Quamobrẽ iſtuc: quoniã in eodem ſcripto legimus magnum Baſilium Cæſareæ pontificem id temporis fuiſſe, quũ eas regiones imperator improbiſſimus contra Perſas expeditione ſuſcepta peragraret. At uerò aliter eximius ille Gregorius cognomento Theologus memoriæ prodidit. Nam ſi Baſilius, hoc ita narrante, in Ponto degebat ſub initium imperij Valentis, qui aliquanto pòſt tempore regnauit, quũ Cæſareæ pontifex eſſet Euſebius: multo minus Iuliano imperante Baſilius antiſtitis munere fungebatur. De quo ſatis euidenter apparet, Iulianũ iter per Cappadociam facientem neq; Baſilium iſtic pontificem reperiſſe, neq; ipſius eccleſiæ minatum eſſe. Conſimili modo nec precatus eſt hoc nomine Deum Baſilius pontifex, nec ad tollendũ è medio deſertorẽ Mercurius ille Chriſti teſtis fuit ablegatus. quippe ſi hoc pacto res geſta fuiſſet, obſcurum nõ eſſet in hodiernũ uſq; diem, à quo Iulianus telo confixus fuerit. Nam iaculo traiectum conſtat, auctore facti prorſus incognito. Quinetiam ſe audiſſe de quodã ſcribit Gregorius ille Theologus, ne ſepulcri quidẽ participẽ factũ fuiſſe Iulianũ, ſed à ſolo ipſius cauſſa ſuccuſſo abſorptum: quæ res, ait, credo ſuppliciorũ alterius uitæ quoddã prooemiũ & exordiũ erat. Multis enim flagitijs exſecrandis deſignatis, annos plus minus XXX natus periſt. Ante mortẽ è Perſide geniũ quemdã in occidentẽ ablegauit,

Ignorari à quo ſit traiectus Iulianus.

Naz. de mortui Iuliani cadauere.

Genius monachi precibus impeditus.



Ayuntamiento de Madrid

ut eius opera celeriter reſpõſum acciperet:ſed quod cupiẽbat,non eſt adſequutus. Nam quum genius in Monachum quemdam, cui Publio nomen eſſet,totos X dies precantẽ incidiſſet,progredi ulterius nõ potuit. Itaq; re infecta reuerſus ad Iulianũ,cauſſam ei longo etiã ex interuallo,multoq; clamore ſignificabat. Præterea ſæuus homo,cuius uiſcera nulla cõmiſerationis adfectione mouerentur, mulierculas uiuas uaticinãdi cauſſa diſſecabat. Poſtquàm è uiuis

Iouianus imp.

exceßiſſet, præclariſſimè Iouianus imperio præfuit, qui cunctis à militibus ad hoc delectus: Equidem,ait, hominũ pollutorũ imperator eſſe nequeo. Tum omnes exclamare: Chriſtiani ſumus. Poſt octauũ imperij menſem in Cilicia diẽ obijt,magno ſui apud omnes deſiderio relicto. Poſt Io-

Valentinianus imp.

uianũ Valentinianus annis XII imperauit. Is imperium præmij loco diuinitùs accepit propterea, quòd confeßionis Chriſti cauſſa fuiſſet à Iuliano exauctoratus. In oriẽte conſortẽ imperij turpiſſimum illum Valentem habuit. Cur

Valentis crudelitas.

enim hunc ſceleratiſſimũ non appellemus? quando miſſos ad ſe Conſtantinopoli LXXX uiros ex ſacerdotũ ordine,legationis obeundæ cauſſa,in naui combußit. Quum à Gotthis ei bellũ eſſet illatũ, à fratre,uiro planè diuino,ſuppetias ſibi ferri poſtulabat. Is uerò nõ tantùm copias au-

Valentiniani piũ reſponſum.

xiliares denegauit,uerumetiã cũ exprobratiõe quadã reſpondit:Opem homini cũ Deo bellum gerenti ferendã nõ eſſe. Quapropter Valens,quum annos decem & quatuor impiè regnaſſet, ab hoſtibus in palearum tugurio quodã

Iſaacius monachus.

igne concrematus eſt. Accidit eo tempore,ut Iſaacius monachus, qui Valentem obiurgare ſolebat, eaq; de cauſſa uinctus in cuſtodia detinebatur, fœtorem exuſti alio lo-

Aquæductus Valẽtinian.

co Valentis, ceu diximus, in carcere ſentiret. Valentinianus aquæductum Conſtantinopoli condidit, & aquam in urbem

Ayuntamiento de Madrid

urbem introduxit. Præpoſitum quemdam, ob Beronicæ mulieri cuidam illatam iniuriam, uiuum in circo equeſtri combuſſit. Id temporis magnus ille Macarius Hyænæ catulis cæcis uiſum reſtituit. Tum Hyæna catulorũ mater pellem ouinã uiro ſancto pro ſanata ſobole loco muneris obtulit. Poſt Valentem Gratianus Valentiniani filius annos III imperauit. Hoc regnante quiddã horrendum Alexandreæ contigit. Nam mare tanto ſpatio retroceſſit, ut etiam naues in ſicco ſubſiſterent. Quum aũt uulgus hominũ confluxiſſet, ſpectandi prodigij cauſſa: rurſum mare ſuũ in locũ recurrit, & quidẽ ultra litorũ præſcriptas metas. Quo factũ eſt, ut aquis hominũ I꜄꜄ ꜄꜄ extinguerentur. Præter hæc Cretæ Siciliæq; regiones propemodũ uniuerſæ maris inundatiõe coopertæ ſunt, quod extra cõſueta litora plus minus C ſtadijs procurrebat. Itidẽ alij magni maris ſinus ſic duas in partes diuulſi receſſerũt, ut naues in fundo ſubſiderent; & aqua loco priſtino reſtituta, uiciſſim emergerẽt. Receſendũ inter alia, quod urbs Bithyniæ Nicæa terræmotu ſubruta prorſus corruerit. Tanta quidẽ mortaliũ erat trepidatio, ut cũcti ad mõtes ſe fuga reciperẽt. Gratianus aũt arte ac dexteritate feliciter ſagittandi tantopere ualebat, ut ab omnibus uulgo decãtaretur: Tela Gratiani mente intelligẽtiaq; prædita eſſe. Quũ mulier quædã aliquando ad imperatorẽ acceſſiſſet, quæ maritũ uociferãdo accuſabat, uerberibus et flagris peſſimè ipſam tractantẽ: Nihil hoc, ô mulier, ait, ad me pertinet. Ibi quũ ipſa ſubieciſſet, etiã maritũ ſuũ aduerſus ipſummet Gratianũ inſidias moliri, denuò reſpõdit: Quid cũ ea re tibi negotij eſt, mulier? Poſt Gratianũ magnus ille Theodoſius XVII annis imperio potitus eſt. Hoc loco diligẽter illud etiã obſeruabis. Quum Gotthis à Theodoſio deuictis, Gratianus eum pur

Macarij miraculum.

Gratianus imp.

Ingens prodigium & calamitas.

50000.

Aquarum illuuies & hiatus.

Nicæa collapſa.

Gratianus ſagittãdi peritiſsimus.

Gratiani moderatio.

Theodoſius magnus imper.

Theodoſij proceritas.



Ayuntamiento de Madrid

pura uellet induere: nullam omnino reperit, quæ ipſius proceritati reſponderet, præter eam, qua magnus ille Conſtãtinus fuerat uſus. Theodoſius enim ſupra ceteros homines ipſis humeris eminebat. Poſteaquàm imperium diuinitùs ei traditũ in manus fuerat, Gallam ſui anteceſſoris *uxorem ſibi matrimonio iunxit. Etenim Placilla iam obierat, ex qua filios Arcadiũ & Honorium ſuſtulit. Eos quũ ſacris erudiri litteris uellet, nec quemquam reperiret, qui & philoſophus, (hoc eſt, ſapientiæ doctrinæq; ſtudioſus) & Philotheus (hoc eſt, ſtudioſus Dei rerumq; diuinarum) pariter eſſet: ad conſortẽ imperij,* Romæ degentem, miſſis legatis, interrogari iuſsit: ecquẽ uirum talem haberet. Is uerò cum Papa ſollicitè huius rei cauſſa quadam perueſtigatione inſtitutà, neminem alium magis idoneum reperit, quàm eſſet magnus ille Arſenius, qui tum Diaconi munere fungebatur. Quapropter hũc magno Theodoſio mittunt, quamquã grauiter idipſum ferentem: quòd ſe diſciplinas illas orbiculares ex eo tempore, quo muneri ſuo præfectus fuiſſet, neglexiſſe diceret. Imperator hominem perbenignè ac hilariter excepit, eiq; filios ſuos cõmendauit et tradidit, non ut imperatores, ſed liberorum atq; diſcipulorum loco habendos. Quumq; uidiſſet aliquando ſuos quidem filios ſedentes, qui diademata geſtarent, Arſenium uerò ſtantem, eosq; docentem, excandeſcens ait: Egóne ſic tibi mandaui? Num tu eos imperatores facis? Eius rei poteſtas in ſolius eſt Dei manu poſita. Simul abiectis diadematis: Præſtat, inquit, piè mori, quàm impiè regnare. Secundum hæc Arſenio fugam cũ animo ſuo propterea inſtituente, quòd Arcadium fortè uerberauerat, isq; propter hanc cauſſam inſidias ei ſtrueret, uocem huiuſmodi audiuit: Fuge mortales, Arſeni, & ſaluus eris. Hac de cauſſa

*al. ſororem.

Theodoſij cura de liberũm educatione.

*Valentinianum II.

Arſenius Theodoſio miſſus.

Egregium Theodoſij factum.

Arſenius Arcadij caſtigati metu profugit.

Ayuntamiento de Madrid

cauſſa quum profugiſſet, ac Scetam ſe contuliſſet, rurſus aliam uocem audiuit: Fuge, ſile, quieſce. Deinceps ubi ad imperium Theodoſij filij perueniſſent, litteris ad eum perſcriptis orarunt, ut culpam eis condonaret, Arcadio præſertim, qui magiſtrū interficere gladiolo uoluiſſet. Quūq; magno illi uiro ſignificatum hoc etiam ab ipſis foret: Accipe publicas in Aegypto pecunias, & eas arbitratu tuo diſtribuito: equidem, reſpondit, huic mundo mortuus ſum, nec amplius uiuo. Deus tamen nobis ignoſcat. Poſt hæc ſecundum concilium & magnus ille Theodoſius eximiū uirum, Gregoriū cognomēto Theologū, in Conſtantinopolis ſolio collocarunt: tametſi quidā antiſtites Aegyptij nōnihil turbarum per inuidiam darent, quæ res Gregorium mouit, ut ſolio ſponte ſua cederet. Succeſſit in eius locum Nectarius, natione Tarſenſis, dignitate prætor: uir admiranda quidē innocentia uitæ præditus, uerùm ad illud uſq; tempus nondū baptizatus. Hic ergo Nectarius ex ordine enatorio delectus, antiſtes deſignatur: Macedonius uerò exſecrationis ſententiæ ſubijcitur. Quū aūt aliquando magnus ille Theodoſius Conſtantinopoli diſcedēs, ad partes occiduas pergeret: accidit, ut neceſſariæ cuiuſdā rei cauſſa Theſſalonicā ingreſſi milites, ſeditionē concitarent. Iis ſe ciues opponebant, & lapidibus milites petebant. Ob hanc cauſſam quū imperator ira efferbuiſſet, conniuente militū ad furorē loci prætore, ſeptē hominū millia ſunt interfecta. Hinc imperator itinere facto Mediolanū ut peruenit, urbem Italiæ: diuiniſſimus antiſtes eius urbis Ambroſius uetuit, quo minus eccleſiam ingrederetur. Itaq; ſecretus à cœtu Chriſtianorū publico totos VIII menſes fuit, uixq; propter Chriſti natiuitatē ſacris illis uinculis eſt ſolutus, et in cōmunionē admiſſus libello primū de* XXX diebus dictato.

Diſcipuli ueniam à magiſtro petunt.

Nazianzenus fit patriarcha.

Cædes ciuiū Theſſalonicæ.

Ambroſij libertas.

*quibus ſententia capitales ſuſpendi debeāt.



Ayuntamiento de Madrid

dictato, & legis uim habere iuſſo. Quinetiam prohibitus eſt eodem tempore, ab eodem Ambroſio, quo minus in ſacrariũ ingrederetur, quum is diceret purpuram imperatores facere, non ſacerdotes. Quo factum eſt, ut Conſtantinopolim reuerſus imperator, & à Nectario rogatus, quam ob cauſſam ſacrarium non ingrederetur, his tantùm uerbis reſponderet: Vnus epiſcopus Ambroſius. Ceterùm quo tempore à populo Antiocheno imperatoriæ ſtatuæ deturbatæ ac euerſæ fuerant, homines ſolitariam uitam in iugis montium exercentes, egregiè philoſophiam doctrinamq; ſuam declararũt. Nam Deum precati deſcenderunt, & in hæc uerba miniſtros imperatoris compellarunt: Hæc imperatori Domino ueſtro renuntiate. Si tantopere tu propter euerſam imaginem æream indignaris, quî Deum æquo laturum animo cenſes, ſi abs te ſuam imaginem indignum in modum tractari uideat? Eodem tempore pretioſum Ioannis baptiſtæ caput Conſtantinopolim perlatum eſt. Præterea Theophilus Alexandrinus antiſtes Serapidis templum, quod erat Alexandreæ, demolitus eſt. In eo templo ſtatua quædam erat, quæ ita ſurſum penderet, ut nulli rei uideretur adhærere. Nam quia ſtatuæ ferrum undiq; infixum erat, & ferro magnes lapis ex aduerſo copioſè oppoſitus: inter pauimentum & tecti laquearia pendebat. Nimirum ui pari quatuor à partibus attrahebatur, quumq; nullam in partem uergere poſſet: neceſſariò harum in medio ſuſpenſa manebat. Secundum hæc gentes quædam infinitæ contra Theodoſium hunc magnum ſe commouent. Quid heic imperator? per litteras Alexandrino antiſtiti ſignificat, ut magnum illum Senuphium, in Aegypto degentem, auxilio ſibi uenire iuberet. Appellatus hac

Antiocheni ſtatuã imperatricis deijciunt.

Templũ Serapidis euertitur.

Statua penſilis ob magnetem.

Senuphius uir ſanctus.

de

de cauſſa Senuphius, ad imperatorem proficiſci renuit: mittit autem ei baculum, cum lacero ſuo & attrito palliolo. Quibus ſanè tum galeæ, tum haſtæ loco imperator uſus, in hoſtes copijs ductis, ſuiſmet eos manibus in fugam coniecit. Tam egregia nimirum facinora pura ſinceraq; fides edere conſueuit. Poſtquàm Theodoſius rebus humanis exceßiſſet, filius eius Arcadius XIII annis imperauit. Is quum Xerolophi columnam erexiſſet, in ea ſtatuam ſuam collocauit. Eodem regnante ſeptem totos dies terra mugitum edidit, maximoq; motu terrarum orbis uniuerſus concuſſus eſt. Poſt Nectarium eccleſiæ Conſtantinopolitanæ gubernacula Ioanni aureo illi oratori, magno cum bono publico ſunt commiſſa. Vir erat eloquentißimus, & ipſius etiam Libanij, magiſtri ſui teſtimonio commendatus. Interrogatus enim, quemnam ſuo loco doctorem diſcipulis præficiendum iudicaret: Ioannem, inquit, niſi Chriſtiani eo nos intercepto ſpoliaſſent. Quippe quum annum ætatis octauum atque decimum ageret, Libanium magiſtrum reliquit, & à Meletio baptiſſatus, lectorq; deſignatus, ſolitarios ad ſeceſſus ſeſe coma tonſa recepit. In ijs res diuinas edoctus, ad Meletium reuertitur, & Diaconi munus accipit. Inde Flauianus ſeniorem creat. Vnum in eximio uiro nonnulli criminabantur, quòd in ſubditos grauiore nonnihil ſupercilio uteretur. Qua quidem de re magnum hunc uirum Iſidorus Peluſienſis, qui eo magiſtro fuit uſus, purgans atque defendens: eum qui alijs præſit, & bonum eſſe debere pronuntiat, & formidabilem. Quamobrem iſtuc? quoniam tum boni, tum mali ſint inter eos, qui ab alijs reguntur. Secundum hæc magnam ad urbem hanc uenit, & in ſolium patriarchi-

Baculo & pallio Senuphij uincuntur hoſtes.

Arcadius imp.

Terræ mugitus.

Chryſoſtomus patriarcha.

Libanius de Chryſoſtomo.

Quid obiectum fuerit Chryſoſtomo.

Iſidori defenſio.



Ayuntamiento de Madrid

Cum Eudo xia cõtentiones.

cum ſublatus, Eudoxiæ imperatrici ſemet opponit, eáq; de cauſſa multa ſanè aduerſa perfert. Nam quum Hebdomum magnus Epiphanius ille ueniſſet, præter Ioannis uoluntatem multos ſacris initiabat, & conuentus agebat. Quippe criminationibus à Theophilo contra uirum ſanctum excogitatis præoccupatus fuerat. Et eumdem magnum Epiphanium Eudoxia quoq; contra Chryſoſtomum magis incitabat, quum diceret, uniuerſum quidem Romanum imperium ſua poteſtate contineri; ſolum hunc Ioannem ſimultates ſecum exercere, ac iniurijs imperatricem extremis adficere. Nec in hoc tantùm ab eo delinqui, uerumetiam fouere hominem quamdam opinionem, ab eccleſiæ doctrina prorſus abhorrentem. Ea de cauſſa ſe poteſtatem omnem Epiphanio concedere, tum cogendi concilij, tum ſolio ſuo Ioannem æquiſsimo iure deijciendi.

Epiphanius alienatus à Chryſoſt.

Eudoxiæ calumnia.

Epiphanij reſponſum.

Quibus Epiphanius auditis, reſpondit: Si quam ille ſectam peculiarem habet, alterius hoc loci rationiſq; fuerit. Sin ea tantùm de cauſſa, quòd conuicium uobis dixerit, Ioannem decreuiſtis per præconium publicum eccleſia pellere: nequaquam Epiphanium inſtituti ueſtri approbatorem habebitis. Hæc autem illi, quem diximus, uiro ſancto Eudoxia ſic proponebat, quòd aliquid diſſenſionis exortum inter eos intellexiſſet. Quibus actis Ioannes, uir diuiniſsimus, ſecunda uice proſcriptus, & Cucuſum exſulandi cauſſa deportatus, quum iſtic annos tres duoſq; menſes exegiſſet, * Potios delatus eſt, ibiq; migrauit ad Dominum, Conſtantinopoli annos V, menſes VI, antiſtitis munere functus. Secundum hæc Innocentius Papa Romanus litteras ad Arcadium dedit, in hæc uerba perſcriptas: Vox ſanguinis fratris mei Ioannis, imperator, contra te Deum appellat: quomodo Abeli iuſti ſanguis olim

* al. Pitiuntē.

Arcadius per litteras excommunicatur.

olim aduerſus Cainum fratricidam uociferabatur. Dabis autem omnino pœnas, qui non hoc tantum feceris, uerum- etiam ipſo pacis tranquillitatiſq; tempore perſecutionem aduerſus Eccleſiam Dei & ſacerdotes ipſius molitus ſis. Magnum illum orbis terrarum doctorem epiſcopatus ſui ſolio cauſſa indicta expuliſti, unaq; cum eo Chriſtum abegiſti. Ac beatus quidē ille Ioannes uitā hanc finijt, fide retenta, et dubitationis quaſi procella quadam uacillantibus ſtabilitis: ſed idem ſæculis numquam finiēdis deliciarū & uoluptatis inexhauſtæ, uitæq; perpetuæ hæreditatē adijt. E' diuerſo noua iſta Dalila, quæ te paullatim nouacula impoſturæ raſit, multorum ex ore profectam exſecrationem ſibi arceßiuit, faſcem peccatorum grauem, portatuq; difficillimū colligauit, eumq; priſtinis ſuis atrocibus ac plurimis delictis adiecit. Iccirco equidē minimus omnium, ut cui creditū commiſſumq; ſit ſoliū illius magni apoſtoli Petri, teq; illamq; à participatione ſacrorū Chriſti Dei noſtri myſteriorū ſecludo et arceo. Præterea clericos omnes, qui ea uobiſcum auſi fuerint ab eo tempore cōmunicare, quo colligationem & uinculum hoc meū reſciueritis, ordine moueo. Conſimiliter Arſacium, quē in ſolium epiſcopatus loco magni Ioannis illius ſubſtituiſtis, etiā poſt mortem cum omnibus, qui cum ipſo commercium habuerunt, ordine mouemus: ne'ue perſcribatur eius nomen ſacris in tabulis, uetamus. Hoc enim indignus eſt honore, ut qui epiſcopatum adulterio quaſi commiſſo polluerit. Atq; huic noſtræ de his ordine mouendis ſentētiæ, Theophili ſegregationem, exſecrationē, abſolutam deniq; Chriſtianorū à cœtu excluſionem adiungimus. Quas litteras ubi recitari Arcadius audiuiſſet, in hæc uerba Innocentio reſcripſit. Reſponſum Arcadij.
Norunt omnes homines mentis compotes, commiſſa per

» ignorationẽ nec diuinitus,nec per leges puniri: neq; adeò
» quemquam alterius nomine ſupplicium luere. Quod qui-
» dem propterea ſcripſi,ut manſuetudinẽ tuam certam red-
» derem,nos nihil eorum cognitũ habuiſſe, quæ noſtris an-
» tiſtitibus & clericis acciderunt,cuius rei teſtem benignum
» illum Deum imploramus. Nimirũ purus & innocens ſum,
» quod ipſorum condemnationem attinet. Quippe quũ eo-
» rum communione ſim uſus,cauſſæ nihil erat, quamobrem
» eos adfligerem. Quod autẽ attinet filiam tuam Eudoxiã,
» ſcito me illi parum moderatè pro ratione delicti mercedẽ
» retuliſſe. Quo ſanè factũ eſt, ut ex eo mœrore ac anguſtia
» difficili grauiſſimaq; correpta ægritudine decũbat. Igitur,
» quod ſupereſt,enixè te obſerro,ut nos à ſegregatione libe-
» res, nec multipliciter punias. Nec enim ipſe Dominus idẽ
Abſolutio. ob delictũ bis hominẽ percutit. Ad haſce litteras Innocen-
» tius in hunc modũ reſpondit: Studiũ diligentiamq; ueſtrã,
» Dei præſcripto & uolũtati conſentaneam,quam propter
» ipſius nomẽ declaraſtis,accepimus & probauimus. Qua-
» propter ſacris à uinculis ſoluti,ad ſigna dominica confir-
» matis animis accedite. Hanc ob cauſſam ſollicitè cogitare
cepit Arcadius, quo pacto uirum ſanctum magnã hanc in
urbẽ reduceret. Rebus autẽ humanis exẽto Arcadio,filius
Theodoſius Calligraphus imp. eius Theodoſius, qui ab elegãtia ſcripturæ,qua pulcerri-
mè libros exarabat, Calligraphus nuncupatus fuit,annos
XXXIII imperauit. Quũ equo conſcenſo profecturus
aliquò foret,unà cũ ipſo collapſus equo,fatoq; functus eſt.
Deiperæ templum in Chalcopratijs exſtruxit,quod antea
collegiũ & conuenticulũ Iudæorũ erat. Itidẽ urbis murũ
Terræmotus. longius extẽdit. Ingẽs ſub ipſo terræmotus exſtitit,quo &
muri,& magna pars urbis corruerũt: durãte per omnem
uicinum agrũ hac ſuccuſſione ſoli totos tres menſes. Itaq;
patria

Ayuntamiento de Madrid

patriarcha Proclo et imperatore diſcalceatis ſupplicationes inſtituẽtibus, accidit ut puer quidã abriperetur in aera, et rationẽ hymni ſanctiſſimi cõcinendi edoceretur: quo facto, ira diuina ſedata fuit. Eodẽ tẽpore Iudæus quidã paralyticus, quũ baptiſſatus eſſet: ſanitatẽ corporis recuperauit. Proclus ille patriarcha, cuius modò mentionẽ faciebamus, Cyzici primùm Epiſcopus erat deſignatus: cuius ab urbis ciuibus nõ admiſſus, Cõſtãtinopolis factus eſt antiſtes. Exſtitit his ipſis annis impius ille Neſtori⁹, ꝙ cũ alijs ſex opinionis cõſortibus aiebat: Se duûm triũ ue menſium Deũ probare nõ poſſe. Hic Neſtorius quũ iã ordine ſacro fuiſſet motus, Ioannes Antiochenus epiſcopus ad cõcilium uenit, grauiterq́; offenſus, ꝙ abſq; auctoritate ſua Neſtorius ordine deiectus fuiſſet: adiũctis ſibi quibuſdã epiſcopis, quos ſecũ habebat, & in ijs Theodorito Cyrẽſi, Edeſſeno Iba, magnũ illũ Cyrillũ loco mouendũ pronũtiat. Habuit Theodoſius imperator ſororẽ Pulcheriã, quæ nubere uiro noluit, ſed uirginitatẽ ſuã Deiperæ conſecrauit. Eadẽ Pulcheria Deiperæ tẽplũ in Blachernis cõdidit. Scito aũt, dilecte fili, Dominã Eudociã, cõiugẽ huius imꝑatoris, cuiuſdã è Græcia philoſophi filiã fuiſſe. Quũ is uita decederet, uniuerſas facultates ſuas trib⁹ filijs legauit, de hac uerò filia dixit: Athenaidi filiæ meæ dulciſſimæ C aureos relinquo. Nã fortuna ei ſua ſufficiet. Verùm Athenais ne C quidẽ illis aureis acceptis, Cõſtãtinopolim ſe cõfert, ut aduerſus fratres hereditatis cauſſa ius ſuũ perſequeretur. Atq; hac occaſione tãdẽ imperatori propter formæ uenuſtatẽ, qua inſigni præſtabat, nupſit. Quũq; deinceps fratres ad eam ueniſſent: Niſi uos, inqt, iniuria me adfeciſſetis, nõ fuiſſem coacta me huc cõferre, ac imperio potiri. Accidit deinde, ut uir quidã pauper imperatori pomum inſigni magnitudine loco muneris offerret. Hoc imperator ad Dominam

Proclus patriarcha.

Neſtorij ſecta.

Cyrillus damnatur.

Pulcheria uirgo.

Eudocia imperatrix, prius Athenais dicta.

Athenais abit Conſtantinopolim.

Occaſio diſcidij coniugum.

Ayuntamiento de Madrid

quum

quum detuliſſet, eiq́; donaſſet, non multo pòſt oblatum ab ea Paulino conſpexit. Ea de cauſſa quũ imperatrici offenſus eſſet, ea ſibi fieri poteſtatem Hieroſolyma proficiſcẽdi petijt, & impetrata re diſceßit. Fecit iſtic quædã inſignia & admiranda, mœnibus urbis inter cetera exſtructis, adeoq́; in ipſa Dauidicum illud oraculum finẽ habuit: Benefac Domine per Eudociam (latinè benignitatẽ dixeris) tuam Sioni, & muri Hieroſolymæ inſtaurentur. Quum moreretur, nihil ſe ſibi de Paulino conſciam eſſe dixit, niſi quòd hominem magnificerit, & in pretio habuerit propterea, quòd non parum id temporis adiumenti attuliſſet, quum ſe Pulcheria Theodoſio fratri dare tori conſortem moliretur. Ceterùm in hoc Theodoſio quãtum latentis & occultæ uirtutis exſtiterit, uel hinc colligi poteſt. Erat quidam ſolitariæ uitæ ſectator, qui quum Deo XL totos annos ita ſeruijſſet, ut decet: magnam de ſe quamdã opinionem conceperat. Itaq́; cognoſcere cupiebat, quónam ſe loco Deus haberet. Significatur ei diuinitùs, imperatori Theodoſio parem eſſe. Quapropter ad imperatorem ſe confert, illius quãta uirtus foret, explorare nititur. Ei permulta patefacit imperator, uerbi gratia, quòd aridis tantùm cibis deguſtatis cubaret, quòd aſpera uteretur interula, quòd abſtineret ab uxoris amplexibus, quòd ieiunaret, quòd benignitatẽ exerceret in pauperes, quòd iuſticiæ rationem in actionibus ſuis haberet, aliaq́; talia. Quum hæc enumerata parum Monacho ſatisfacerent, imperatorem fateri coegit, num quid his maius ab ipſo præſtaretur. Tũ imperator: Quibus, ait, diebus equeſtriũ certaminũ ſpectacula exhibẽtur, equidẽ conſueto loco ſedeo, uerùm oculos in ipſa ſpectacula defixos nõ habeo. Præterea faſſus eſt, ſe libros elegãter ac mũdè deſcribere, atq́; hoc pacto ſuiſmet labo-

Cur Paulinum Eudocia magnifecerit.

Occultæ Theodoſij uirtutes, & exercitia priuata.

Monachi confidentia.

καλλιγραφία.

Ayuntamiento de Madrid

laborantẽ manibus, uitã ſuſtinere. Quibus auditis, tantopere Monachus obſtupuit: ut etiã multum ſibi placeret, quòd tantæ uirtutis homini comparatus fuiſſet. Idẽ Theodoſius uſq; adeò fraudis expers erat, & ſimplex, ut ſi quis ad eũ chartam detuliſſet, in qua perſcriptum aliquid eſſet: litteris ei rubris continuò ſubſcriberet, nequaquã examinans, quænã eſſent in ea perſcripta, quidúe ſibi uellẽt. Quapropter hac etiã in parte fratrem corrigere uolẽs admirabili uirtute prædita Pulcheria, chartã cõficit, & in ea perſcribit eiuſmodi quiddam, quaſi uidelicet imperator ei donet imperatricẽ ancillæ mancipijq; loco. Deinde chartã imperatori porrigit, rogat eã rubris litteris ſubſcriptis approbet. quod petit, impetrat: chartã recipit: tamquã mancipiũ aliquod, imperatricem abducit. Eam rem quũ imperator ægerrimè ferret, ſcripturã illa profert imperatoriã, cuius auctoritate ſe hoc in imperatricem iuris habere diceret. Tum uerò negotium intellexit imperator, et ex eo tempore ſuum in iſs rebus erratum non parum emendauit. Poſt Theodoſium Marcianus annos VI imperauit, cõſilio ſtudioq; Pulcheriæ Theodoſij ſororis ad imperium euectus. Nã admirãda hæc mulier quũ imperij ſceptra poſt Theodoſij mortẽ ad ſe tranſtuliſſet, & res Romanas imperatoris egere perſpexiſſet: Marcianum arceßit, uirum omnino religioſum, eiq; coronam imperatoriã imponit, horrẽdis primùm ſacramentis obſtrictum, quibus ſe caſtitatẽ ipſius impollutã conſeruaturũ policeretur. Fuerat olim pauper Marcianus, ſed egregia præditus indole ac morib. Quũq; miles eſſet, fortè quamdam ad expeditionem ſe conferebat. In hoc itinere quum conſopitus aliquando eſſet, ij qui cum eo cubabant, citius experrecti, aquilam homini ſuis alis umbram præbere uident. Itidem quum aduerſus Gizerichum

Indoles fraudis expers.

Pulcheria fratrem corrigit.

Marcianus imp. opera Pulcheriæ.

Aquila Marciano umbram præbet.

Ayuntamiento de Madrid

chum Libyæ principem expeditio ſuſciperetur, accidit ut Marcianus inter alios hoſtium in poteſtatē ueniret. Itaq; Gizerichus captiuos inſpicere uolens, ex ſublimi quodam loco eos intuebatur. Heic Marcianum conſopitum cernēs umbra frui, quam expāſis alis ei ſuppeditaret aquila: rem pro miraculo habuit, eumq; uirum diuinum eſſe iudicauit, & imperio Romano dignum. Quapropter impiè ſe facturum arbitratus, ſi uirum talem occideret, qui cælitus ad imperij ſublimitatem deſtinatus eſſet: etiam honoribus adſtrictum rogauit ut ſi quando potiretur imperio, bellum aduerſus Libyas non ſuſciperet. Hoc modo libertate reſtituta, magnam ad urbem hanc reuerſus eſt. Inde Theodoſio uita functo, Pulcheriæ iudicio, ceu diximus, Romanorum imperator eſt appellatus. Eo tempore tres ingentis magnitudinis lapides è cælo ſunt delapſi. Legem Marcianus tulit, qua edixit, ne quis magiſtratum per largitionem conſequi conetur. In quarto concilio, dilecte fili, ſcito receptos eſſe Theodoritum & Ibam, poſteaquàm Neſtorium exſecrati fuiſſent. Erat tum princeps quidam ſectæ recentis Eutyches, qui Archimandritæ munere fungebatur. Ei ſe Dioſcorus adiūxerat, antiſtes Alexandrinus. Eutyches iſte poſt X annos à tertia Synhodo, Chriſti corpus alterius et diuerſæ perhibebat à noſtro eſſe ſubſtantiæ, adeoq; Chriſtum totum unius eſſe naturæ. Coegit aduerſus eum localem Synhodū beatus ille Flauianus, Conſtantinopolis antiſtes, in quo Eutychem ordine mouit, & eſſe Chriſti corpus eiuſdem cum noſtro ſubſtātiæ naturæq; decreuit. Quibus actis, Eutyches ſupplici libello imperatori oblato, in aliā eum ſententiā perduxit. Nā arceßito Dioſcoro, magni Cyrilli ſucceſſore, rurſus aliā Synhodū Epheſi cōtra Flauianum inſtituit, quæ latronū cōciliū appellatur. Etenim iſtic

Gizerichus Vandilus Marcianò parcit.

Lapides tres è cælo cadunt.

Marciani de ambitu lex.

Eutyches & Dioſcorus hæretici.

Synhodus τοπική.

Synhodus λῃστρική.

Flauia-

Ayuntamiento de Madrid

Flanianus uerberibus multatus, mortē obijt. Hāc ob cauſſam Chalcedonenſis quarta Synhodus aduerſus Eutychem et Dioſcorū eſt cōuocata. In hac, illa quoq; uerba ſunt pronūtiata: Aeterna recordatio Cyrilli eſto. Quia uerò Dioſcorus ibidē ordine ſacro ſummouebatur, diuulſæ ſunt à ſe inuicē Conſtātinopolis & Alexādrea. Poſt habitam IIII Synhodū, rurſus quidā ſacerdotes et monachi ſummo ſtudio doctrinā Eutychis ſtabilire nitebātur. Quāobrē Anatolius, qui tū patriarchæ munere fungebatur, hoc conſilij dedit, ut duas in chartas utriuſq; partis dogmata perſcriberētur, et in urnā eximiæ martyris Euphemiæ cōijcerentur, quo ueritas hoc pacto eluceſceret. Huic conſilio quum obtemperatū fuiſſet, prodigiū quoddā nouum & inopinatum erat cernere. Nā aduerſariorū ueritatis charta ſic reperta eſt, ut ad ſanctæ martyris pedes abiecta iaceret: altera uerò, ad manum eius. Marciano regnāte Symeon ille magnus columnā adſcendit. Is longo tēpore nihil omnino cū hominibus habuit cōmercij propterea, quòd eiuſmodi rem nouam primus oſtendiſſet. Sic enim comparatum eſt in rebus humanis, ut multi ſint repræhenſores. Poſt Marcianum Leo magnus imperio per XIIX annos potitus, ex inteſtinorum morbo uitam finijt. Eo regnante prodigium in cælo quoddā apparuit, nimirum nubes tubæ conſimilis, quæ totos XL dies durauit. Itidē Conſtantinopoli cinere pluit, cuius craßicies palmū æquabat. Iccirco ſupplicatum ab omnibus, quòd dicerēt, ignem hunc fuiſſe, uerum benignitate diuina extinctū eſſe. Tunc & magnus ille Danielus columnam in Anaplo conſcendit, & matris Domini ſacra ueſtis Conſtantinopolim eſt allata. Leo magnus edicto cauit, ne quid Dominicis diebus operis fieret, neue ludi circenſes peragerentur, neue muſica inſtrumenta

Alexandreæ diuulſio à Conſtantinopoli.

Conſilium Anatolij.

Miraculum.

Symeō Stylites.

Leo magnus imp.

Oſtenta.

Danielus Stylites.

menta

menta reſonarẽt: ſed omnes rebus diuinis occupati eſſent. Romanum imperium id temporis prorſus extinctum & abolitum eſt. Atq; heic mihi notabis, illud ipſum imperiũ à Romulo initium habuiſſe, ac poſt CIↃCCCIII annos itidem ſub Romulo principe defeciſſe. Nam deinceps iſtic Reges, Principes, aliiq; tales barbari certorum locorum Domini rerum potiti ſunt. Poſt Leonem magnum, eius è filia nepos, Zenonis oriũdi ex Iſauria filius Leo, duos annos imperium tenuit. Quippe Leo magnus genero ſuo, Ariadnæ filiæ marito Zenone præterito, nepoti tradere ſceptra imperij maluit. Sed hoc rebus humanis exẽto, pater eius Zeno, qui & Iſauri cognomentum habuit, XVI annis imperauit. Poſteaquàm ad imperiũ perueniſſet, inſidiis à ſocru Verina petitus, ut qui non ex eius ſententia imperium adminiſtraret: ſuam in patriam fuga ſe contulit. Quamobrem Verinæ frater Baſiliſcus duobus annis rebus præfuit. Hic palatio Conſtantinopoli condito, id ipſum Baſiliſci palatium nuncupauit. Verùm imperio Baſiliſcus perexiguum ad tempus deguſtato, Zenonis in poteſtatem uenit, qui iam reuerſus ex Iſauria fuerat. Itaq; cum uxore quamdam in turriculam ſanè munitam incluſus, ubi nemini pateret ad ipſum aditus, fame necatus eſt. Zeno reuerſus ex Iſauria, ceu diximus, Harmatium, qui contra Baſiliſcum adiumento ipſi fuerat, morte multat, tamquam heri ſui proditorem: Harmatij uerò filium, quẽadmodum ſe facturum receperat, Cæſarem creat. Sed non multo pòſt crinibus tonſis, eum uel inuitum Cyzicenis pontificem dedit. Prædixerat huic imperatori aliquando quidam aſtrologus, futurum ut nõ multo pòſt moreretur, & uxorem eius cum imperio Senatorij quidam ordinis acciperet. Hoc ille cognito, complures neci dedit, qui uel illuſtres,

Imperij Romæ finis.

Leo II imp.

Zeno Iſaurus imp.

Baſiliſcus imp.

Baſiliſci mors.

Harmatius proditor occiditur.

Aſtrologi prædictio.

Ayuntamiento de Madrid

illuſtres, uel opulentiores eſſent. Verùm ignorabat omnino ſe cum Deo & prouidentia ipſius pugnare. Quippe quum Zeno uitam cum morte commutaſſet, imperiumq; reliquiſſet: ad Anaſtaſium illud recidit, qui patria Dyrrachenus erat, & Bipupulus dicebatur. Nam pupularũ alteram nigram habebat, alteram cæruleam. Eo regnante circa palatium exſtitere fulgura & tonitrua, quibus imperator conſternatus, hinc inde formidinis cauſſa curſitans, quodam in cubiculo tamdem ex diuina uindicta perijt. Nam cubiculum collapſum, ruina ſua imperatorem oppreßit & extinxit. Etiam ignis in cælo conſpectus, ſeditionem (uti quidem uidetur) ortam ſub ipſo portendebat. Etenim Logotheta cum urbis præfecto iuſſu imperatoris conſcenſo magnæ eccleſiæ ambone ſiue ſuggeſtu, ut ſanctißimum hymnum unà cum hiſce uerbis pronuntiaret, Qui crucifixus eſt propter nos: quum primùm uocẽ Nos expreßiſſet, populum uniuerſum aduerſus ſe concitauit. Tantaq; adeò tum temporis exſtitit calamitas ac rerũ perturbatio, ut ædificia ſubiectis flammis exurerentur: doctor quidam, & alius, in columna qui ſtabat, quòd imperatoris partes fouerent, occiderentur: & quidem occiſorum iam corpora concremarentur: imperatori deniq; cõuicia coràm & in faciem ingererentur. Vidit aliquando per quietem Anaſtaſius uirum quemdam, qui codicẽ manu teneret, ac huiuſmodi uerbis ipſum compellaret: En propter fidei tuæ peruerſitatem annos de uita tua quatuordecim deleo. quod ſanè deinceps euenit. Nam fulmine tactus moritur, annum ætatis XCIIX agens. Ciſternam Moceſiam condidit. ac obſeruandum hoc loco, nonnullos eſſe, qui hunc Anaſtaſium: alios, qui Zenonem comitiali morbo correptum, atq; ita ſepulcro mandatũ fuiſ-

Anaſtaſius Dicorus imper.

Exitus Anaſtaſij.

Seditio in Anaſtaſiũ.

Anaſtaſij ſomnium.

Scriptorum diuerſitas.



Ayuntamiento de Madrid

ſe tradant. Inde uocem de ſepulcro exauditam, quo recluſo, inuentum cadauer, cui brachia deeſſent, ab ipſomet nimirum præ fame deuorata. Apud ſanctum Menam in arce, ſolo effoſſo ſubterranea concauitas inuenta eſt, qua multa gigantum oſſa continebantur. Ea iuſsit imperator Anaſtaſius admirationis cauſſa in Palatio collocari. Conſimiliter apud ſanctum Mamantem magni fluminis pons erat, ſub quo ponte quòd exiſtimaretur draco quidā degere, uirgines inter alias hoſtias immolabantur. Hæc ſacra Zeno imperator prohibita ſuſtulit. Debes aūt animaduertere, quiddam longè pulcerrimum in hoc imperatore Anaſtaſio, permiſtum uitijs eius, exſtitiſſe: quod ipſum ſanè præclarum facinus eleuare mala cetera potuiſſet, ſi nihil in cultu religioneq; diuina erroris fuiſſet. Nam tributum quoddam iniquiſsimum ſuſtulit, cuius rationem exponere lubet. Singuli mortales, uiri, mulieres, puellæ, pueri, infantes, mendici, ingenui, ſerui, excrementorum ſtercoreorum & urinarum nomine numum argenteum ærario pendebant. Atq; idem hoc onus ipſis etiam iumentis impoſitum erat. Nam cuiuſque iumenti nomine ſex oboli, quos folles appellant, à Domino exigebantur. Igitur Anaſtaſius uiros quoſdam ſolitariæ uitæ deditos reueritus, qui apud ipſum hanc ob cauſſam interceſſerant, onus hoc in uniuerſum ſuſtulit. Erat his temporibus rex Perſarum * Coades, qui quum in caſtello quodam gemmas eſſe magni pretij didiciſſet, ac quo minus eis potiretur, ab incolis loci genijs impediretur: omni genere præſtigiarum uſus eſt. Nam & Iudæos, & quoſuis alios arceſsitos adhibebat: neque tamen illorum quiſquam aliquid efficere poterat. Tandem antiſtes eius loci ſolo crucis ſigno genios expulit. Ac de his quidem hoc modo

Oſſa gigantum.

Præclarum Anaſtaſij facinus.

Tributū iniuſtiſsimū.

* al. Cabades.

Genij caſtellū infeſtant.

modo dictum eſto. Poſt Anaſtaſium annos nouem Iuſtinus oriundus è Thracia regnauit, ſub quo ſidus in cælo peculiare conſpectum eſt, ſupra portam æream palatij, totos XXVI dies. Simul terræmotus maximè formidabilis accidit. Conſtantinopoli quidē uarijs in locis ædificia corruerunt, urbs uerò illa magna Antiochea propemodū tota terræ hiatu abſorpta eſt, & ſepulcrum incolarū facta. Si qui reſtabant uiui, eos è terra prorumpens ignis abſumſit. Pompeiopolis media diuulſa eſt, parsq; altera cum habitatoribus abſorpta. Durauit hæc terræ ſuccuſsio totum annū. Ex Cilicia quoq; mulier quædam aduenit, genere gigantum orta, quæ uirum quēuis, etiam maximè procerū, uno cubito ſuperabat: cui longitudini craſsicies quoq; reſpondebat. Sequutus eſt Iuſtinum in imperio magnus ille Iuſtinianus, eoq; XXXIX annis eſt potitus. Hic etiā antè, quàm regnaret, amore cōplectebatur * Hinderichū Vandalorū regē. Quapropter imperium adeptus, quum litteras accepiſſet, quibus ſignificaretur, Gelimerē aduerſus illum ſeditionē concitaſſe, cōpræhenſumq; cum uxore ac liberis in carcerē cōcluſiſſe: Vandalis bellū intulit, aduerſus Gelimerem ipſorum regē infinitis hominum copijs cum claſſe miſsis, quibus præſtantiſsimū ducē Beliſarium præfecit. Is profectus in Aphricā, Libyā uniuerſam ſubegit, & in ſublime ceruices attollentes Vandalos admodū demiſſos effecit. Nam ipſa quoq; Carthaginienſis urbs ei portas aperuit. Nimirum ut liberi patrem, ſic omnes Beliſarium diligebāt: qui magnis in regia Gelimeris opibus repertis, eas liberaliſsimè militib. diſtribuit. Quūq; Gelimerē, & uxorem eius, & liberos, ſuam in poteſtatē redegiſſet: ſexcētis uictorijs inſignis ad imperatorē eſt reuerſus. Quo factū ut imperator eū meritis præmijs honeſtās,

Iuſtinus imp.
Cometes.
Terræmotus horrēdi.
Iuſtinianus magnus imperator.
* Zonar. Hilderichum.
Hinderichi cauſſa bellū mouet.
Beliſarius aduerſus Vandalos.
Beliſarius cunctis amabilis.



Ayuntamiento de Madrid

Beliſarij res geſtæ.

proprijs in numis, tam aureis, quàm argenteis; uirum ar-matum inſculperet, cum gladio ſtricto. Qũ metiam triũ-phum ei ſplendidũ apparauit, in quo Gelimer ante ipſum captiuus incedebat. Idem Beliſarius Romam ueterem à Gotthis captam, Romanis recuperauit: & ipſum impera-torem eo die periclitantem, quo equeſtre ſpectaculum ede-batur, adiuuante Narſe, præſenti mortis è periculo eri-puit. Hoc modo quamquam ſe Beliſarius geſſerit, non ta-men eum tolerare poterat inuidia, nec res ab eo præclarè geſtas æquo animo pati. Quamobrem is, qui Choſroi ter-rori fuerat, totiq; Libyæ populos in ditionem redegerat, ruina miſerabili, multisq; deploranda lacrymis eſt op-preſſus. Nam coniectus in cuſtodiam, cottidie carnificem opperiebatur, qui ceruicem ei præcideret. Scito autem, di-lecte fili, magnam Dei eccleſiam, quæ trullam ligneam & uerſatilem habebat, prius à Conſtantino conditam, impe-ratorem Iuſtinianum ad eam pulcritudinem & amplitu-dinem perduxiſſe, qua nunc conſpicitur. Eſtq; permotus ad opus hoc admirabile perficiundum propterea, quòd per Hypatij ſeditionem compulſus fuiſſet, ut maximã ho-minum multitudinem occideret. Quamquam enim conie-ctus ab initio fuerat imperator in fugam, quũ factio Pra-ſinorum Hypatium imperatorem ſalutaſſet: ab uxore ta-men Theodora uiciſſim confirmatus & erectus eſt, quæ regnum diceret ſepulturã ſanè præclaram eſſe. Quapro-pter pugna conſerta, hominum (ut aiunt) XXXV mil-lia cum ipſo Hypatio cæſa ſunt: Beliſario, ceu diximus, & Narſe rem feliciſſimè gerentibus. Etenim ab eo tempore pars Theatri equeſtris dimidia, ſellæ nimirum imperato-ris oppoſita, Mortua dici cepit, quòd iſtic repoſita cada-uera fuerint. Itaq; Iuſtinianus Dei placandi cauſſa dignũ hoc ad-

Inuidia uirtutis & gloriæ comes.

Hypatij ſeditio.

Theodoræ magnus animus.

Clades ciuium.

Structura tẽpli magnificentiſſ.

Ayuntamiento de Madrid

*hoc admiratione condidit opus, litteris in omnes orbis terrarum partes dimiſsis, quibus ſignificabat, Conſtantinopolim deportandum eſſe, quidquid exſtaret ubiq; gentiũ, uel lapidum, uel columnarum, uel aliarum rerum ſplendidarum. Materia totos ſeptem annos congerebatur, & Cyzico maiori ex parte aduehebatur. Præterea ſi quæ uicinæ erant eccleſiæ domus & ædificia, perquàm æquo pretio uendebantur. Fortè mulier quædã, cui nomen eſſet Annæ, domum habebat, quam recuſabat uendere. Hanc ubi rex ipſe conueniſſet, illa rege conſpecto: Gratuitò, inquit, domum meã conceſſura ſum, non aliter quàm mercedis & memoriæ cauſſa. quæ quidem domus eo loco exſtitit, ubi nunc ſacrorum uaſorum penus eſt, cum ſancto Petro. Erat alia quoque domus Antiochi Oſtiarij, quæ pretio XXXVIII librarũ æſtimabatur: uerùm & ille ſe uenditurum negabat. Ea res imperatori permoleſta quum foret, Magiſter quidam huiuſmodi ratione cum Antiocho agere inſtituit. Ludi equeſtres peragebantur, quum Antiochum in cuſtodiam dari præcipit. Tum ille clamare, ſi poteſtas ſpectandi ludos equeſtres ſibi fieret, uoluntati ſe imperatoris obtemperaturũ. Nam ijs mirificè oblectabatur, & Venetorum præſertim partibus addictiſsimus erat. Impetrat ergo quod uolebat, & ad ipſum adeò locũ ſellæ imperatoriæ, domus indicata uenditur. Etiam aliud quiddam Iuſtinianus excogitabat. Etenim ut operarij, qui laborabant in conſtruendo templo, citra querelas & conuicia facerent officium: numulos quoſdam ueſpere ſpargebat in foſsis, quibus illi repertis, hilares diſcedebant. Accidit aliquando, ut die ſabbati ad prandium citius operarij diſcederent, * Protomaiſtori filio ad inſtrumentorum cuſtodiam relicto. Mox angelus accedit, & indignabundus*

Mulieris liberalitas.

Antiochus Oſtiarius quo pacto circumuentus.

Qui operarij alacres effecti.

* *hoc eſt, architecti.*



Ayuntamiento de Madrid

hominem ad operarios abire iubet. Eo non obtemperante, iuſiurandum uerbis huiuſmodi concipit: Per ſacroſanctam iuro ſapientiam, quæ nunc exſtruitur, Dei nimirum Sermonem, hinc me prius non diſceſſurum, quàm tu eos alloquutus huc redieris. Quæ quum renuntiata imperatori eſſent, aliò cuſtodem inſtrumentorum ablegauit, ne diuinus angelus illic diſcederet. Rurſum ubi ſtructura propemodum eſſet ad finē perducta, imperatore de auro ſollicito, quidam Eunuchus ad eum ueniēs, uiros aliquot adiungi ſibi iubet: quippe ſatis auri ſe imperatori ſuppeditaturum. Igitur illum abeuntem nonnulli comitati, ſplendida quædam ædificia conſpiciunt, & eorum in pauimento uim auri maximā: unde quum centenarios plus minus LXXX ſumſiſſent, reuertuntur. Hinc abſoluta trulla cum * beſalis admodum leuibus, non tamen puniceis, uti quidam tradunt. Itidem pauimentum ex diuerſi coloris unionibus perfectum, ut mare quoddam cerni omnino uideretur. Decreuerat quidem imperator hoc pauimentum & ipſa latera deaurare, uerùm ab hoc inſtituto quibuſdā à mathematicis eſt reuocatus. Nam poſtremis regni temporibus aiebant futuros imperatores admodū pauperes, qui auro pauimentum atq; latera ſpoliaturi eſſent. Suggeſtum cum ſolea ſplendidiſſimè exſtruxit. quippe totius anni ex Aegypto redditus in hæc impendit, nimirum centenarios CCCLXV. Templum uniuerſum annis XVII abſolutum eſt. Itaq; Iuſtinianus ueniſſe de Palatio perhibetur ad Auguſtionem uſq;, (loci hoc nomen eſt) quadriga uectus: unaq; cum Euthymio patriarcha templum ingreſſus, egiſſe Deo gratias, cuius ope tam præclarū opus inter cætera perfeciſſet, ac huiuſmodi deniq; uerba ſubieciſſe: Vici te Solomo. Præterea collocauit idem impera-

Angeli iuſiurandum.

Aliud prodigium.

* de hoc uocabulo uide Theophil. in 2. libr. Inſt.

Vaticiniū de poſtremis imperatoribus Conſtātinop.

Templi ſtructura perfecta.

tor

*tor in ciſterna, quæ imperatoria dicitur, ſtatuam Solomonis reſpicientem in exſtructam ab ſe magnam eccleſiã Dei, maxillamq́; ſuam comprimentem: quo ſignificaretur, hoc ædificio nouæ Hieroſolymæ Solomonem eſſe ſuperatum. Ceterùm eccleſiæ ſanctorũ Apoſtolorũ trulla lignea uerſatilis à magno quidẽ Conſtantino primùm eſt cõdita: uerùm & amplior facta, & ita exſtructa eſt, uti modò conſpicitur, à Theodora Iuſtiniani cõiuge. Sacra tamen ara propterea relicta fuit, quòd iſtic uenerabiles patriarcharum & apoſtolorum reliquiæ ſint conditæ. Scito etiã, dilecte fili, feſtum quod Hypapanta dicitur, illis primùm tẽporibus inſtitutum fuiſſe, quod ceteroqui de Ioãnis Chryſoſtomi ſententia, inter feſta Domini nõ recenſetur. Quẽadmodum enim ſex diebus omnia condidit, ſic etiam ſex feſtis ea complecti Deus uoluit, quæ Chriſtus per adminiſtrationem in carne ſuam effecit. Ea uerò ſunt, Natiuitas, Baptiſmus, Crux, Reſurrectio, Adſumtio, & Quinquageſima. Reſtat feſtum ſeptimum, quod omnem requietem habebit. His annis etiam mare ſuos egreſſum limites ad tria milliaria uerſus Thraciam, agris & hominibus multis oppreßis, ad loca priſtina rediјt. Sequuta eſt Conſtantinopoli tanta tamq́; dira peſtis, ut mortui triduũ inſepulti manerẽt. Nec enim ulla ſe uia ratiòne ſepeliendi eos offerebat, ob morientium multitudinem. Graſſata eſt continuis Iulio & Auguſto menſibus. Hinc factum, ut propter cadauera tota regio fœteret. Tam copioſè autem homines paßim extinguebantur, ut imperator mille grabatos ac feretra fieri curaret, quibus cadauera exportarentur. Præterea mandauit, ut plurimi currus ac muli cadaverib. iјſdem efferendis ſeruirẽt. Verùm peſte magis etiã inualeſcẽte, cõplures in litus eiјciebant. Vt uno deniq; uerbo rem*

Statua Solomonis.

Theodoræ ſtructura.

Hypapantæ feſti initiũ.

Sex Chriſto ſacra feſta.

Maris eluuies.

Peſtis.



Ayuntamiento de Madrid

cõplectamur, nullus reſtabat locus, in quo cadauera iam foetentia non iacerent. Simul exſtitere tam horrenda tonitrua fulguráq́;, ut etiam nonnulli dormientes cremarentur. Acceßit terræmotus, per omnes ſe partes orbis extendens: quo durante ciuitates omnes atq; regiones in metu erant, ne abſorberentur. Hinc rurſum ad duo milliaria ſuos extra fines mare procurrit, alterq́; terræmotus urbẽ dies decem ita ſuccußit: ut imperator ipſe Natalicijs Christi ſine corona per urbem incederet. Sequuta peſtis alia, quæ totis quatuor menſibus nihilo mitius per bubones paßim uniuerſos perimebat, ac prior illa fecerat. Iterum quoq; terræmotus Antiocheam corripuit ad unius horæ ſpatium, quo I Ↄ Ↄ hominum unà ſunt abſorpta. Quòd ſi de ſomnij cuiuſdam ſententia, quod oblatũ alicui per quietem fuerat, in ædiũ ueſtibulis hæc uerba non perſcripſiſſent: Chriſtus nobiſcum, ſtate: ciuitas uniuerſa ruinis oppreſſa fuiſſet. Conſpectus eſt & cometes ad uigeſimũ uſq; diem, neq; magno temporis interiecto ſpatio ſidera uiſa ſunt à ueſpera uſq; ad matutinum tempus diſcurſitare: ita ut omnes ea decidere dicerent. Deinde ſol abſq; radijs instar lunæ fulſit. Venit id temporis ab occidente uir quidã, qui paßim pagos percurſitabat, & canem fuluum atq; cæcum habebat, qui iuſſus à circulatore quædam prodigioſa faciebat. Præterea quum reperti quidam eſſent, illicitis utentes amplexibus, tamquam in triumpho per urbẽ, ueretris prius amputatis, ducti ſunt. Horum in numero quidam magnates & pontifices erant, qui hoc modo circũducti, miſerè uitam finiebant. Eodem tempore captus eſt ingens ille cetus, qui oram Byzantinam totos annos quinquaginta uexauerat. Nam & naues demergere conſueuerat, & homines perdere. Datum ei nomen erat Porphyrij.

Horrẽda tonitrua.

Terræmotus.

5000 Antiocheæ clades.

Cometa.

Sol abſq; radijs.

Impudici puniti.

Cetus captus, qui Porphyrius dicebatur.

Ayuntamiento de Madrid

rij. Quum autem delphinos aliquando perſequeretur, in uligine mare uicina, delphinis ſe ad terrã eijcientibus, hæſit. Quapropter captus eſt, quamquã ante id temporis ui ſus fuiſſet omni conatu & machinatiõe ſuperior eſſe. Longitudinem habuit XXX cubitûm, latitudinẽ X, quemadmodum Procopius ille Cæſarienſis ſcripſit. Tunc & Serũ telæ, nimirum metaxa, ceperũt apud Romanos elaborari. Nam ut ille ipſe, cuius mentionem faciebamus modò, Procopius indicat, aduehebatur quidem metaxa per mercatores Conſtantinopolim, ſed ignorabatur quomodo fieret, nemine præterea ſciente, uermium illas telas eſſe. Monachi autem duo ex India quum ueniſſent, originẽ metaxæ declararunt: policiti, ſe fetum illorum uermium, oua perexigua ſcilicet, allaturos: Romaniſq; monſtraturos, quemadmodum illa fouendo animata, in uermes mutẽtur, metaxamq; texant. Hoc ubi præſtitiſſent, magnis ab imperatore muneribus ac beneficijs adfecti ſunt. Eo regnante, quintum quoq; Concilium coactum celebratumq; fuit, in quo facta eſt Origenis exſecratio, quamquam impia illius dogmata iam olim uigerent. Eodem modo damnatæ ſunt Theodoriti pro Neſtorio defenſiones, & Ibæ ad Maren Perſam ſcriptæ litteræ, quibus inter alia continebatur, Deum Sermonem ex uirgine perpetua natum non eſſe. Volo te autem ſcire, dilecte fili, anno Conſtantini Magni uigeſimo, primam Nicææ Synhodum coiuiſſe, ad quã CCCXIIX ſacri patres conuenerint. Ei præfuere Silueſter Papa Romanus, Metrophanes Conſtantinopolitanus, Alexander Alexandrinus, Euſtathius Antiochenus, & Macarius Hieroſolymorum antiſtes. Conuentum fuit Arij cauſſa, Deum Sermonem adficientis ignominia, quem creatum quoddam eſſe diceret, & à natura eſſentiaq; patris alie-

Sericum apud Romanos fieri ceptum.

V Concilium.

Quibus temporibus atq; locis celebrata concilia.

Arius in primo damnatus.



Ayuntamiento de Madrid

num. Addebat fuiſſe tempus, quum ille non exiſteret. Itaque ſacrum hoc concilium Ario deiecto & abdicato, rectam fidei ſententiam confirmauit. Rurſus anno imperij Theodoſij magni ſecundo, ſynhodus altera Conſtantinopoli à centum & quinquaginta ſanctis patribus eſt celebrata, contra Macedonium ſancti ſpiritus oppugnatorem. Eo durante concilio, Gregorius ille Theologus hac eccleſia ſpoliatus & eiectus eſt. Præſidebant Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hieroſolymitanus, Gregorius Theologus Conſtantinopolitanus, & Romanus Papa Damaſus: qui Macedonium execrati ſunt, hominem aduerſus ſpiritum ſanctum contumelioſè ac impiè loquutum, itemq; Sabellium, & Apolinarium Laodiceæ antiſtitem. Hinc anno imperij Theodoſij minoris XIII concilium tertium Epheſi habitũ eſt, quo in concilio præſidebant Cyrillus Alexandrinus, Celeſtinus papa Romanus, Iuuenalis Hieroſolymitanus. Conuenere patres aduerſus Neſtorium Conſtantinopolis pontificem, qui Epheſi præſens aiebat, ſacroſanctam uirginem Mariam uerè Deiperam nec eſſe, nec dici poſſe. Tunc & ſeptem illi pueri ſunt experrecti, qui ſub Decio conſopiti obdormierant. Deinceps imperante Marciano, quarta ſynhodus IↃCXX patrum Chalcedone coiuit, cuius præſides erant, Leo papa Romanus, Anatolius Conſtantinopolitanus, Iuuenalis Hieroſolymorum, antiſtites. Collecta fuit aduerſus Eutychem & Dioſcorum: qui Domini carnem cum noſtra negabant eiuſdem eſſe tum eſſentiæ tum naturæ. Nimirum uolebant duabus quidem ex naturis unionem factam eſſe: uerùm deinceps poſt unionem, naturam unam effectam fuiſſe. Fabuloſè nugabantur ijdem, Dominum imaginariè carnem geſtaſſe, ac præterea

II Synhodus.

III Synhodus.

IIII Synhodus.

tereā

Ayuntamiento de Madrid

terea paſsionem diuinitati attribuebant. Hos ergo tamquam blaſphemos ordine motos exſecrati ſunt, diuinitusq́; cenſuerunt, naturas duas in Chriſto incorruptibiles & immutabiles exiſtere. Secundum hæc anno regni Iuſtiniani magni decimoquarto, Conſtantinopoli quinta ſynhodus à CLXV patribus eſt celebrata, cui præerant Eutychius Conſtantinopolitanus, Apolinarius Alexandrinus, Domnus Antiochenus, Vigilius Romanus papa. Seueri cauſſa cõuentus hic inſtitutus fuit, qui Acephalus dicebatur, itemq́; praué ſentientis Origenis. Nam is nugaciter admodum tradidit, animos ante corpora exiſtere, deq́; corporibus alijs in alia migrare: finem ſuppliciorum aliquem fore: malos genios in priſtinum ſtatum aliquando reſtitutum iri: corpora noſtra non eadem reſurrectura. Paradiſum quoq; trahebat in allegoricũ ſenſum, quippe quem ſenſilem fuiſſe negaret, adſerendo etiã Adamum in carne formatum non eſſe. Dehinc Pogonato Conſtantino imperante, ſexta ſynhodus exſtitit Conſtantinopoli, patrum omnino CCLXXXV. Confirmarũt iſti hoc in concilio quinq; celebratarum haćtenus ſacrarum ſynhodorum decreta, ſectamq́; Monotheletarum exſecrati ſunt, duas eſſe uolũtates naturales & operationes in Chriſto adſerentes: Sergium deniq; ac Pyrrhum, itemq́; Honoriũ Romanũ antiſtitem ſacris ordinib. ſummouerũt. Tamdem ſub Conſtãtino, Conſtãtini Copronymi nepote, ac matre ipſius Irena, collecta fuit altera Nicææ ſynhodus, in qua patres cõparuere CCCIIX, ut ſacras imagines erigerẽt, & Chriſtianorũ accuſatores cõfutarent, qui propterea criminabãtur eos, tamquã ſimulacrorũ adoratores, ꝙ imagines ſacras colerẽt. Definiuerũt aũt, uenerandam crucẽ unà cum religioſis imaginibus adorari debere,

V Synhodus.

Seuerus Acephalus.

Origenis errores.

VI Synhodus.

Monotheletæ.

VII Synhodus.

ac ima-

Ayuntamiento de Madrid

ac imaginum Chriſtiq́; oppugnatores compeſcendos eſſe. Ceterùm his cognitis, illud etiam ſcito, dilecte fili, quòd uidelicet Iuſtinianus magna illa Dei eccleſia condita ſuam quoq; ſtatuam in columna ſublimi collocauerit, læua manu globum inſignitum cruce continentem, quo ſignificatur, eum per fidem in Chriſtum, totius terrarum orbis imperio potitum eſſe, qui & ipſe globi formā refert: dextrā uerò orientem uerſus extendentem, quaſi Perſis minitetur, eosq́; iubeat eſſe tranquillos, nec ad urbē propius accedere: quòd illud ipſis detrimento ſit futurum. Quum autem imperator annos iam XXXVIII rerum potitus fuiſſet, profiteri cepit, Domini corpus interitus ac naturalium adfectionum prorſus expers fuiſſe: itaq; cibis ac potu ante reſurrectionem uſum, uti poſt ipſam quoq; paßionem ueſci conſueuerit. Quumq; non probaret hæc Eutychius patriarcha, Iuſtinianus eum Amaſiam relegauit, unde Conſtantinopolim uenerat. Poſt Iuſtinianum, Iuſtinus, eius ſorore natus, tredecim annos imperauit. Is extra urbem palatio, & ipſa in urbe portu condito: illud quidem Sophiana nuncupauit, hunc uerò Sophiæ portum, de Sophiæ coniugis nomine: quæ ſanè admirandæ uirtutis mulier coactis undecunq; pigneribus, quum uſuras de ſuo fœneratoribus numeraſſet, dominis ea ſuis reſtituit. Erat id temporis Iudæus quidam uitri conflator, qui filium ſuum propterea, quòd Chriſtianis ſe pueris coniunxiſſet, deq; myſtica menſa comediſſet, in fornacem coniecit. Puer tamen haudquaquam flammis abſumtus eſt, ipſa eum Deipera conſeruante incolumē, uti quidem adfirmabat. Itaq; tanto prodigio per Menam patriarcham imperatori expoſito, Iudæus arceßitur: quumq; multis exhortationibus factis, ad meliorem mentem reuocari non poſſet, tamquā ſuæ

Iuſtiniani ſtatua.

Iuſtiniani error.

Eutychij relegatio.

Iuſtinus II. imp.

Sophiæ uirtus.

Miraculum ſeruati pueri.

Ayuntamiento de Madrid

ſuæ ſobolis interfector, uita priuatur. Illud etiam uelim animaduertas, anno ſecundo imperatoris, cuius nunc mentionem facimus, Iuſtini Thracis, die tertio, hora quinta, trullam magnæ Dei eccleſiæ collapſam eſſe; quo caſu attrita fuerint, dignum illud admirationis ſuggeſtum, ſolea maximi pretij, & uarium denique pauimentum. Eius rei cauſſam quum imperator indagaret, hoc etiam inter cetera depræhendit, trullam propterea, quòd ingentis altitudinis eſſet, ut ubiuis locorum conſpiceretur, ſeipſam geſtare non potuiſſe. Quapropter operā dedit imperator, ut de nouo exſtrueretur: ita tamen, ut prioris ſublimitatis reſpectu, tantùm non campeſtre ſolum æquare uideretur, ad orgyas XV excitata. Poſt Iuſtinū Tiberius, Thracia & ipſe oriundus, quatuor annis rebus præfuit. Tiberio Mauricius gener ſucceßit, Cæſar antè declaratus, annisq; uiginti totis imperauit. Is templum XL ſanctorum Conſtantinopoli condidit. Natus eſt etiam ipſo regnante puer Conſtantinopoli, qui oculis manibusq; carebat, cauda piſcina ad coxendices naturaliter adhærēte. Præterea canis, ſex pedes, & leoninum caput habens. Item duo in Thracia infantes, quorum unus quadrupes erat, alter biceps. Perhibent autem, ijs urbibus, in quibus huiuſmodi fœtus naſcantur, minimè fauſta portendi. Conſpecta ſunt etiam in amne Nilo, ſole primùm oriente, duo quædam animalia, formam humanam referentia, uiri unum, mulieris alterum: Sirenes appellari ſolent, blandis quidem illa uocibus utentia, ſed planè letifera, ſpeciem quamdam humanæ ac uolucrum ex æquo conſimilem præbentia. Quæ ubi conſpici cepiſſent, populus unà cum præfecto ſtupore quodam correpti, per adiurationem adſtrinxerunt, ne prius diſcederent, quàm uniuerſi tam raro ſe ſpectaculo exſatiaſ-

Trullæ ruina.

Tiberius Thrax imp.

Mauricius imp.

Portenta.

Sirenes conſpectæ.



Ayuntamiento de Madrid

exſaturaſſent. Ita factum, ut ad nonam uſq; horam commorata, deinceps fluuio ſe mergerent. Hinc crocodili egreßi ſunt, plurimosq́; mortales neci dederunt. Eſt autem Crocodilus bellua quædam piſci conſimilis, ingens, quadrupes, dorſi ſpinam nigram habens, albo uentre, diducto & hianti prorſus ore ad humeros uſq;, maxilla ſuperiore mobili, cauda inſigniter aſpera. Non raro ab animali quodam interficitur, quod Hidrym uocant, & in eodem fluuio degit, canisq́; formam repræſentat. In hunc autem modum Hidrys exitium Crocodilo adfert. Ore Crocodilus aperto conſueuit dormire. quamobrem Hidrys eo conſpecto, in cœno ſe uolutat, ac per os Crocodili ad uentrem uſq; progreſſa, per anum eius, eroſo uentre, rurſus exit; & Crocodilum mortuum relinquit. Ceterum Mauricius hic imperator inſtituit, ut die præparationis ſupplicationes in Blachernis fiant, & ad Chalcopratea uſq; procedatur. Accidit deinceps, ut Dux Mauricij quidam caſtra Romana foßis munita barbaris proderet, in quibus erant ad CCIƆƆ CIƆ CIƆ militum, qui propterea ſic inulabantur, quod ſeditionem concitaſſent. Quum autem poſtularet à Mauricio Chaganus, Scytharum ſeptemtrionalium rex, ut pro ſingulis redimendis ex æquo dimidium aureum penderet: ut hoc præſtaret, perſuaderi non potuit. Quapropter omnes à barbaris ſunt interfecti. Tum uero delictum ſuum imperator agnoſcere, ſolitariæq; uitæ deditos omnibus in locis orare, ut eius ueniam ſibi precibus impetrarent. Secundum hæc, profecto ad ipſum Magiſtriano, de illius indicatione cognoſcit, animam quidem ſalutem conſequuturã: ſed ipſum magna cum ærumna & adflictione imperium amiſſurum. Neq; temporis multum inter-

Clades à crocodilis accepta.

Quid crocodilus.

Hoſtis crocodili.

Hidrys qui crocodilum necet.

Supplicationes inſtitutæ.

Milites hoſti dediti.

Mauricij pœnitentia.

Magiſtrianus.

Ayuntamiento de Madrid

*interceßit, quum per quietem ei ſomnium terroris plenum offertur. Nam uidere ſibi uidebatur ipſum Dominum, in ſolio conſidentem, & huiuſmodi ſe uerbis compellantem: Vbinam pœnas luere mauis, in hac, an altera uita? Quum reſpondiſſet, in hac ſe puniri malle, uocem aliam audiuit: Tradite igitur eum Phocæ tyranno. Tum experrectus Mauricius, intellectoq; Phocam illum ipſum eſſe, qui Dyrrachij foret in præſidio, nec ita pridem ad imperatorem ueniſſet, ut menſtrua congiaria commilitonibus ſuis impetraret, illaq; de cauſſa grauiter uapulans, eò reuerſus fuiſſet, unde uenerat: iuſto Dei ſe iudicio pœnas luiturum agnouit, qui à Domino tali uiro traderetur. Itaque continuò Philippicum per accubitorem ſuum arceßit, quem antea grauiter læſerat. Et * uxoris Mauricij frater erat hic Philippicus, qui aduerſus hoſtes cum copijs ablegatus, ubi uictoria potitus reuertiſſet: contra ſe flammam inuidiæ concitauerat.*

Somnium Mauricij.

Philippicus reſtitutus in gratiam.

* *al. ſororis maritus.*

*Præterea quiddam aliud anteceſſerat. Nam futurum Mauricius intellexerat, ut in imperio quidam ei ſuccederet, cuius nomen primam Φ litteram haberet. Iccirco poſt illud ſomnium, quod narrauimus, dixiſſe perhibetur: Si maximè Philippicum occidiſſemus, Deus tamen alio Φ non caruiſſet. Quamobrem ubi Philippicus arceſſebatur, tanto terrore perculſus eſt, ut ſacra ſymbola perciperet, ac ſuos ſaccis indutos cineréque conſperſos relinqueret. Verùm imperator cum eo rediјt in gratiam, ſibiq; condonari petijt, quod eum tam indignè tractaſſet. In hoc rerum ſtatu Phocas, de quo diximus, Dyrrachio reuertitur: quumq; ciues in Hebdomo coiuiſſent, imperator renuntiatur. Regnauit aũt Phocas hic, natione Cappadox, annos IIX. Quũq; ſub ipſum initiũ imperij factiones*

Præclarum Mauricij dictum.

Philippici metus.

Phocas imperator.

*populi*

Ayuntamiento de Madrid

populi grauiter tumultuarentur, Mauriciumq; necdum è uiuis exceßiſſe clamitarent: hac ipſa uoce Phocas ad eius necem excitatus eſt. Quapropter ablegati quidam eius rei perficiendæ cauſſa, primùm in portu * Eutropo quinque filios eius trucidant, nihil tũ aliud proloquuti, quàm hæc uerba: Iuſtus es Domine, ac iudicium tuum iuſtũ eſt. Poſtremus autem ipſe necatur. Vxor cum filiabus in monaſterium, Phoca iubente, concluditur. Accidit eodẽ tempore, ut quidam peritus elegantis ac puræ librorum deſcriptionis, noctem in peruigilijs agens, eodem ueſpere, quo Mauricius eſt interfectus, ſtatuas in aris cædem illius nunciantes audiret. Quapropter hoc tempore notato, rem ita geſtam deinceps intellexit. Cognatos etiã Mauricij Phocas eodem modo, quo ipſum, tractauit. Sedenim continuò tum Choſroes Perſarum rex, tum Auares Romanis bellum intulere propterea, quòd impium hominem legitimo imperatori prætuliſſent. Præterea peſtis homines atq; pecudes inuaſit, qua cum & terræ ſterilitas, & hiems adeò grauis coniuncta fuit: ut ipſum mare congelaret, multiq; piſces morerentur. Imperator quum eo die, quo ludi equeſtres peragebantur, in edendo ac bibendo modum exceßiſſet, à plebe per ignominiam uerbis huiuſmodi notatus eſt: Rurſus è * cauco bibiſti, rurſus mentem amiſiſti? Ob id conuicium cõplures morte multauit. Itaq; quum uiderent proceres ac magiſtratus reipublicæ, magnam hominum multitudinem multis adfici malis, bona per publicationẽ adimi, capita præcidi: ad Aphricæ prætorem Heraclium litteras mittũt, qui precibus eorum motus, continuò claſſem parat, & contra Phocam proficiſcitur, adferens ſecum illam imaginem Chriſti, quæ manibus facta non erat. Hoc modo Phoca ſuperato, Photinus quidam,

Mauricij mors.

* *al. Eutropij.*

Cædes Mauricij Alexandreæ uno momẽto cognita.

Pœnæ mortem Mauricij ſequutæ.

Phocas temulentus irridetur.

* *Poculi genus, à ſono quẽ edit, effluẽte uino ſimul & aere.*

Photinus ſe ulciſcitur.

Ayuntamiento de Madrid

dam, unus ex magnatum numero, cuius uxoris pudicitiæ Phocas antea ſtruxerat inſidias, ſubitò in palatiū irrupit, & Phocam imperatorem pulla ueſte indutū mox ad Heraclium deducit. Qui quum Phocam uerbis hiſce compellaret, Ita´ne miſer rempublicam adminiſtraſti? reſpondit Phocas: Tibi uerò per me licet, ut rectius eam geras. Hinc ei rectà manus & pedes amputati, cutis dorſo detracta, exſecta uerenda, & haſtæ adfixa, caput deniq; gladio reciſum. Reliquus corporis truncus in foro, quod Boarium nuncupant, per cōtumeliam hinc inde tractus, tamdē igni traditur. Itaq; poſt Phocam Heraclius annos XXX rerum potitur. Hic ad generum Phocæ Criſpum, qui anteà contra Phocam cum ipſo conſpirauerat, uerùm deinceps Heraclitum maledicto læſerat, dixiſſe fertur: Quæ ſocero nō præſtitiſti, quî amico præſtares? Itaq; hominē in locū quemdā relegauit. Id tēporis Choſroes magnis cū copijs, Saitem cōtra Romanos miſit, qui Chalcedone cū exercitu aliquādiu cōmoratus eſt, factaq; per ſimulationē cū Heraclio pace, legatis ex optimatum numero LXX acceptis, diſceßit. Vbi reuertiſſet, à Choſroe propterea cutis ei detracta eſt, q̄ inter alios, Heracliū ipſum Conſtantinopoli ſecū nō adduxiſſet. Legati quoq; diros in carceres, ne poſſent euadere, cōiecti ſunt. Ingēs tum annonæ caritas & peſtis exorta eſt, ſolq; ſplendorē ſuū amiſit, et puluere pluit. Choſroes quoq; ablegato cum exercitu * Salbaro, paßim omnia per orientē euerſa deleuit. qua iniuria motus Heraclius, expeditionē aduerſus Perſidē ſuſcipit, eaq; ſex annis euerſa, Choſroe de medio ſublato, qui Deū ſe fecerat, prætereaq; uenerando ligno recuperato, quod Perſæ captis Hieroſolymis cū reliqua præda ſecum auexerāt, ſplendidè Cōſtātinopolim reuertitur. Secundū hæc per Athanaſiū

Exitus Phocæ.

Heraclius imp.

Perſica Choſrois bella.

Saitem punit Choſroes.

Portenta.

* al. Sarbaro.

Heraclij de Perſis uictoria.



Ayuntamiento de Madrid

Iacobitarum, & Sergium Conſtantinopolis patriarchas, dolo circumſcriptus, in Monothelitarum ſectā prolapſus eſt. Deniq; morbo confectus, (is erat ex aqua intercute) grauibus ſupplicijs adficiebatur. Nam lotium redditurus, inferiori uētri tabulā imponebat. cur iſtuc? quòd ueretrū eius inuerſum, urinam ſurſum in faciem ipſam emitteret. Hoc erat argumentū flagitij manifeſtum, quod fratris filia ſibi iuncta perpetrauerat. Imperio poſt ipſum Conſtantinus filius anno ſaltem uno præfuit. Etenim Martina nouerca & Pyrrhus letale uenenum ei propinarunt. Quapropter Conſtantino rebus humanis exēto, Martina mox imperij procurationem ſuſcipit, adiuncto ſibi Heraclona filio. Verùm perexiguum ad tempus eo potiti, iuſto Dei iudicio perierunt: nullum aliud conſequuti lucrum, quàm quod improbos ſe declararunt. Nā Heraclonas amiſsis naribus, Martina lingua præciſa, in exſiliū miſsi ſunt. Accidit ijs temporibus, ut quum peſtilens morbus Carthagine graſſaretur, ac multi homines morerentur: miles quidam parum continens ſumta ſecum uxore ſua, in ſuburbium ſe conferret. Ibi quū in amplexus mulieris cuiuſdā, quæ agricolæ cōiux erat, ueniſſet: mox uitam amiſit. Altero autem die pſalmos concinens, alta uoce clamabat: Miſeremini mei. Deinde ſurgens narrabat, quo pacto ab angelis ad ſcortationis uſq; telonium delatus fuiſſet, ac rurſus illinc à malis genijs ad orcum uſq; deportatus, quaſq; res iſtic conſpexiſſet. Hoc modo quum ſibi ac multis alijs indicatione ſua profuiſſet, naturæ debitū perſoluit. Poſt Heraclonam Conſtans, Conſtantini F. Heraclij N. annis XXVII imperauit. Tunc & falſus ille uates Moamethus exſtitit. Nā Iſmaelitæ ad Heraclium uſq; ſimulacra colebant, Aſtarten (quæ Luna eſt) adorantes: quam & Chaberam nuncupabant,

Heraclij mors.

Conſtantinus Heraclij F. imp.

Miles mortuus reuixit.

Conſtans imp.

Moamethi origo.

Ayuntamiento de Madrid

bant, hoc eſt, magnam. Hoc uerò tempore Moamethus apud ipſos exortus eſt, qui quum apud diuitem quamdam mulierem ſeruiret, tamdem eam uxorem accepit. Laborabat is fortè comitiali morbo, quem uti tegeret, angelum ſe Gabrielum conſpicere dictitabat: cuius adſpectum quiá tolerare nequiret, fieri, ut animo deiecto collaberetur. Ea res fidem mereri uiſa fuit propter monachum quemdam Arianum, qui lucri ſui cauſſa falſum ei teſtimonium perhibebat. Idem Moamethus in Palæſtinam profectus, quum in Iudæos, Arianos, & Neſtorianos incidiſſet: quaſi collectam quamdam ab omnibus congeßit, peculiaremq; religionem ſuis tradidit. Lege per omnia non utitur. Circumciſionem retinendam tradit, ſabbati obſeruatione ſublata. Paradiſi ſe clauigerum eſſe iactitat, in quo tres ſint amnes, melle, uino, lacte fluentes. Adſerit umbram Chriſti tantùm à Iudæis per inuidiam crucifixam eſſe, quum Chriſtum ipſum Deus ad ſe receperit, uti quem diligeret. Rogatum id temporis Ieſum à Deo, ipſe ne Deum ſeſe nuncupaſſet: reſpondiſſe, nequaquam id ſe nominis uſurpaſſe, uerùm homines illud ſibi tribuiſſe. Docet etiam ſic euenire cuncta mortalibus, ut definita ſint diuinitus. Moſem & Aaronem adſtituros quidẽ illos in Chriſti iudicio, uerùm deinde futurum, ut tamquam præſtigiatores ad pœnas ablegentur. Ait in ſequuturo quoq; ſæculo nos uitam potu ciboq; corruptibili ſuſtentaturos. Venerem ſectatores eius occultè colunt. Licet hoc ex ipſorum precatione depræhendere, cuius hæc uerba ſunt: Alla alla üa, Cubar alla: hoc eſt, Deus deus maior, & magna, nimirum Luna quæ & Venus, dea. Poſt huius reiecti punitiq; à Deo Maomethi mortem, ſidus quoddam uerſus meridiem conſpectum eſt, trabis figuram referens, ad trigeſimum

Vnde Moamethi corrogata doctrina.

Deliria Moamethi.

Cometa.



Ayuntamiento de Madrid

uſq; diem: quo Arabum in Romanum imperium inuaſio denuntiata fuit. Nam & Damaſcum id temporis ſuam in poteſtatem redegerunt, & alias multas urbes. Atq; horū ſanè Arabū regio magnopere prædicatur, uti quæ copia fructuum abundet, propter aeris temperationē ualde cōmodam. Ruta iſtic à ficu proceritate nō ſuperatur. Itidem in Palæſtina fons eſt, qui morbos ſanat. In eo Dominū iter aliquando facientem abluiſſe ſe perhibēt. Etiam arbor ibi quædam eſt, quæ quaſuis infirmitates pellit. Ea ſe ad terram uſq; inflexit, Dominumq; ſummiſsè uenerata eſt, quū in Aegyptum fugeret. Eius inflexionis adorabundæ formam hodieq; retinet. Iſtic & Bataritis eſt, radix quædam flammea, ad quam propius accedere nemo audet: ſed per canem euellitur, prope radicem alligatum. Hæc radix homini à malo genio uexato admota, genium ipſum fugat & abigit. Iiſdem in locis & Opobalſamum copioſè admodum agricultione adhibita prouenit. Propterea Deus hāc terram, uelut eximiam, Iſraelo ſibi cariſsimo donauit. In eadem & Dominus omnia perfecit. Ideoq; doctores illam Oculum orbis terrarum nuncuparunt. Ceterūm Conſtans imperator, quum nauali prælio decernere uellet aduerſus Arabes, Theſſalonicæ ſibi per quietem eſſe uiſus eſt. Id ſomnium ubi cuidam interpreti rerum huiuſmodi expoſuiſſet, infelix eſſe didicit. Nam eo ſignificari Thes allo nicen, hoc eſt, alteri cede uictoriam. Altero die prælio cum hoſte congreſſus, & ſuperatus, cuidam ſuorum purpuram induit, ſibiq; clanculum fuga conſuluit. Is autem in pugna cæſus, reapſe promeruit, ut hoc de ipſo uerbum prædicetur: Maior eſſe nequit amor in hominum ullo, quàm ſi animam ſuam quis amici cauſſa ponat. Secundum hæc Conſtans in Siciliam ſeſe contulit, imperij ſedem Romam tranſ-

Pontis & arboris miracula.

Bartaritis radix.

Opobalſamum.

Palæſtina oculus orbis terrarum.

Somnium Conſtātis.

Amici fidelitas.

Ayuntamiento de Madrid

trāsferre cogitās. Vehemēter enim Byzātijs inuiſus erat, quòd Martinum Romæ Papam contumelioſè Conſtantinopolim perductū, Cherſonem in exſilium egiſſet: ac eximio uiro Maximo manum cum lingua præcidiſſet unam ob cauſſam, quòd Monotheletarum ſectam non probaret. Qum autem ſex annos in Sicilia uixiſſet, ibiq; liberos ſuos Conſtantinopoli uenturos exſpectaſſet: tamdem in balneo necatus eſt. Exſtitit ijs annis Conſtantinus, qui & Siluani nomen habuit, Pauli Samoſateni ſucceſſor. Docuit ille, ſolis Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptoribus, & uni Apoſtolo fidem habendam, idq; ratione prorſus peruerſa. Poſt Conſtantem imperio potitus eſt Conſtantinus ipſius filius, cognomento Pogonatus ſiue Barbatus, annos XVII. Is Barbati appellationem ex cauſſa quadam huiuſmodi accepit. Qum in Sicilia Conſtantem patrem mortuum accepiſſet, eò profectus eſt; inde reuerſus, Barbatus propterea dici cepit, quòd expers barbæ prius, in reditu barbam integram iuſtæq; magnitudinis haberet. Ex inteſtinorum dolore uitam cum morte commutauit. Conſtantino mortuo, Iuſtinianus annis XVI rerum potitus eſt, à naribus reſectis deinceps Rinotmeti nomen conſequutus. Hic imperator uniuerſo populo ſupra modum inuiſus erat, homo durus ac ferox, aliorum contemtor, omniaq; ſe habere cognita putans. Qua de cauſſa factum, ut Leontius patricius, ſeditione concitata noctu à Venetorum factione, imperator renuntiaretur. Is ubi dies illuxiſſet, Iuſtinianum cepit, eumq; præciſo naſo Cherſonem exſulare iuſsit. Hoc modo Leontius triennium regnauit, quo exacto, idem ipſi, quod Iuſtiniano, accidit. Nam miſſus ab ipſo aduerſus Arabas exercitus ſanè maximus, quum ſemel atq; iterum ſiniſtram fortunam iniquo ferret

Conſtans ſuis inuiſus.

Conſtantinus Siluanus hæreticus.

Conſtantinus Barbatus imp.

Iuſtinianus Rinotmetus imp.

Leontius imp.



Ayuntamiento de Madrid

animo: Apſimaro quodam ſibi præfecto, Byzantium rectà contendit. Quapropter Apſimarus, quē alio nomine Tiberium dixerūt, Leontio ſuam in poteſtatē redacto nares præcidit, hominemq; carceribus incluſit: ipſe regno ad ſe translato, VII annis præfuit.* Leontium mirificè perturbabant illorū prædictiones, qui ex aſtris futura ſe habere cognita garrire conſueuerunt. Itaq; nihil non aduerſus Iuſtinianum moliebatur: litteras ad Chaganū Chazarorum principem dabat: eidē magnas pecunias pollicebatur, ſi captum Iuſtinianū uel inſtar mancipij uiliſsimi uenderet, uel capite plecteret. His cognitis, Iuſtinianus in fugam ſe conijcit, ad Bulgaros proficiſcitur, ingētibus eos promiſsis ſibi deuincit: quo facto, tantùm non infinitis cum copijs Byzantium contendit, per aquæductum in urbem ingreditur, imperiumq; recuperat. Hinc Apſimarum, per mediam urbem uelut in triumpho et pompa circumductum, unà cū Leontio interficit, patriarcham Callinicum, quòd olim ipſi cōtra eccleſiam aliquid molienti aduerſatus fuiſſet, oculis ſpoliatum Romam in exſilium mittit, eius loco Cyriacum patriarcham facit, qui in Amaſtride inſula ſolitariam uitam incluſus agebat. Nam is Iuſtiniano recuperationem imperij prædixerat. Vt breuibus omnia deniq; complectar, quoſuis pecudum inſtar iugulabat, homò planè furens. Atq; hanc in imis animi latitantem angulis improbitatem iam antea quoq; patefecerat, quū exigua nauicula Cherſone reuerteretur, & tempeſtate quadam exciperetur. Nam quum ei familiarium aliquis diceret: En moreris, Domine, quamobrem Deo promitte, ſi reſtituerit imperium tibi, neminem te hoſtium tuorum læſurum: Immò uerò, ait, hoc ipſo in loco fluctibus me Dominus obruat, ſi eorum ulli pepercero. Præterea quum ad

Tiberius Apſimarus imp.

*al. Apſimarum.

Aſtrologi.

Iuſtinianus iterum imp.

Iuſtiniani crudelitas.

animum

Ayuntamiento de Madrid

animum reuocaſſet hic tyrānus, quæ moliti fuiſſent aduerſus ipſum in Apſimari gratiam Cherſonitæ: copias in eos militum ablegauit. Erat heic uidere ſpectaculum perquàm miſerabile. Iuſſerat ætatem quamuis abſque ulla commiſeratione trucidari: quo factum, ut iugularentur ſenes, iuuenes, feminæ, pueri, adeoq; omnes promiſcuè. Quin etiam quum accepiſſet Iuſtinianus, quòd ablegati milites mandato ſuo, peperciſſent omnino infantibus: uehementer excanduit, aliamque claſſem inſtruxit, per quam & prius miſſos eo nomine puniret, & omnes Cherſonitarum infantes necaret. Ei claßi ducem præfecit, Philippicum cognomento Bardanem. Qui quum iter Cherſonem inſtituiſſet, milites inhumanitatem ac diritatem imperatoris exſecrati, quum ſe innoxio ſanguine pollui nollent: ſeditionem excitant, & Philippicum regem principemq; ſuum deſignant. Interea non parum temporis intercedit: rebus ſuis imperator metuit: nihil inde locorum rei nouæ percipit: non exiguis cōtractis copijs egreditur: Sinopen uſque peruenit: claſſem aduentare mari cernit: eo mox animaduerſo, Conſtantinopolim reuertitur. Verùm Philippicus princeps regiā occupat; ideoq; tardius adueniens Iuſtinianus, in Damatryos montes ſuo ſe cū exercitu recipit. Eò Philippicus aduerſas copias ablegat, quæ Iuſtiniano fraude circumuēto, uictoria potiuntur, eiq; caput præcidūt. Hoc facto, biennium Philippicus imperat: ac uicißim à quibuſdam, è Thracia qui uenerant, oculis ſpoliatur. Succeßit Artemius, cognomento Anaſtaſius, & duobus annis imperauit. Eum ſubſequutus eſt Theodoſius, homo plebeius, qui & ipſe biennium quum regnaſſet, inuitus alteri ceßit, proq; purpura pullam ueſtem induit. Nam oriundus Iſauria Leo, qui tum

Philippicus Bardanes imp.

Artemius imp.

Theodoſius III imp.



Ayuntamiento de Madrid

patricius erat, & Orientis Dux, defectionem moliebatur: quam ad rem uirum illuſtrem habebat opitulatorem, cui nomen erat Artabaſdo. Illiq; deinceps, quum adeptus eſſet imperium, remunerationis cauſſa filiam ſuam matrimonio copulauit. Ante occupatum imperium ſordido quodam opificio ſe quondam aluerat: quo tempore quoſdam in Iudæos ad fontẽ ſedentes incidit, aſellum onuſtum agens. Verùm ubi deinde prouinciarum principibus innotuiſſet, ac ſingularem animi declaraſſet audaciam: paullatim patricius factus, imperator denique renuntiatur. Igitur hic Leo, qui & Cononis nomen habuit, annos XXIII imperauit. Ex Iſauria, ceu diximus, ortum habebat, & artem olim ſordidam tractabat. Cononis appellationem ei mater indiderat, quam ſemper à puero retinuit. Vnde factum, ut quum ſanctus ille Germanus, Leone puluerem oppugnationis imaginum in altum concitãte, moneret imperatorẽ his uerbis: Caue tu faxis hæc, imperator, quando futurum perhibetur, ut oppugnationẽ imaginum Cono quidam auſpicetur: Leo uiciſsim, ſe Cononem illum eſſe reſponderet. Quum adhuc pauper eſſet, accidit ut Iudæi quidam, uaticinandi periti, futurum prædicerent, ut ipſe imperio potiretur. Nam in eos fortè quendam ad fontem inciderat, ubi ſe illi ex itinere recreabant. Quumq; ſacramento adhibito policitus fuiſſet, ſe prædictionis huius nomine uiciſsim eis benefacturum; illi expectato tempore, dum imperio potiretur, tamdem eum conuenerunt, ac ſi quidem tum Dei, tum aliorum ſanctorum imagines è medio tolleret, poſteritatem ipſius totos C annos imperio potituram monuerunt. Itaq; tanto ſtudio quiduis aduerſus imagines molitus eſt, ut etiam magnum illũ patriarcham Germanũ, qui multis cũ eo diſceptauerat,

*Leo, qui & Cono, imp.*

*Iudæorum de Leone uaticinium.*

*Vaticinium aliud.*

Ayuntamiento de Madrid

ptauerat, ſolio deiectũ expelleret. Inter cetera Germanus in medium proferebat effigiem Domini, per Thaddæum Augaro miſſam, & Edeſſæ conſeruatam. Præterea memoriæ proditam ab Apoſtolo Luca imaginem, quæ Romam ad Theophilum miſſa fuit. Item aheneas duas effigies, quas mulier illa ſanguinis fluxum perpeſſa, quodam ex ſingulari deſiderio fieri curauit & erexit. Earum altera, qua ipſamet repræſentatur, ad terram ſe flectit, & ab effigie Chriſti benedictionẽ accipit. Eo tẽpore Gregorius quoq; Papa Romanus ad imperatorem Leonem de imaginibus ſcripſit. Sed quum Aethiopem eluere nõ poſſet, Italiæ Romæq; uectigalia imperatori amplius pendi uetuit: adeoq; totã illam regionẽ ab hoc imperio prorſus auulſit. Quàm nequiter ſe Leo geſſerit, inter alia uel unicũ hoc exemplũ demonſtrare poterit. Haud procul à fano ſanctæ Dei Sapientiæ ſplendida domus erat extructa, qua librorum theſaurus cõtinebatur, numero triginta ſex milliũ et quingentorum. Hæc domus cuſtodem & præfectum quemdam habebat, uirum omnino uenerabilem ac doctum: ſub quo alij XII erant, admirabili uirtute ac rerum cognitione præſtantes, qui quoſuis abſq; mercede ac præmio diſciplinis optimis erudiebant. Atq; horum ob uirtutem tanta celebritas erat, ut ne ipſi quidem imperatores aliquid ijs non conſultis agerent. Cum his ergo uir improbiſſimus ſententiam ſuam impiam communicat, quumq; parum eos ſuis rationibus tribuere depræhenderet: undiq; diuinam hanc ædem materie coaceruata cingit, quæ ignem facilè conciperet. Inde pingues ei faces ſubijcit, omniaq; ſimul exurit, tam diuinos iſtos homines, quàm libros. Exſtitit ijſdẽ temporibus uir quidam opulentus, qui & beneficentiã in pauperes largiter exercebat, & plus æquo deditus erat ſcortationibus.

Germanus patriarcha quibus argumẽtis uſus.

Papa uetat imperatori uectigalia pendi, & Italiã auertit.

Leonis crudele facinus.

De diuite ſcortatore.



Ayuntamiento de Madrid

tionibus. Vbi cõſenuiſſet, tamdẽ naturæ debitũ perſoluit. Ibi de hoc oriri diſſenſiones ceperunt, quónam referendus eſſet. Quippe nõnulli aiebãt, beneficentiã in pauperes expertẽ labis & à uitijs immunẽ eſſe debere. Alij contrà, purgari & expiari delicta per hanc beneficentiã adſerebãt. Quare quũ hãc ob cauſſam Romanus patriarcha & religioſi antiſtites Deũ rogarent: tamdẽ patefactio quædã uiro in ſolitudinem abdito contigit. Etenim uidebat ab una parte paradiſum, ab altera flammã ignis maximã: in medio ſtantem ac ualdè ingemiſcentẽ eum qui uitam reliquerat. Hinc angelũ accedentem, qui talibus ipſum uerbis alloqueretur: Cur tãtopere ingemiſcis? Beneficentia in pauperes tua te flãmis hiſce liberauit. De quo exẽplo diſcimus, pecuniã manu inquinata ſordenteq; donatã, nõ uſq; adeò largientibus profuturã, ut nonnulli exiſtimãt. Itidẽ accepimus, Zenonem imperatorẽ uirgini cuidã uitium obtuliſſe: cuius mater iniquo caſum hunc animo ferens, continentibus perpetuæ illi Deiperæq; uirgini precibus ſupplicauerit, ut facinus iſtuc impunitũ non relinqueret. Tamdem ab ea diuinam quamdam uocem, huiuſmodi uerba proferentem, auditam eſſe: Cupimus nos quidem iniuriã tibi factã ulciſci, mulier, uerùm Zenonis dextra nos id facere nequaquam ſinit. Gregorius autem cognomento Theologus accuratas pietatis leges ferens, alicubi loquutus in hæc uerba reperitur: Deus, qui purus eſt, non uult ſcorti mercedis particeps eſſe. Perhibent etiã Romæ quiddam huiuſmodi accidiſſe. Quidam ſolitariæ uitæ ſectator à Gregorio Papa excommunicatus, ut qui contra uoluntatem præſidis, & præſcriptas monaſterio leges à Gregorio, nonnihil deliquiſſet: paucis diebus interiectis uitam cum morte commutauit. Ea re nunciata, magnopere Gregorius indoluit, fratrem

Viſum oblatũ ſolitario.

Aliud exemplum de Zenone imp.

Nazianzeni dictum.

Aliud exemplum.

Ayuntamiento de Madrid

ſratrem illum è uita ſubitò migraſſe, ſacris adhuc uinculis conſtrictum. Itaq; ſcriptam in charta precationem, qua mortuũ uinculis iſtis eximeret, miniſtro cuidam cum hiſce uerbis tradidit: Abi ad ſepulcrum fratris illius, & precationem hanc pellege. Quod ubi factum fuiſſet, monaſterij præſes per quietem fratrem hunc conſpicit. Mox eum compellans: Tua cauſſa mœſti ſumus ô frater, ait, quòd uinculis ſacris ligatus obieris. Quamobrem dic obſecro nobis, quónam in ſtatu & condicione ſis. Tum ille reſpondens: Reuera, inquit, ô pater, ad heſternum uſq; diem carcere quodam clauſus fui: uerùm hodie ſolutus ac liber factus ſum. Hoc modo cunctis innotuit, eadẽ hora, qua Diaconus precationem illam ſupra ſepulcrũ legerat, noua & admirabili ratione fratrem iſtum à ſacro uinculo fuiſſe liberatũ. De hoc quoq; ſatis exiſtimari poteſt, quanta uis ſit eius uinculi, quo mortales à ſacerdotibus ligantur. In hiſtoria Eccleſiaſtica Philonis philoſophi reperitur, quodam perſequutionũ priſcarũ tempore ſeniori eccleſiaſtico ab antiſtite ſacris interdictũ fuiſſe. Quũ aũt ſenior ille quamdam ob cauſſam neceſſariam aliquò profectus eſſet, accidit ut ab Ethnicis compræhenſus, teſtimonio ſuo ueritatẽ obſignaret. Hinc templum eo loco conditur, & renoualia peraguntur: quumq; antiſtes hæc uerba pronuntiaret, Pax uniuerſis: ſandapila templo exceſſit, idq; non ſemel, ſed bis térue factum. Hinc per quietẽ antiſtiti ſenior oblatus: Abito, inquit, & epiſcopo meo ſis auctor, ut huc ueniat, meq; uinculis exſoluat. Nam officio me ſacro excluſit, ideoq; ſacris intereſſe uobiſcum nequeo. Teſtimonij quidem coronam conſequutus ſum, ſed Dei faciem necdũ conſpexi. Quòd ſi me ipſe profectus huc non exſoluerit, alius exſoluere nemo poterit. Quum igitur his obtem-

Gregorius papa mortuum abſoluit.

Ex Philonis eccleſiaſtica hiſtoria.

Excommunicatus fit martyr.



Ayuntamiento de Madrid

peratum eſſet. ſandapila templo excedere deſijt. Atq; hanc ob cauſſam Deo cuncti gloriam tribuebant, qui ſeruis ſuis eiuſmodi poteſtatem conceßiſſet. Ioannes quidem orator ille aureus, hac de re uerbis huiuſmodi diſſerit: Nos ſecundum legem atq; præſcriptum eccleſiaſticum uincula quibuſdam inijcimus. Ea ſi quis flocci pendit, is ſciat mortis atq; iudicij tempus appetiturum, quod ipſum doceat, Dei ſermonem, & eius eccleſiæ leges minimè falſas ac mendaciter excogitatas eſſe. Poſt Leonē, filius eius Conſtantinus, cognomento Copronymus, XXXIV annos imperium tenuit, ex ſæuißimo leone uerſuta pardalis. Nihil non ſcelerum in eo fuit. Sanctos hoc nomine appellari lege lata uetuit: reliquias eorum cōſpui iußit: ne quis eorum interceßionē imploret, edixit: nihil eos uidelicet præſtare poſſe: quod omni deniq; blaſphemia maius eſt, eadem de matre Dei ſentiebat. Nam de hac aiebat, quàm diu Chriſtum intra ſe geſtauerit, honorandā ac uenerabilē fuiſſe: uerùm ex quo illū pepererit, (prò quanta tua patientia eſt Chriſte) nihil eam ceteris à mulieribus differre. Cuius rei ſimulacrum & imago peti de marſupio poteſt. Quum aureis oppletum eſt, in pretio ſolet haberi: quum euacuatū, nihili penditur. Præterea ſacras ædes magno ſtudio profanare conabatur. Nam religioſas effigies inductas delebat, earumq; loco ludorū circenſiū uenationumq; picturas ſubſtituebat. Neq; tantùm huiuſmodi facinora deſignabat, uerùm etiā ſolitariæ uitæ ſectatores perſequebatur, & tamquam agnos iugulabat. Quæ quum Artabaſdus is, cuius mentionem ſuprà fecimus, cerneret: bellum Cōſtantino intulit, eoq; deiecto ipſe renuntiatus eſt imperator. Tum uerò pietas refloreſcere, priſtinamq; ſtatus eccleſiarum pulcritudinem recuperare. Verùm hæc Beliar ille pati non poterat.

Chryſoſtomi locus.

Conſtantinus Copronymus imp.

Copronymus de ſanctis & eorū inuocatiōe.

Artabaſdus ſe imp. facit.

Ayuntamiento de Madrid

poterat. Nam Conſtantinus exercitibus ſemet inſinuat: adulationibus eos inflammat: copias militares cogit: prælium cum Artabaſdo conſerit: uictoria ui potitur: Artabaſdum uiuum capit: oculos eidem eruit: eoq; pacto reapſe Iulianus alter imperium recuperat. Solebat enim & ipſe Veneri uictimis humanis litare. Quapropter eo regnante diri quidam morbi ex ira diuina paßim graſſati ſunt, adeoq; peſtis ineffabiles hominum copias ſuſtulit, nequaquam illa minor, quæ Iuſtiniani temporibus exſtitit. Nam domus integræ prorſus occludebantur. Præterea ſe terriculamenta quædam horrenda mortalibus offerebant, quum de poteſtate ſcilicet egreßi & extra ſe rapti putarent in homines ſe terribili uultu præditos incidere. Tunc & ingens acerbumq; adeò frigus exſtitit, ut à Ponti parte ſeptemtrionali præ frigore glacieq; pelagus ad C à littore milliaria lapideſceret, cuius glaciei craßicies XXX cubitos æquabat. Quumq; larga deinceps nix ſupra glaciem hanc delapſa fuiſſet, ad alios XX cubitos ea craßicies excreuit. Tamdem Februario menſe glacies diuerſa in fragmina diuulſa, uſq; ad urbem ipſam & Abydū delata eſt. In ijs fragminibus erat uidere complures gelu adſtrictas beſtias. Quòd ſi quis ab arce Chryſopolim uſq; proficiſci pedes uolebat, omnino id facere nulla impeditus re poterat. Atq; hæc fragmina in urbis muros impacta, uehemēter eos ſuccuſſerunt. Eodem Copronymo imperante modius hordei XII aureis uænijt. Quumq; terra dehiſceret in Meſopotamia, mulus exijt, humanaq; uoce ſequuturos hoſtium incurſus denuntiauit. Tunc & Nicetas quidam eunuchus, principe apud Copronymum loco, qui nihil aliud ſciret, quàm edere ac bibere, patriarcha creatus eſt. Quum aliquando Euangelium in cellula ſua recitaret, pro eo quod dicendum

Peſtis.

Hiems ſæua.

Annonæ caritas.

Mulus loquitur.

Nicetæ patriarchæ inſcitia.

Ayuntamiento de Madrid

dicendum erat, Ex euangelio ſecundum Matthæum: pronuntiauit, Ex euangelio ſecundum Matthaium. Ibi quodã ex adſtantibus ſubijciente, Noli Ae diphthongũ (gemini ſoni uocẽ) diuidere: Nugaris, ait, quadam cum iracundia. Nam quæ geminos & trinos ſonos habent, anima mea uehementer odit. Tãdẽ hic tyrannus ab expeditione quadã reuertens, carbunculi morbum in pedibus ſenſit, & uehe-

Mors Copronymi.

menti febre circa Strongylum correptus, uitam finijt: quũ ſolum hoc uerbum pronuntiaſſet: Propter inſaniam furoremq; meũ uiuus inextincto igni tradot. Deinceps uerò quin ea, quæ prohibui, cum honoris delatione fiant: minimè ueto. Velim autem animaduertere te hoc loco, dilecte fili, nos multum & ſæpius inquiſito, cur hic imperator Cõpronymus uocaretur: hoc tantũ reperiſſe, regionẽ quam-

Vnde Copronymi nomen.

dam eſſe, quæ Caballa dicatur. Ex ea quotquot oriundi ſint, Caballinos fuiſſe uocatos. Quamobrem quum Conſtantinus hic inde originem traxerit, ac more inoleuerit; ut ſtercus caballinum dicamus: non abs re uir ſceleratiſſimus à ſtercoreo nomine Copronymus eſt nuncupatus, ut qui ſtercoreum nomen in ſe circumferret. Poſt Coprony-

Leo imp.

mum, eius ex coniuge Chazara filius Leo V annis imperauit: religioſus ac pius quidem ille ab initio, uerùm ubi coronam eccleſiæ donatam geſtaſſet, carbunculi morbo

Canis fidelitas.

uexatus, ardenti febre tamdem extinguitur. Exſtitit hiſce temporibus canis ille, qui heri ſui interfectorem indicio ſuo prodidit, quum uini bibendi cauſſa cauponã ingreſſus eſſet. Nam domino ſuo necato, qui cum homine malefico iter fecerat, quoddam in diuerſorium ſeſe contulit: quò quum forte fortuna ueniſſet homicida ille, mox à cane agnitus fuit. Neque canis inſigniter ipſius cauſſa latrare deſinebat, ita ut tamdem infauſta quæ-

dam

Ayuntamiento de Madrid

dam coniectura de latrone conciperetur. Itaq; carceri homicida mancipatur, ad prætorē deducitur, accuratè quæſtionibus ſubijcitur, uel inuitus facinus ſuum fatetur, ac tamdem malefici more necatur. Leone mortuo, filius eius Conſtantinus XVII annis rerum potitur. Sub cuius imperio & dominatu religio radices agebat, & monaſteriorum multitudo adaugebatur. Eodem imperante, quidam in Thracia terram fodiens, ciſtam inuenit, in qua huiuſmodi uerba ſcripta reperiebantur: Chriſtus è uirgine Maria naſcetur, in quem ego credo. Conſtantino & Irena religioſè imperantibus, rurſum me Sol uidebis. Ceterùm hæc Irena particeps erat imperij Cōſtantini filij, nec quæ ab ipſo deſignabantur, æquo pati animo poterat. Nam & matrē aliquando ſummouit ab imperij gubernaculis, quamquā deinceps eam pœnitudine ductus in aulā reduxit: & coniuge ſua, femina ualde caſta, repudiata, quamdam aliam eius loco uxorem accepit. Itaq; filium mater conſopitum oculis ſpoliat, quo factum eſt, ut ſol cōplures dies radios ſuos purè nō emitteret. Sedenim Irena imperatrix facti ſui pœnitens, ut odium inde conceptum elueret: omnes opum theſauros exhauriebat, & urbi largiebatur, perſolutis obæratorum debitis. Verùm oculus ille, qui cunctas res mortalium inſpicit, nequaquam ſopitus obdormijt. Nam hac imperij uoluptate per exiguum ad tempus deguſtata, tamdem Irena craterem abſinthio dilutum bibit. Etenim quidam ex ordine Senatorio, cui nomen Nicephorus, dignitate patricius, & unus ex generalibus, motu aduerſus eam concitato, non ſine dedecore regnum ipſi eripuit. Quapropter imperio Nicephorus hic VIIII annis præfuit, homo cædium cupidiſſimus, auri mancipium, prorſus alter Midas. Magiſtratus &

Conſtantinus Leonis F. imp.

Conſtantini quædam uitia.

Irenæ facinus immaniſs.

Largitiones uaſtæ.

Nicephorus imp.

Ayuntamiento de Madrid

& præfecturas uenales habebat, & triſtior quidem uulgò uidebatur: uerùm ſi qui aurum adferrent, ualde ſe gratioſum atq; comem præbebat. Graue Byzantij onus impoſuit, ſub prætextu inſtaurandorũ ueterum murorum exigi præcipiens id, quod Diceratũ (à duobus ceratijs) nuncupatur. Præterea quæ militibus debebantur, ipſe ſibi retinuit. His annis etiam reliquiæ S. Euphemiæ, quas Copronymus in mare proiecerat, ad Lesbum inſulam receptæ ſeruatæq; ſunt. Sic enim nos factũ accepimus. Zonaras in Annaliũ libris huiuſmodi quædam cõmemorat. Duplex, inquit, hac de re rumor eſt. Nam alij tradunt, ſanctam Euphemiam à Copronymo igni fuiſſe traditam, quamquam ſpe ſua tyrãnus excidit. Quippe illius loco cadauer aliud crematum fuit. Alij perhibent, eam in mare proiectam diuinò beneficio circa Lesbum recuperatã fuiſſe. Quum autem Nicephorus malè imperium adminiſtraret, rumor in populo turbarum plenus eſt diditus, excitataq; ſeditio grauiſſima: cuius occaſione quidam Bardanem copiarum ducem imperium ſibi uindicare cogunt. Ille uerò fortunæ reueritus inconſtantiã, uirum quemdam adit, futura proſpiciendi ui præditum, ut quid euenturum eſſet, cognoſceret: id quod citra omnem errorẽ conſequutus fuit. Deinceps Nicephorum imperatorem propterea, quòd eximiũ Studiano è collegio uirum, Theodorũ in exſilium egiſſet, iuſticiæ ſacriſq; canonibus patrocinantem, uindicta diuina perſequi cepit. Nam contra Bulgaros expeditione ſuſcepta, quodam in prælio cecidit, hoſtibus ei caput amputantibus. Imperij gubernacula Stauracio filio reliquit. Verùm is quoq; celeriter admodum è medio ſublatus eſt, hac ipſa in pugna ictu haſtæ uulneratus. Succeſsit in imperio Michaelus Rangabes, Nicephori gener, ut cui nu-

Auaricia.

Ceratiũ duodecim folles ſiue numulos cõtinet.

Zonaræ locus.

Bardanes imperiũ adfectat.

Theodorus in exſilium actus.

Stauracius imp.

ptum

Ayuntamiento de Madrid

ptum ille filiã Procopiam dederat. Rebus omnino per annos IIII, menſes IX præfuit: uir planè dignus imperio. Nam præter alia, quæ præclara fecit, etiã uiros ſanctos ab exſilio reuocatos in integrum reſtituit. Ab hoc Michaelò ſuorum Annalium uolumen Scylitzes orſus eſt. Diximus antea de Bardane. Quo tempore is Monachum illũ futura proſpiciendi facultate præditũ, qui degebat in Philomilio, conueniebat: comites habebat ſecum, Leonẽ Armeniũ, Michaelũ Balbum, & aliũ quemdã cognomento Thomã. Ex his quatuor, primus Bardanes affectato imperio, ſecũdum Monachi prædictionẽ oculos amiſit. Alter Leo, itẽq; Michaelus, imperio deinceps potiti ſũt. Etiã huic Michaelo Rangabi hoc quodã modo imperij denũtiata fuit amiſſio. Vernã quamdam ancillam habebat, quæ ſub Lunæ cũ Sole coitu furore corripiebatur. Quoties igitur hoc malò uexabatur, ad Bucoleontẽ (loci hoc nomẽ eſt, à collocatis ibi bouis leonisq; ſtatuis) ſe conferebat, & ad imperatorẽ cõtentiori uoce clamabat: Deſcẽde, deſcẽde, atq; alienis cede. Quũ id ſæpius accideret, imperator metu perculſus, rẽ totã cũ familiari quodã ſuo, cui nõmẽ eſſet Theodoti, communicat. Is quũ primũ puella malò à genio corriperetur, quibus ex indicijs agnoſci poſſet imperatoris ſucceſſor, interrogat. Animaduertit illis expoſitis, Leonem Armenium ſignificari: qui ex eo tempore ſibi conciliatis exercitibus, cõtra Michaelũ arma ſumit. Eo Rangabes cognito, aſperam ueſtem induit, & imperio ſponte ſua cedit. Hoc modo poſt Rangabem Armenius hic VII annos, V menſes rerum potitus eſt. Antè omnia ſtudioſè dedit operam, ut Michaeli genus exſcinderet. Quapropter genitalia filij eius, qui Nicetæ nomen habebat, reſecuit: ne fortè procreatis aliquando liberis, uindictam de Leone ſumeret.

Michaelus Rangabes imp.

Ioannis Scylitzæ annales.

Vaticinium mali genij.

Leo Armenius imp.

Nicetas Rangabis F. caſtratus, deinceps patriarcha.



Ayuntamiento de Madrid

Is puer ubi uirilem ad ætatē perueniſſet, urbis huius Nouæ Romæ pontifex creatus eſt, cum ipſa uitæ mutatione diuerſo etiam à priori nomine adſcito. Nam pro Niceta Ignatius appellatus eſt. Secundū hæc Leo ſe contra ſacras imagines armat huiuſmodi cauſſa impulſus. Mortuo monacho, qui futura proſpiciebat, in eius cella quidam alius monachus ſucceßit, qui Sabbatius dicebatur. Is Leoni perſuaſit, ut ſacras imagines è medio tolleret. Quippe Leo cõſequutus imperium, ubi prædictionē illius Monachi ad animū reuocaſſet: quædā ad illū munera miſit, declarandi animi grati cauſſa. Quū aūt ipſius loco Sabbatius inuentus eſſet, perſcriptis ille litteris imperatori terrorē inijcit, & amißionē imperij minatur, ni ſacras imagines euerteret. Hinc illa ſimulacrorum excidij flamma in Leone accenſa eſt. Eodem tempore clarißimus ille Patriarcha Nicephorus, quum adduci non poſſet, ut imaginum oppugnationē probaret, ſolum uertere iuſſus eſt, ac in Præconeſum deportatus: quum quidem id euenturum ſibi multo antè cognouiſſet, ac Leonem Eccleſiam perturbaturum. Nam quum beatus antiſtes diadema capiti Leonis imponeret, uiſus ſibi fuerat ſpinis ac tribolis manum compungi. Quum autem nauigio in exſilium aueheretur, fortè rectus aliquando ſtabat, & quemdam ſalutabat. Interrogatus, quid nam hoc ſibi uellet, quémue ſalutaret: Theophanem, inquit, confeſſorem & Agri præfectum, qui cereis & ſuffitu nos excipit. Hinc Leo ſecum expenſa Monachi prædictione, Michaelum (Balbum) in uinculis detinebat. Vel potius ipſe Michaelus, qui homo eſſet audax & impudens, hoc ſibi mali arceßiuerat: tandemq́; decretum Senatus publicatū fuit, quo Michaelus igni concremari iubebatur. Id omnino ei uſuueniſſet, ſi non imperatrix

Sabbatius.

Nicephori patriarchæ exſilium.

Omen.

Prodigium.

Michaelus ad ignem damnatur.

Ayuntamiento de Madrid

trix ipſa facinus impediuiſſet. Nã ea pro Michaelo deprecans, inter alia proferebat in medium inſtantem ſacroſanctæ Chriſti natiuitatis diem. Nihilo minus Leo per inſomnia, per oracula, per alia quædam eiuſmodi territus: cædem eius maturabat. Ad ſuam quoq; coniugem dixiſſe perhibetur: Tua quidem opera Michaelus iam dimittitur: uerùm quid ſequuturum ſit, tu tuiq; liberi paullo pòſt cognoſcetis. Non magno temporis interiecto ſpatio, Michaelus oraculo fretus Monachi, cuius mentionem aliquoties fecimus, eas ipſas inſidias, de quibus loquuti ſumus, Leoni ſtruxit: totamq; rem illi patefecit, qui eum uinculis conſtrictum cuſtodiebat. Hoc modo factum, ut Michaelus imperatorium in ſolium collocaretur, quum quidem adhuc compedes geſtaret: Leo ſine ulla commiſeratione gladijs configeretur in ipſa diuina æde, quò ſe receperat. Leonis uaticinium.

Igitur poſt Leonem Michaelus cognomento Balbus, oriundus Amorio, rebus annos VIII cum imperio præfuit. Erat ille quidem minimè religioſus, non tamen homines pios ad impietatem cogebat. Quapropter id temporis uiri ſancti carceribus liberati ſunt, & magnus ille Theodorus ab exſilio reuocatus: quem ſacras imagines propugnantem, multaq; perpeſſum, Leo Armenius ſolum uertere coegerat. Hoc Michaelo imperante, Thomas quidam maximis ex oriente occidenteq; collectis copijs, nec paucis triremibus inſtructis: aduerſus reginam urbium expeditionem ſuſcepit. Tantas autem uires habebat, ut ſuſpenſam ex arce catenam perfringeret, ac Blachernas uſque contenderet. Itaque deinceps totis tribus annis bellum geritur, quo exacto Thomas uincitur, in fugam ſe coniicit, Adrianopolim peruenit, non exiguo tempore iſtic obſidione à Michaelo cingitur, ab incolis

Michaelus Balbus imp.

Thomas imperium adfectat.

Thomæ uires.

Thomæ interitus.



Ayuntamiento de Madrid

opidi deditur, inuitus in hoſtis poteſtatem uenit, manibus atq; pedibus truncatur, aſino contumeliæ cauſſa imponitur, hæc tantùm uerba proferens: Miſerere mei, qui reapſe imperator es. Poſt Michaelum, Theophilus filius eius annos XII, mẽſes III imperauit. Mox ab inito imperio delectum puellarũ haberi iuſsit, inter quas etiã * Caſsia comparuit. Eam propter reſponſum prudentiæ plenũ miſſam fecit ac repudiauit. Nam quũ ei malum tradidiſſet, uti qui propter inſignem ipſius pulcritudinem amore correptus eſſet, ſimulq; dixiſſet: A' muliere mala promanarunt: uiciſsim illa reſpondit: A' muliere bona quoq; proueniunt. Itaq; mutata ſententia, Theodorã Paphlagoniã matrimonio ſibi iunxit. Habebat in more Theophilus, ut ſingulis ſeptimanæ diebus per forum eques in Blacherniũ templũ iret. Quamquã enim ſacris imaginibus honorẽ nullũ deferebat, Saluatori tamen ac Deiperæ fidẽ ſeruabat, ut ipſemet profitebatur. Præterea de rerũ in foro uenum expoſitarum pretijs inquirere ſolebat, & ſi magno eas uendi depræhenderet, præfecto ſuccenſebat. Accidit aliquando, ut femina quædã ipſum conueniret, ab Auguſtæ fratre Petrona per iniuriã læſa. Nam quũ is ædificiũ in altũ eduxiſſet, domus uicinæ, quæ mulieris erat, luminibus obſtruxerat. Hãc ob cauſſam Petronas obiurgatus, nihilo magis id corrigebat, in quo deliquerat. Itaq; graui eum contumelia imperator adfecit, ædibusq; deiectis omnẽ materiem mulieri attribuit. Itidem quũ è palatio proſpectãs, Dominæ nauim portum ingreſſam uidiſſet: ut igni ea concremaretur mandauit, huiuſmodi uerba ſubijciẽs: Tu quum imperatorem me Deus deſignarit, nauclerũ eſſe coges? Quòd ſi nos præter uberes imperij fructus, etiam mercaturæ emolumenta conabimur intercipere: undenam priuatæ fortunæ homines ad

Theophilus imp.

*al. Icaſia.

Caſsiæ reſponſum.

Theophili fides.

Exemplum iuſticiæ.

Nauis auguſtæ cremata.



Ayuntamiento de Madrid

nes ad uitam ſuſtinendam ſibi neceſſaria comparabunt? Præter hæc, tam magnificus erat imperator hic Theophilus, ut etiam admirabilia quædã inſtrumenta ſtudioſè excogitaret: de quibus machina quadam emiſſus ſpiritus, iucundam ſuauiterq; reſonantem melodiam efficit. Itidem arbores aureas parabat, in quibus omnis generis auiculæ conſidentes, melleum quemdam cantum effundebant. Ceterùm in aula quidam uerſabatur homuncio, parum mentis compos. Eum quũ aliquando interrogaſſet imperator, unde ueniret: à Manna ſe digreſſum reſpondit. Hoc enim nomine Dominã appellabat. Deinde adfirmauit, illã perbellas pupas habere. Qua uoce imperator audita, ſuſpicatus pupas eſſe imagines: contra imperatricem excanduit. Illa uerò maritum ſollerter decepit. Non enim, ait, imagines Denderis uidit: (hoc illi deliro nomen erat) ſed quum ſpeculum intuerer, formas in eo per reflexionẽ repræſentatas conſpexit, easq; pupas nuncupauit. Vſq; adeò certè Theophilus imagines auerſabatur, ut etiam religioſum illum uirum Methodium, qui ſimulacrorum patronus erat, in ſpelunca quadam perinde concluderet, uti cadauera ſepulcris abduntur. Neq; tantùm hoc modo eum uexauit, ſed etiam ipſi latrones duos adiunxit, quorũ unus ibidem extinctus eſt. Eius cadauer quantum obſecro moleſtiæ fœtore ſuo putas uiro beato attuliſſe? Id temporis etiam ij, quorum facies notis erant compunctæ, in exſilium acti, piſcatoris cuiuſdam opera Methodio ſcripſerunt in hæc uerba, iambicis uerſibus incluſa:

Organũ muſicũ à Theophilo repertum.

Arbores aureæ cum auiculis.

Auguſtæ dolus.

Methodius malè uexatus.

Viuo perempto, uiuificoq; mortuo,
Terram incolenti, ac pariter calcanti polum,
Scripſere uincto uincti, & inſcripti notis.

Iis Methodius in hanc ſententiam reſcripſit:



Ayuntamiento de Madrid

*Libris uiciſsim deſcriptos cæleſtibus,*
*Facieſq; non ſine laude compunctos notis,*
*Secum ſalutat uinctos uiuus obrutus.*

Methodius qui liberatus.

*Hunc aũt Methodium nouo & admirabili quodam modo Deus ex eo ſpecu eduxit. Nam quũ Theophilus doctrinæ litterarũ ſtudioſus, in ſcripta quædam intellectu difficilia incidiſſet, nec qui ſe de illis explicaret, inuenire poſſet: intellecto de quodam, neminẽ mortalium eſſe, qui felicius ea declarare poſſet, quàm incluſus ille ſepulcro Methodius, hominem inde ſtatim reuocauit, magnoq; in pretio deinceps habuit. Et quia Methodij malæ propter ſacrarũ imaginum propugnationem contundendo læſæ ſolutæq; fuerant à Theophilo, poſt* VII *Synhodum ſimulacrorũ euerſionem renouante: neceſſe habebat, ut eas tenui quadam faſcia linea obligaret. Vnde mea quidem ſentẽtia mos inoleuit, hodieq; durans, ut pontifices ab anteriori parte lineas faſcias alligatas habeant. Deniq; Theophilus moriturus petebat, ut imagines ſacræ rurſum non erigerentur, neq; Ioannes patriarcha, præſtigiator inſignis, loco moueretur. Verùm ipſo uita functo, Theodora Ioanne deiecto & abdicato, ſanctum uirum Methodium pro eo ſubſtituit. Tum uerò meretricula quadam ſubornata, Methodium aduerſarij criminati ſunt: quæ res in iudicium quum deducta foret, Methodius fimbria ueſtis ſublata, genitalia denudauit. Ea prorſus frigebant, & emarcuerant. Rogatus autem, quánam de cauſſa tantopere uirilia ipſius emarcuiſſent: reſpondit, ſe aliquando quadam de cauſſa Romam miſſum, & carnalis libidinis inflammatione correptum, Chriſti diſcipulorum opem imploraſſe: ideoq; per quietem uidiſſe ſummum illum Petrum apoſtolum, qui uerendis ſuis attactis effecerit, ut ignis ea depaſcere uideretur.*

Methodius patriarcha.

Ayuntamiento de Madrid

tur. Ex eo tempore membra iſtæc ſua mortua ſibi fuiſſe, neq; libidinis inflammationem quidquam attuliſſe moleſtiæ. Ceterùm ut omnium prima mulier Adamum è paradiſo eduxit, ita Domina Theodora coniugem ſuum in paradiſum introduxit. Ea de re quum certior facta fuiſſet, benignè ſanctos hoſce patres excepit, qui etiam pro Theophilo Deum precati ſunt. Quum autem illos exciperet, aderat inter alios etiam Theophanes Nicænus pontifex, cuius faciei notæ impreſſæ erant. Is imperatrice defixis oculis ſe intuente, ac notas impreſſas admirante: Cur, inquit, tam crebrò me adſpicis? In altera uita cum marito tuo diſceptaturus ſum. Hoc uerbum imperatricem grauiter admodum pupugit, quam tamen deinde Methodius patriarcha conſolatus eſt. Scito autem, dilecte fili, Theophila imperante Leonem philoſophum extitiſſe, qui prorſus antea latitabat, & ignotus erat: ſed hoc modo nomen aliquod eſt conſequutus. Quidam adoleſcens Geometricæ ſcientiæ peritus in hoſtium poteſtatē uenerat. Accidit aūt, ut Armemūnes, qui eum captiuū habebat, aliquādo de Geometricis theorematis diſputaret. Ibi iuuenis ille præſens doctrinæ ſuæ ſpecimen edit, & apud homines admirationē ſui concitat. Quamobrē interrogatur, an alij quoq; Conſtantinopoli reperiantur, qui artē hanc teneant. Quū reſpondēte iuuene cognouiſſet Armemumnes de Leone uiro ſapienti ac docto, quis nā foret, & ꝗ ſummā omnis doctrinæ ſciētiæq; peritiā cōſequutus eſſet: litteris ad imperatorē Theophilū datis petit, ut ad ſe Leonē mittat, pro quo declarādi animi grati cauſſa uiciſſim ei daturus ſit C auri centenarios, æternamq; pacē conceſſurus. Theophilus autem, qui abſurdum quiddam ſe facturum duceret, ſi rerum cognitionem, propter quam natio Romanorum in admi-

De Leone philoſopho.

Qui Leo clarus factus ſit.



Ayuntamiento de Madrid

admiratione ſit, populis exteris proderet: poſtulatis Armemumnæ adſentiri noluit. Ex eo tēpore Leo doctiſsimus in uniuerſis diſciplinis clareſcere cepit. Quūq; doctoris ei munus aliquamdiu mandatum fuiſſet, tamdem opera magni patriarchæ Ioannis ad Theſſalonicenſe ſolium euectus eſt. Inde quum oppugnatores imaginū loco mouerentur, etiam ipſe ſolio ſuo deiectus eſt. Apud Theſſalonicenſes in honore maximo fuit quum alias plures ob cauſſas, tum maximè propterea, quòd eos annonæ penuria ſubleuaſſet, ſiderum quorundā ortu conſiderato. Perſuaſerat enim ipſis, ut indicato ab ſe tempore ſemina terræ crederēt. Ad Theophilū ut redeamus, habebat is generum Alexium, cognomento Moſelem. Præterea Manuelus quidam apud ipſum poteſtatis imperatoriæ particeps erat, itēq; Theophobus, quē morte adfici iuſsit, ne quando res nouas moliretur: eſtq; caput ei præciſum, & ad Theophilum allatum. cuius ille crinibus attrectatis: Nec ego ſum Theophilus, inquit, nec tu Theophobus. Haud multo pòſt animam exhalauit, quum prius inteſtinorū morbo laboraſſet, quē ex hauſtu frigidæ ſibi arceſsiuerat. Theophilo extincto, Michaelus cum Theodora matre XIV annis imperauit, eamq; tamdem ab imperij gubernaculis remouit & raſit: quòd ſolus Romanam rempublicam adminiſtrare uellet. Non tamen ad utilitatem publicam ea, quæ gerebat, ſpectabāt. Quid enim non ille dicere? quid non auſus eſt facere? Sæpenumero nulla urgente neceſsitate abſq; cuſtodibus, præſidio, ſatellitum comitatu, in ipſa ſe triuia conferebat. Quid multa proferri opus eſt? quum cottidie deteriorem ad uitam prolaberetur, tamdem uir ſceleratiſsimus aduerſus ipſa quoque myſteria furioſè debacchari cepit. Nam in craterem indito ſinapi acerbiſsimo,

Leo famem ſuorum ſubleuat.

Theophobi cædes.

Michaelus cognomento Temulentus, imp.

Michaeli inſolentia.

Impietas.

myſticum

Ayuntamiento de Madrid

myſticum inde ſacrum peragebat, ludens miſer in ijs, quæ ludos nullos admittunt, & ridens infelix in minimè ridiculis. Tradiderat ei Theodora mater auri CIↃXC centenarios, argẽti ad CIↃ CIↃ CIↃ. Ex ijs Michaelus moriens tria tantùm reliquit, imperio poſt deceſsionem ex aula Theodoræ annis XI potitus. Solis compotationibus & circenſibus ludis operam dabat, quibus ſanè ſpectaculis tam impenſè delectabatur: ut ipſemet extrinſecus amictum Venetũ geſtans equos agitaret, Logotheta Praſino habitu induto. Accidit aliquando, ut equeſtri certamine iam imminente, Protonotarius Dromi accedens diceret, in Melangeis, quæ Malagina uulgo nũcupantur, Saracenos adeſſe. Tum imperator: Te ne uerò, inquit, hominem ſtolidiſsimum audere mihi tali occupato certamine, ac in hoc unum incumbẽti, ut in læuam partem medium auertam, de Saracenorum incurſu nuntium adferre? Rebus igitur huiuſmodi Michaelus occupatus, imperatorios (ceu diximus) theſauros exhauriebat. Nam quoties ipſorum etiam aurigarum filios ex ſacro fonte ſuſcipiebat, ſingulis auri libras C donabat. Licet hinc etiã, ut omittamus alia, Michaeli uæcordiã agnoſcere. A Tarſo ad Palatium uſq; certis in locis ignes ſuccendi cõſueuerant, quibus alijs alios excipientibus, Saracenorum incurſus denuntiabantur. Quum igitur aliquando currus agerentur ad eximij martyris Mamantis ædem, quæ in Steno eſt, habituq; Veneto imperator ipſe ornatus eſſet: ſignum aduentus hoſtilis editum eſt per ignem de Pharo. quæ res permoleſta quum imperatori accideret, ignes illos admirabili conſilio excogitatos ſuſtulit, ne deinceps umquam per eiuſmodi nuntios animis terrore perculſis Theatrum ſpectatores deſererent. Idem Michaelus quum fortè pecu-

Prodigalitas.

Leuitas.

Væcordia.

Ignibus hoſtium incurſus proditi.



Ayuntamiento de Madrid

Aues aureæ canentes, & leones rugientes.

nijs indigeret, etiam platanos illas aureas, factas à Leone philoſopho, de quo ſuprà loquuti ſumus, in quibus auiculæ ſedẽtes per machinam quamdam cantillabant, itemq; leones aureos, qui & ipſi cum hominum admiratione maxima nonnumquam rugitum edebãt, opera certè præclara, & unam ob cauſſam facta, ut exteræ nationes ad eorum conſpectum obſtupeſcerent, minutas in partes concîdit, & aurum expendit. Quas ob res Theodora Michaelum crebris admonitionibus caſtigans & erudiens, è regia tamdem expellitur. Etenim Michaeli auunculus, cui Bardæ nomen erat, nulla non machinatione uſus, & omnibus hominem modis aggreſſus, ut imperatrix quidem longè à regia ſummoueretur, effecit: ipſe uerò Cæſar ab imperatore deſignaretur. Itaque ab illo tempore cuncta ſic agere, quaſi ſi imperator ipſe foret, non deſtitit. Præterea facinus improbiſſimum committere auſus eſt, genuini filij coniuge uitiata. Quod ubi reſciuiſſet Ignatius patriarcha, hominem ſemel atque iterum fruſtra monitum, tamdem adhibita commonefactione poſtrema, ſacris excludit. Tum uerò Bardas furere, Ignatium gregi adimere, Photium eius loco ſubſtituere. Qualibus autem, quantis'que calamitatibus Ignatius opera Photij fuerit exagitatus, ut tamdem ſponte ſua ſolium detrectare ac reſignare uideretur: uerbis explicari omnino non poteſt. Quippe radicitus ei dentes effracti ſunt, ipſe nudus in longum exporrectus, & ſandapilæ cuidam luto commaculatæ incluſus, quæ abominabilis iſtius Copronymi cadauer continebat. Verùm Deus hæc non admodum diu tolerauit. Quippe Photius ille mox ſolio deiectus eſt, Bardas miſerè uitam in terris ſuam clauſit. Etenim quum moriturus eſſet, prodigia quædam & oſtenta perniciem hominis por

Theodora reijcitur à filio.

Bardæ facinora.

Ignatius Rangabis imp. F. pellitur.

Photij & Bardæ exitus.

Ayuntamiento de Madrid

nis portenderunt: nimirum ortus cometarum, & inuſitata ſomniorum uiſa. Nam per quietem Bardas ire ſibi magnam ad eccleſiam uidebatur, ubi principem Apoſtolorum Petrum in ſolio patriarchæ ſedentem cerneret, ad cuius pedes ſanctiſsimus ille patriarcha Ignatius prouolutus iaceret, ac uindictam eorum poſtularet facinorum, quæ à Cæſare deſignata in ſe fuiſſent. Mox alicui gladium porrigi, quo Bardas membratim diſſecaretur. Neq; multum temporis interceſsit, quum Michaelus Bardæ potentiam ueritus, hominem morte multatum è medio tollere cogitat. Itaq; Bardas homines gladijs inſtructos contra ſe pergẽtes intuitus, ad imperatoris ſe pedes abijcit. Verùm per eoſdem inde abreptus, membratim in fruſta conciditur: genitalibus haſtæ ſuffixis, & publicè populo ſpectaculi cauſſa exhibitis. Secundum hæc Michaelus, quòd ſobolem ex ſe naturaliter procreatam nullam haberet, uti Scylitzes memoriæ prodidit: nec publicam rẽ adminiſtrare per ſe ſatis idoneè poſſet, Barda iam rebus humanis exemto: Baſilium filij loco adoptat, & Magiſtrorum dignitate ornatum, paullo pòſt etiam diademate cingit. Quum autem à Baſilio quoq; Michaelus ob ea repræhẽderetur, quæ nefariè patrabat: quo pacto & illum è medio tolleret, ſollicitè cogitabat. Quid ergo rei molitur? Hominem quemdam, nomine * Baſiliſcũ, quẽ adficere honore propterea cuperet, quòd aliquãdo maieſtatem ipſius inſigniter prædicaſſet, ob quadrigarum ſollertem inflexionem, in mediũ productum purpura induit, ac diademate ornat, huiuſmodi ad Senatum uerbis uſus: Iampridem, amici, oportebat hunc uirum à nobis ad honorem imperij ſplendidiſsimum potius euehi, quàm Baſilium. Icc irco mei me conſilij factiq; pœnitet. Quod quidẽ ubi feciſſet, mox initium

Portenta.

Somnium.

Bardæ cædes.

Baſilius adoptatur.

* al. Baſilinum. item, Baſilicinum.

interitus

interitus Michaeli appetijt: præſertim quum intemperanter admodum potare nõ deſineret, ac ſubditis crebra mala moliri. Nam præcipiebat his aures, illis nares, nonnullis capita præcidi. Quum autem Baſilius impediret, quo minus ea perficerẽtur: fraude circũuenire Michaelus ipſum inſtituit. Nam cuidam mandabat, ut in ſpeciem quidẽ aduerſus feram telum emitteret, reapſe uerò Baſilium peteret. Quia re Baſilius animaduerſa, in ipſum Michaelum id patrandum eſſe ſtatuit, quod imminere ſibi ab eo uidebat. Itaq; hominem ad D. Mamantis interficit. Hoc modo poſt Michaelũ cognomine Temulentũ, Baſilius Macedo XX annis imperium obtinuit. Is quum adhuc infans admodum eſſet, uti Zonaras cõmemorat, fortè ſoli expoſitus in æſtu iacebat, meſſe occupatis, parentibus qui ualde pauperes erant. Tum uerò aquila de ſublimi aduolans, expanſis alis umbram ei præbebat. Quum autẽ mater aliquoties aquilam abigere conata, nihil efficere ſe uideret: tandem hanc rem boni augurij loco duxit. Præterea Baſilius hic è pago quodam originem habuit, qui magnæ urbi Adrianopoli uicinus erat. Etiam aliquando ceu mancipium à Bulgaris auectus fuit. Vnde quum euaſiſſet, Byzantium ſeſe contulit, ac propius ad ſancti Diomedis ædem accedens, ibidem in latericio pauimento feſſus obdormiuit. Ea nocte templi eius ædituus ab angelo ter excitatus eſt, ac imperatorem introducere iuſſus. Paret ædituus angelo, & Baſilium uelut imperatorem humaniſſimè tractat atq; reficit. Quid ex eo tempore de ipſo factum? propter inſignẽ animi fortitudinem in Michaeli noticiam peruenit: primùm equorum ei cura committitur: deinde fit Cubicularius: tandem imperator renuntiatur: quum quidem huiuſmodi euenta Deus multo antè ſignificaſſet. Nam uide obſecro, quid aliquando

Exitus Michaeli.

Baſilius Macedo imp.

Augurium aquilæ.

Baſilij tenuitas.

Aliud uaticinium.

Ayuntamiento de Madrid

quando ipſi acciderit. Fortè cũ hero id temporis ſuo Theophilitze quemdam ad locum profectus fuerat. Eo in loco ſolitariæ uitæ ſectator degebat, homo futura proſpiciendi facultate præditus. Negligebat ille Theophilitzem, quum magnum honorem Baſilio deferret. Quæſitus ab aliquo, cur id feciſſet: imperatorem in eo ſe palàm conſpexiſſe reſpõdit. Hac igitur ratione Baſilius imperio (ceu diximus) poſt Michaelum potitus eſt: moxq; Photium ex Eccleſia pepulit, ac ſolium Ignatio reſtituit. Præterea ſub initium imperij Patribus conſcriptis ad ſe uenire iuſsis, theſauros imperatorios aperuit, ut Scylitzes commemorat, deq; pecunijs ærarij maximis, præter auri tres centenarios, nihil omnino reperit. Quò autem illæ modis ac rationibus nouis inuſitatisq; prius deueniſſent, ubi certior factus fuit: apud Senatum obtinuit, ut publicum in ærarium referrentur. Ipſe tamen mitius agens, & cuilibet illorũ, qui aliquid à Michaelo acceperant, partem dimidiam auferens, auri CCC omnino centenarios confecit. Tam præclarè uerò Baſilius imperium adminiſtrabat, tamq; obſeruans erat iuſticiæ: ut ipſemet iudices ordinaret, eosq; cauſſas cognoſcere iuberet attentè, tam in Magnaura pro tribunali ſedentes, quàm in Circo. Edictis quoq; propoſitis inſtituit, ut hi iudices acciperent è publico ſalaria: ne agitatas pro tribunali cauſſas parui facerẽt, obiterq; tractarent. Itidem pauperioribus iure aduerſus alios experiuntibus alimenta decreuit, ne fame contabeſcentes litibus renuntiarent. Præterea proditũ memoriæ ſcimus, imperatorem ad hæc loca quodam tempore de regia progreſſum, quum neminem reperiſſet de alio conquerentem, ideoq; ſuſpicatus eſſet, fortè homines iniurijs adfectos aliquò modo impediri, quo minus ad ipſum accederent: ſatellites per orbẽ dimiſiſſe,

Alio modo ſignificatũ Baſilio regnum.

Inopia ærarij.

Baſilij iuſticia.

Ayuntamiento de Madrid

ſiſſe, qui ubi reuerſi fuiſſent, neq; ſe quemquam inueniſſe dicerent, qui querelarum aliquid haberet: præ gaudio lacrymas fudiſſe, Deoq; gratias egiſſe, quòd ſe imperante accidiſſet, ut nemo ſe iniuſtè tractatum oppreſſumq; diceret. Ceterùm ſi quis eſt, qui ex ingenti gloria per caſum aliquem aduerſum ad condicionem obſcuram ignominioſamq; peruenit: is cum animo ſuo perpendens, quo pacto rotæ curules ſurſum deorſumq; ferantur, ſeipſum conſoletur. Nam ea uolutatio perquàm illuſtri declarat imagine, quàm inſtabilis ſit humana felicitas. Tali certè ſuperioribus hiſce temporibus exemplo barbarus ille Suldanus aliquando eſt uſus. Nā quum à Francorum principe captiuus detineretur, totumq; biennium in uinculis exegiſſet: numquam eum ridentem aliquis conſpexit. Tandem Francus intellecto, Suldanum riſiſſe: de ipſomet riſus illius cauſſam quærit. Tum ille ſe plauſtri rotam intuitum reſpōdet, quæ modò ſurſum, modò deorſum ferretur. Ei ſe caſus ſuos accommodantem, non potuiſſe non inæquabiles rerum humanarum uices ridere. Quo uerbo motus Francus, Suldanum ab eo tempore ſuam in familiaritatem admiſit, hominiſq; prudentiā admiratus, eum in conſiliariorum ſuorum numerum retulit. Quum primùm autem Baſilius imperium occepiſſet, in Syriam expeditionē ſuſcepit: quumq; opidum quoddam * Germanicopolim, quod alio nomine Adata nuncuparetur, obſidione cingeret, ac homines obſeſſos imperatoris conatū flocci facere uideret: quæri iuſſit, quónam præſidio freti, tam ſecurè degerent. Tum quidam ex opidanis ſenex: Nequaquam, ait, in fatis eſt, imperator, ut abs te noſtrum hoc opidum capiatur: ſed in alicuius tuorum, qui Conſtantini nomen habebit, poteſtatem aliquando ueniet. His auditis imperatore filium ſuum Conſtantinum

Vices rerum humanarum.

Suldanus à Francis captus.

Sapiens Suldani dictū.

* al. Germaniceam.

Germanicopolim fruſtra Baſilius tentat.

Vaticinium.

Ayuntamiento de Madrid

ſtantinum ipſis commonſtrante: reſponſum eſt, non hunc Conſtantinum illum eſſe: ſed aliũ quemdam ex ipſius poſteris hoc nomine; multis annis intercedentibus, exſtiturum. Hoc uaticinium Baſilius ut falſum irritumq; declararet, maiore ſtudio, quàm prius, intentus oppugnationi erat. Verùm infecta re, ſuaq; ſpe fruſtratus, obſidionẽ ſoluit. Quoniam uerò Baſilius Michaelum illum temulentũ interfecerat, placandi Dei cauſſa multis per urbem locis nouas ædes Michaelo principi copiarum cæleſtium Duci exſtruxit. Ex ijs una eſt in Palatio, quam Nouam appellant. Itidem in foro templum nomini Deiperæ dicatũ condidit, ut ædes iſtic aliqua foret; in qua mercatores precarentur. Præterea reparatis inſtauratisq; multis operibus, etiam quamdam ciſternã expurgauit, quam Heraclius imperator humo ingeſta oppleuerat, eiusq; loco hortum olerum effecerat. Idem præſtitit in ijs ciſternis, quæ ſunt intra palatium, & in ea, quæ eſt ad * Mãnaram, & in alia, quæ inter Iuſtinianeũ ac Lauſacum ſita eſt. Nam quũ Heraclius ex Stephano philoſopho, qui natiuitatem eius curioſè perſcrutatus fuerat, per aquam ſibi moriendum eſſe cognouiſſet: ciſternas, ut diximus, paßim obſtruxerat. Secundum hæc euenit, ut Conſtantinus imperatoris Baſilij filius morbo correptus tamdem moreretur. Eam filij mortem quum imperator admodum ægro dolentiq; ferret animo, percupiebat eum ſibi uiua ſpecie offerri. Tum uerò Monachus quidam, Euchaitarum præſes, cui cognomen Santabareni erat, imperatori filium uita functum ita commonſtraſſe fertur, ac ſi uiuus quiſpiam foret. Effecit enim, ut ſpecie imaginaria Conſtantinus eques patri quadam in ſilua obuiam fieret: quem ubi uiſus ſibi fuiſſet imperator & complexus & oſculatus eſſe,

Templa à Baſilio condita.

Ciſternæ repurgatæ.

* al. Magnauram.

Santabareni prçſtigiæ.



Ayuntamiento de Madrid

mox euaneſcentem ex oculis amiſit. Hinc imperator magnam de hoc monacho cōcepit opinionem, quum interim alter filiorum Leo philoſophus eum ueneficum appellaret, à quo per impoſturas imperator deciperetur. Ea uerba quum animum Santabareni uulneraſſent, huiuſmodi quiddam excogitauit. Auctor Leoni fuit, adeoq; perſuaſit, ut cum patre uenaturus, ſecum gladiolum ſub ueſte geſtaret. Eum Leo dolũ non intelligebat. quapropter à Santabareno ad patrem uelut inſidiator defertur: mox uinculis cōnſtringitur: quodam in thalamo regio concluditur: imperatoria ſigna ei adimuntur. Secundum hæc uſuuenit, ut pro more ueteri conuiuium imperator cum magiſtratibus celebraret. Ibi ſuſpenſus quidam pſitacus, frequenter Leonis nomen repetitum ingeminabat. Quippe conſuefactus fuerat, ut uocem cuiuſdam Leonem deplorantis imitando exprimeret. Hac patres conſcripti occaſione arrepta, pro Leone apud imperatorem deprecantur & intercedunt. Aiebant enim, hoc ipſum animal negligentiam ſuam uideri accuſare, quod heri ſui nomen toties inclamaret, cuius ipſi tam longo iam tempore mentionem nullam feciſſent. Quam interceſsionem imperator quum audiuiſſet, uoti eos ſui compotes fecit. Ceterùm hoc loco uelim animaduertas, dilecte fili, ſcriptores annalium inter ſe diſſentire. Nam Scylitzes tradit, Michaelum imperatorem ſobole naturali caruiſſe. Qui enim ebrietati perpetuò dediti ſunt, quemadmodum perhibent homines harum rerum periti, nequaquam ſemen ad arcana Veneris idoneum habent. Hoc ſi uerum eſt, quî cōſentaneum putabimus, quod aiunt aliqui, Leonem Michaeli fuiſſe filium? Zonaras quidem memoriæ prodidit, Leonem reapſe Michaeli filium fuiſſe, hominum autem opinione Baſilij. Quippe Leonis mater,

Santabarenus à Leone offenſus.

Pſitacus Leonem deplorat.

Leo uinculis liberatur.

De Leone ſcriptorum diſſenſio.

Ayuntamiento de Madrid

mater, cui nomen erat Eudocia, Ingeris filia; quum prius arcano concubitu cum imperatore Michaelo conſueuiſſet: prægnas Baſilio nuptum data eſt; quem adeò ſibi familiarem Michaelus fecerat, ut etiam capiti eius diadema imponeret, per occaſionem equi ferocis à Baſilio domiti, quẽ conſcendere nullus aliorum audebat. Erat enim Baſilius admirabili formæ uenuſtate, audaciaq; ſingulari præditus. Accidit autem aliquando; ut hic ipſe imperator Baſilius in uenatione quadam obuium haberet inſigni proceritate ceruum. Ibi quum manum armatam gladiò contra feram ſuſtuliſſet, ceruus reſtitit, & inſequentem propulſare cornibus conatus eſt. Hoc modo factum; ut quodam cornuum ramo in zonam imperatoris defixo, ipſe cornibus ſublimis adhærens à ceruo abriperetur: uitamq; fortaßis amiſiſſet, ni quidam ipſum diſſecta gladiò zona ſeruaſſet. Ei deinde præclara ſcilicet à ſeruato imperatore data ſunt conſeruationis præmia. Nam caput hominis præcidi iußit, allata cauſſa, quòd aduerſus imperatorem gladium nudaſſet. His temporibus diuinus ille Ignatius haſce res inferas reliquit. Quum autem Photius perpetuo ſolij recuperandi deſiderio teneretur, eccleſiamq; recuperare conaretur: huiuſmodi quiddam ab occulta profectum uerſutia uafricieq; comminiſcitur. Primas de appellationibus imperatoris, filiorum, Auguſtæq; litteras ſumit, indeq; ſuum illud Beclas componit: quo declarato, uiſus eſt imperatori uir apprimè ſapiens eſſe. Hac ratione ſolium illud excellentißimum recepit. Ac de his quidem hactenus dictum eſto. Sub hoc imperatore Roßi ad religionem erroris expertem acceſſerunt, & pontificem acceperunt, quum diuinum quoddam prodigium anteceßiſſet. Nam ſacroſanctum Euangelium in ignem conjectum,

Baſilius in uenatione propè perit.

Ingratitudo Baſilij.

Roſsi religionẽ Chriſtianam amplectuntur.

D ectum,

Ayuntamiento de Madrid

iectum, cremari non potuit. Tamdem Baſilius ex alui profluuio uitam finijt, filio Leone, uiro ſapiente ac docto, ſucceſſore poſt ſe relicto. Itaque Leo patre rebus humanis exemto, XXVI annis imperauit. Quum Santabarenum ulciſci uellet, prius de Photio loco mouendo conſilium inijt: quòd illum Santabareni patrocinium ſtudioſè ſuſcepturum putaret. Nam rumor diditus erat, Photium cuidam ſuorum imperium tantùm non deſpondentem, hac ipſa de cauſſa cum Santabareno conſilia communicaſſe, contraq; Leonem aliquid fraudis fuiſſe machinatum. Igitur eum Leo primùm in exſilium agit, deinde contumelijs adfectum alijs, tamdem oculis ſpoliat. Exſtitit ijs temporibus tanta ſolis ſub horam diei ſextam eclipſis, ut ipſa etiam ſidera conſpicerentur. Accedebant uiolentiſſimi uentorum flatus, fulgura tonitruaq; ualde horrenda, & ardentia fulmina, quibus in foro ſeptem uiri ſunt extincti. Ceterùm Leo, quum templum exſtruxiſſet in honorẽ nominis ſancti Lazari, tam ipſius, quàm Mariæ Magdalenæ reliquias eò tranſtulit. Vbi deinde in ipſo die Quinquageſimæ, proceſſus de more publicus inſtitueretur ad ſancti Mocij fanum, etiam ipſe imperator unà cum ceteris incedebat. Quumq; templum iam iam, ſacris ianuis uicinus, ingredi uellet, quidam ex ambone ſiue ſuggeſto proſiliens, graui ac ualida claua caput eius uerberauit: adeoq; ſubitò ipſum interfeciſſet, ni pars extrema clauæ in ſuſpenſum candelabrum impacta, uel dimidiam impetus uim amiſiſſet. Tum de Leonis capite profluere ſanguis copioſus, & uiri principes in fugam ſeſe conijcere. Qui cæciderat imperatorem, captus eſt, multisq; tormẽtis ſubiectus, quum facinoris illius nullum ſe habere ſocium profiteretur: (quamquam frater

Leo philoſophus imp.

Prodigia ſub Leone.

Leo ferè interficitur.

impera-

Ayuntamiento de Madrid

imperatoris Alexander, qui ſub morbi prætextu nõ aderat, quamdam de ſe ſuſpicionem præberet) tamdem manibus ac pedibus amputatis, in circi Funda crematur. Eo tempore deſijt & proceſſus iſte, quamquam hoc nomine ſanctißimus ille Marcus, ſolitariæ uitæ ſectator, apud imperatorem uerbis huiuſmodi deprecaretur: Noli tantopere, imperator, iraſci & ſuccenſere. Nam hoc euenturum tibi uates etiam Dauides prædixerat, quum ait: Quàm multa hoſtis improbè deſignauit in ſanctum tuum. Qui te oderunt, in ipſo tibi feſto inſultarunt. Quapropter, imperator, alijs adhuc decem annis imperio te potiri oportet. Hoc uaticinium exitus uerum cõprobauit. Nam poſt decem annos eo ipſo mortuus eſt die, quo plagam hanc accepit. Leonis huius uxor Theophano, quum citra æmulationem perpeſſa fuiſſet, ut alteram ille coniugem duceret: deinceps conſequuta eſt, ut palàm prodigia quædam ederet. Neque tantùm has uxores habuit Leo, ſed etiam Zoën Carbonopſiam, numero quartam duxit: quæ ſine auguſtali corona ſatis longo temporis ſpatio cum eo uixit. Tamdem ex ea natus eſt imperatori filius, in cuius ortu cometes conſpectus eſt, qui radios ſuos orientem uerſus proijciebat, & ad quadrageſimũ diem uſq; lucebat. Hoc filio nato, Thomas quidam munere ſenioris fungens, Leoni & Zoæ fauſta precatus eſt, tamquam coniugibus. atque is ſenior loco ſummotus deinceps fuit. Hinc Samonas patricius à Leone officio Cubicularij ornatur, quòd ei ad omnem improbitatem opitularetur. Is præter alia facinora, curauit ut patriarcha ſolum uertere cogeretur, quem ſcilicet ipſe ſolium ſibi uindicare uetuiſſet. Subſtitutus fuit eius loco uir admirandus Euthymius. Quũq; multũ opæ impẽdiſſet Leo, quo efficeret, ut

Vaticinium.

Theophanonis uirtus.

Leoni filius naſcitur.

Samonas patricius.



Ayuntamiento de Madrid

lex promulgaretur, cuius permiſſu ius uiro foret, uxorem tertiam quartamúe ducendi: non tamen id conſequi potuit, quod tantopere cupiebat, hoc ipſo patriarcha conatum imperatoris impediente. Qua ex cauſſa non parum exſtitit inter antiſtites diſcidij, cuius nomine poſtea de reuocandis ad unionem & concordiam animis Synhodus habita fuit. Quum autem Conſtantinum Andronici filium quamdam ad expeditionem imperator cum copijs ablegaret, per Triclinium hominem educens, oculis in Chriſti ac Deiperæ imagines defixis, quæ ſupra portam erant collocatæ, his uerbis uſus eſt: Caueto Conſtantine, nomen ne tibi tuum imponat, neúe fretus illo, potiturum te Romanorum imperio putes. Nam meo filio Conſtantino diuinitus imperium reſeruatum eſt, quod equidem perſpectum habeo, ſignificatum mihi diuinis ab hominibus, futura proſpiciendi ui præditis. Quapropter ſcire debes, euenturum ut ubi tyrannidem ad te rapere conatus fueris, caput tuum abſq; corpore per hanc ipſam portam ingrediatur. Huic uaticinio deinceps euẽtus reſpondit. Nam poſt Leonis obitum Conſtantinus tyrannidem adfectans occiſus eſt, ac deinceps erat uidere cruentum caput eius

» per illam portam inferri. Nimirum accidere talia ſolent

» ijs, qui ultra ſepta tranſiliunt. Accidit id temporis maximus ſolis defectus, cuius cauſſa Pantoleontem Synadenſem Pontificem ad ſe imperator arceſsiuit, hominem aſtronomiæ peritum. Is rogatus, quem illius eclipſis effectum fore ſtatueret: reſpondit, alteri ab imperatore perſonæ caſum aduerſum portendi. Quinetiam Samonas ipſe ſapientem hũc uirum peculiariter abductum de re tota conſulit, & futurum cognoſcit, ut ipſi calamitas accideret: uerùm omnino Iunij tertio die ſaluum euaſurum, nec ab

Leo quam legem ferre ueritus fuerit.

Leo Conſtantinum Andronici F. monet.

Vaticinium.

Aſtrologi prædictio.



Ayuntamiento de Madrid

eo tempore quidquam illi rei moleſtæ euenturum. Nondum præſtitutum hoc tempus aduenerat, quum Samonas è loco ſuo deturbatur atque raditur. Nam & calumnijs imperatorem circumuenire ferebatur, & inſolenter ſemet gerere. Secundum hæc Conſtantinus Leonis F. annos V rerum potitur. Apparuit tum cometa quidam ab occidente, quem periti rerum illarum à gladij ſimilitudine Xiphiam nuncupant. Exiſtimabatur is profuſionem ſanguinis imperatrici urbi denuntiare. Conſtantinus ſe totum impoſtoribus & præſtigiarum peritis dabat, & eorum opera multos ad annos imperium ſibi conſeruare ſtudebat. Quum homo ſtolidus aliquando ludos equeſtres exhiberet, ſacra eccleſiæ ornamenta cuncta ſumens, ijs ipſis theatrum eleganter inſtruxit. Poſt Alexandri patrui mortem, quòd iuuenis admodum eſſet, imperioq; metueret, per auream bullam Romanum cuſtodem ſuum fecit, patrisq; loco ſibi conſtituit. Ea dignitate necdum antea quiſquam ornatus fuerat. Neque multo pòſt idem Romanus renuntiatur Cæſar, & diademate cingitur. Potitus eſt autem Romanus hic Lacapenus imperio XXV annis. Hoc tempore multum ac ſæpe Bulgari, quorum princeps erat Symeon, prædabundi Romanorum fines percurrebant. Tamdem ad reconciliationem fœderaq; uentum eſt. Nam ad Coſmidij litus imperator Romanus, & is, de quo diximus, Symeon coràm ſeſe ſpectarunt, deq; conſtituenda amicitia mutua colloquuti, domum reuerterunt. Accidit tum portentum quoddam, omnino dignũ, litteris quod conſignetur. Quo tempore principes inter ſe colloquebantur, aquilæ duæ ſupra ipſos uolaſſe tradũtur: quumq; non ſine clangore alarum cõgreſſæ fuiſſent, mox alteram ab altera diſceßiſſe, quum una ſe ad urbem conferret, al-

Samonæ ruina.

Conſtantinus Leonis F. imp.

Romanus fit imp. pater.

Romanus Lacapenus imp.

Imp. & Bulgari cõgreſſus de pace.

Augurium.



Ayuntamiento de Madrid

Eius interpretatio.

tera Thraciam uerſus auolaret. Hoc autem prodigium augures diſciplinæ ſuæ periti minimè fauſtum eſſe iudicabāt. Nam ſignificari perhibebant, futurum ut hæc inter utroſque pax reſcinderetur. Tunc & terræmotus in regione Thracenſium exſtitit, & hiatus quidam ſoli, iſq; tanti, ut multa prædia cū eccleſijs & ipſis hominibus abſorberentur. Quid inde ſequutum? & quem exitum habuerunt illi aquilarum congreſſus atque prælia? Fortè Ioannes quidā

Ioannis Aſtronomi cōſilium.

aſtronomus Romanum acceßit, eumq; monuit, uti mitteret aliquem, qui eius columnæ caput amputaret, quæ ſupra Xerolophi fornicem collocata, occidentem reſpiciebat. Nam ita Symeonem, cui fatalis illa foret, ſtatim moriturū. Imperator hominis obſequutus conſilio, mox colūnæ caput auulſit. Eadem hora, quam quidem iccirco annotarat, Symeonem in Bulgaria mortem obijſſe deinceps com

Symeoni uita magicè adimitur.

perit, cordis morbo quodam confectum. Tunc & lapis de fornice in foro (Comatum appellare conſueuerūt) decidit, hominesq; LX neci dedit. Habebat Romanus ſenior alterum filium, cognomento Theophylactum, Diaconi munere fungentem. Is quia per ætatem admodum iuuenilem ad ſolium patriarchicum peruenire non poterat, fortè Trypho quidam eius loco per ſuffragationes conſtituitur, qui

Fraus Romani.

ſolium adminiſtraret ad illud uſq; temporis, donec ad iuſtam ætatem Theophylactus perueniſſet. Quum autem præſtitutum à Romano tempus effluxiſſet, negauit ſe Trypho patriarcha ſolio ceſſurum, quemadmodum promiſerat: niſi cauſſa manifeſta proferretur in mediū, quam ob cauſſam iure loco moueri poſſet. Eam rē imperatore per-

Theophanis uerſutia.

molestè ferente, Theophanes eum Cæſareæ pontifex acceſſit, quem & Porcinum appellabant: effecturumq; ſe pollicetur, ut Tryphoni ſolium adimeretur. Deinde apud pa-

triar-

Ayuntamiento de Madrid

triarcham inſinuãs ſeſe fraudulenter: Multa (inquit) ô here, cõtra te molitur imperator. Verùm ipſe cum ſuis cauſſam in te querelæ criminationiſq; nullam aliã reperientes, litterarum te rudem eſſe dictitant. Quapropter rectè feceris, ſi per inſcriptionẽ tui nominis ipſos hac de re certiores feceris, oraq; tuorũ aduerſariorum ea ratione obthurauerís. Adhibet homini fidẽ patriarcha, ſumtaq; charta pura, in qua nihil perſcriptum erat, in conſpectu totius Synhodi huiuſmodi uerba ſubſcripſit: Trypho per Dei miſericordiam archiepiſcopus Conſtantinopolis, Nouæ Romæ, patriarcha uniuerſalis. Eas ab ſe perſcriptas litteras ad imperatorem opera illius, quem Protothronum (à ſede principe) nuncupant, mittit: quibus ille acceptis, chartam aliam necdum litteris exaratam præfigit, & in ea nomine Thryphonis abdicationem perſcribit: nimirum fateri Tryphonem, ſe, quòd indignus eſſet, alij de throno cuiuis cedere. Hoc modo Tryphonem loco mouerũt. Per eos dies ex Armenia monſtrum quoddam ad urbem imperatoriam uenit, duo maſculi à natura cohærentes, qui unum modò uentrem habebant. Quúmque uelut omen infauſtum urbe tum fuiſſent eiecti, ſub Conſtantino rurſus eam ingreßi ſunt. Quum autem accidiſſet, ut unus uitam amitteret: experientißimi quique medici partem mortuam abſcindere conati ſunt à uiua: qua reſecta, quum aliquantulum altera ſuperſtes fuiſſet, ipſa quoque uiuendi finem fecit. Ceterùm tametſi Romanus horrendis maximè ſacramentis ſeipſum obſtrinxerat, policitúsque fuerat, Conſtantini ſe Purpurigenæ cuſtodem futurum, nec umquam imperium appetiturum: non tamen promiſſa præſtitit, ſed poſthabitis omnibus, imperatorem ſe renuntiauit principem, Purpurigena ſecundum ad locum

Trypho patriarchatu deijcitur.

Monſtrum ab urbe pellitur.

Romani imp. perfidia.



Ayuntamiento de Madrid

*detruſo. Quapropter dignum factis ſuis exitum inuenit. Nam imperio deiectus, & in* Protam *inſulam deportatus, raditur.* Antè, *quàm imperio potiretur, rei naualis Drungarius fuerat.* Deinceps Conſtantinus Leonis F. *imperauit annos* XIIII, *ſeq; in adminiſtratione parum dignè geßit. Nam mollem ſe declarabat: temulentiæ deditus erat: delinquentes citra commiſerationem tractabat duriter: plebeis quibuſdam magiſtratus credebat: quum quidem uxor* Helena, Baſiliusq; *Cubicularius apud ipſum efficerent, ut publica munera uenalia fierent.* Baſilium *autem illum* Romano Lacapeno *ex concubina natum,* Conſtantinus *patricij et Cubicularij dignitate ornauerat.* Erat *tamen* Conſtantinus *hic non prorſus expers præclarorum facinorum.* Diſciplinas *enim, uidelicet arithmeticam, muſicam, aſtronomiam, geometriam, & uniuerſam ſimpliciter philoſophiam, quæ multis annis ſuperiorum imperatorum inſcitia negligentiaq; perierant, ſtudio ſuo reſtituit. Filio ſuo* Romano, *coniuge priore mortua, dedit alteram, non illuſtri natam familia, ſed plebeis ortam parentibus, qui quæſtum in caupona faciebant. Ei quum nomen eſſet* Anaſtaſo, *id ipſum cum* Theophanone *mox commutatum fuit.* His *temporibus, quum* Ameras Tarſi *bello Romanos petens, exercitus partem in* Herculis *pagum prædatum emiſiſſet: eccleſiæ quidam ſenior, nomine* Themelus, *incruentum* Deo *cultum exhibens,* Saracenorum *aduentu cognito, ſacris omißis, ita ut indutus erat exijt, manibusq; correpto eccleſiæ * patrono, irruentes aduerſarios eo ipſo propulſauit, adeo que multos uulnerauit, complures interfecit, reliquos terga dare coegit. Deinde propter hoc facinus ab epiſcopo ſacris excluſus, quum ueniam non impetraret: ad* Agarenos *ſe contulit, religio-*

Romanus imperio ſpoliatur.

Conſtantinus imperiũ recuperat.

Conſtantinus litteras inſtaurat.

Imperatoris filio nubit plebeia.

* *fortaſſe patroni ſtatuam intelligit.*

Ayuntamiento de Madrid

religionē Chriſtianā eiurauit, cū Saracenis profectus, non Cappadociā modò uicinasq; regiones eſt populatus: ſed etiā in Aſiā, quæ minor appellatur, peruenit. Ceterū filius ille ſenioris Romani Theophylactus, ubi ſedecim natus annos cōtra ſacrorū Canonū præſcriptū eccleſiæ gubernacula uſurpare cepiſſet: nihil eorū quæ peßima ſunt, intentatū reliquit. Tanto certè deſiderio equorū tenebatur, ut eorū ultra duo millia poßideret. Iis alendis perpetuò erat intentus, neq; fœnū ipſis proponebat: ſed pinorū fructus, piſtacia, palmulas, uuas paſſas, aliaq; talia: quibus etiam uinum fragrans, cum balſamo & cinamomo, admiſcebat. Hoc quoq; memoriæ de ipſo proditum accepimus. Nimirum eo ſacra peragente aliquando magnæ quintæ feriæ die, curatorem equorum acceßiſſe, ac ſignificaſſe, nobilißimam equarum peperiſſe. Tum illum præ nimio gaudio re ſacra utcumque peracta, ad Coſmidium cucurriſſe: uiſoq; pullo recens edito, mox reuerſum eſſe, ut de Seruatoris noſtri pro nobis tolerato ſupplicio hymnorum recitationem ad finem perduceret. Itaq; uitam inſolentem agens, tandem mortuus eſt in caſtello quodam maritimo: quum inter equitandum aliquid damni accepiſſet, ac per os ſanguinē eijceret. Nam ubi hoc ipſi accidiſſet, totum bienniū cum morbo conflictatus, & aqua intercute correptus, uiuendi ſinem fecit. Erat autē eunuchus, & Rufinianas, ceu memoriæ proditum legimus, condiderat. Subſtitutus fuit in ipſius locum uir omnino uenerandus, nomine Polyeuctus, ſolitariæ uitæ ſectator, & inde uſq; à puero de parentum uoluntate caſtratus. Neq; uerò antiſtes Heracleenſis ipſum, pro more maiorum, inaugurabat: ſed Cæſareæ pontifex Baſilius. Nam præſes Heracleæ Nicephorus quadam in cauſſa imperatorem offenderat, ideoq; manus impone-

Theophylacti patriarchæ prophana ſtudia.

Mors uitæ cōſentanea.

Polyeuctus patriarcha.

Heracleæ antiſtes Polyeuctum nō conſecrat.



Ayuntamiento de Madrid

ponere Polyeucto uetabatur. Hinc factum, ut non tantùm imperator, qui facti huius auctor fuerat, & Baſilius, qui obtemperãs imperatori patriarcham conſecrauerat: ſed etiã is, qui cõſecrabatur, ualde uituperaretur, quòd modo & ratione à ſacrorũ canonũ inſtitutis abhorrenti manuũ impoſitionẽ conſequutus fuiſſet. Quũ aũt Romanus Conſtantini imperatoris filius ætatẽ perfectiorẽ attigiſſet, nec patris imperiũ & adminiſtrationẽ rerũ æquo ferre animo poſſet: conſilium inijt de patre per uenenũ è medio tollendo, quamquã hic conatus ſucceſſu caruit. Nam uenenum, quod exitiũ imperatori allaturũ fuerat, fortuito caſu quodam inuerſum & effuſum, propter exiguitatẽ reliquiarũ imperatorẽ extinguere non potuit. Mortuus eſt aũt imperator, patriarchæ grauiter iratus, ſecumq; cogitans, quo illum pacto remoueret. Paucis antè diebus, quàm uiuendi finem faceret, appetente ueſpera, ſatis longo temporis interuallo ſaxa de ſublimi lapſa, & ingenti cum ſtrepitu in ædes delata, quibus in ædibus ipſe degebat, horrendos & diros ſonos excitabant. Ac tametſi magnã ipſe operã impenderet, obſeruariq; rem iuberet: nõ tamẽ cognoſcere potuit, unde ſaxa illa, & à quo cõijcerentur. Nimirũ hæc ab ira diuina profecta fuiſſe conſentaneũ eſt. Succeſſit in imperio patri filius Romanus, idq; trienniũ obtinuit. Is Ioſepho Præpoſito poteſtatẽ in omnia cõmittẽs, inter homunciones profanos uerſabatur, eosq; iuuabat in maximis flagitijs deſignãdis. Erat clericus quidã, homo caſtratus, qui quòd ipſi propter facinora quædã fœda grauiter Cõſtantinus imperator minatus eſſet, habitu ſolitario ſumto ſeſe clanculũ alicubi abdiderat. Hunc Romanus initio ſui imperij monachicis exutũ ueſtibus, & clericorũ habitu rurſus ornatũ, inter cubicularios ſuos retulit. Tum Polyeu-

*Filius uitæ patris inſidiatur.*

*Mortis imminentis indicium.*

*Romanus Conſtantini F. imp.*

ctus

Ayuntamiento de Madrid

ſtus æmulationis plenus imperatorẽ adigere cepit, ut ab ſe hominem illum abigeret. Imperatore uerò uiciſsim obſiſtente, negantéq; clericum iſtum ſolitariæ uitæ profeſsionem cum uoto amplexũ fuiſſe, ſed tantũ imperatoris metu: Polyeuctus hac cauſſa cognita, miſſum eum fecit. Hic imperator Nicephorum Phocam, qui tum temporis ſcholarum domeſticus erat, multáq; tropæa contra Saracenos orientales ſtatuerat, etiam aduerſus Cretenſes Saracenos cũ copijs ablegauit. Nicephorus multis reb. indicatis, pluribus cõſilio ſuo adminiſtratis, quũ expugnatã inſulã tantùm nõ ſuis in manibus haberet: ulterius in ea ſubigenda domandáq; progreſſurus erat. Verùm quòd obtineret fama, futurũ ut homo Romanus, qui eam occupaſſet, haud dubiè Romanorum imperio potiretur: ſtatim occupatione inſulæ cognita, Ioſepho monente miſit imperator, qui Nicephorum inde reuocarent. Tunc & Leo Phocas, Nicephori frater, ab imperatore uerſus orientem ablegatus eſt. Is tanto cum impetu Saracenos inuaſit ac uexauit, tamq; præclara in ipſos facinora edidit: ut ne uerbis quidem ea ſatis exponi poſsint. Nam orientem propè uniuerſum in poteſtatẽ redegit. quapropter imperator hominẽ deinceps redeuntem ſplendido cum triumpho excepit. Per idem tẽpus uir quidã exſtitit Philoræus nomine, ſtipator Romani Moſelis Magiſtri, à Romano ſeniore prognati. Is ueſte ſtragula in equũ uelociſsimũ iniecta, rectus in ea ſtabat, equo interim totis uiribus currẽte, atq; ita Circũ equeſtrẽ ſurſum deorſumq; obibat. Tũc & peſtis illa deintegrò ſæuire cepit, ac boues extinguere, quæ Craba nũcupatur. Eam perhibent initiũ habuiſſe ſub Romani ſenioris imperio. Quũ enim proximè Boni ciſternã Romanus palatiũ cõderet, in quo ſe ab ardore ſolis æſtiuo refrigeraret, dum fundamen-

Nicephori Phocæ res geſtæ.

Inuidia.

Leonis Phocæ facinora.

Agilitas Philoræi.

Craba boũ peſtis.

Ayuntamiento de Madrid

Effoſsio bouini capitis infauſta.

fundamenta iacerentur, effoſſum ferunt bouis marmorei caput: quod ij, qui repererant, confractum attritumq́; calcariam in fornacem coniecerint. Ex eo tempore in hunc uſq; diem peſtis armenta boum per uniuerſos imperij Romani fines infeſtare numquam deſijt. Nicephorus autem Phocas, uti diximus, ſic Creta iuſſus eſt decedere, ut inde ad imperatoriam urbem redeundi poteſtas ei non fieret: ſed mandatum eſt, ut cum omnibus copijs in Orientē traijceret, propter Apochaudā, qui ſemet ab accepta clade magis ac magis recolligebat. Itaq; Phocas iterum Syriam uerſus ductis copijs, ingenti ſtrage adfectum Apochaudam ſuperauit, magnamq́; prædam ſecum inde abſtulit, pluri- mis etiam Chriſtianis, qui captiui detinebantur, liberatis.

Nicephorus in Apochaudam pergit.

Secundum hæc Romanus imperator naturæ debitū perſoluit, annos XXIIII natus. Succeſſerunt in imperio Baſilius & Conſtantinus Romani FF. & cum matre Theophanone V propemodum menſibus eo potiti ſunt. Phocas autem imperatricis iuſſu Conſtantinopolim hoc tempore ingreſſus eſt: quamquā Ioſephus, qui principem apud imperatores locum obtinebat, ne id fieret, enixè uetabat. In urbem ubi ueniſſet, ad Ioſephum ſe clanculum cōfert, eiq́; ueſtem ex pilis contextā, qua interius indutus erat, oſtendit: ſimulq́; fidem ei certam facit, iamdudum ſe fæces & quiſquilias huius uitæ relicturum fuiſſe, propter amorem ſolitariæ uitæ, ni ſtudium erga imperatores ſibi ab hoc inſtituto reuocato, aliud ſuaſiſſet. Bringas (hoc Ioſepho cognomen erat) ubi Nicephorum hoc modo indutum uidiſſet, ad pedes ipſius prouolutus, numquam ſe cuiquam ipſum accuſanti fidem habiturū dixit. Hac ratione ſaluus inde Phocas digreſſus eſt, moxq́; Ioſephum facti ſui pœnitere cepit, quòd prædam in ipſa delatam retia tam negligenter

Baſilius & Conſtantinus impp.

Phocas Ioſephum decipit.

Ayuntamiento de Madrid

genter amiſiſſet. Quapropter ad Ioannem Zimiſchem Orientis ducem id temporis, hominem animoſum ac rebus gerendis idoneum, poſtq; Phocam inter duces ceteros illuſtriſsimum, & ad alios itidem perſcriptis litteris, futurum indicat, ut ſi diſceſsione à Nicephoro facta, eum loco ſuo deijcerent, uitæq; ſolitariæ raſum addicerent: Zimiſches munus Domeſtici Orientis acciperet, quemq; uellet ipſe, Domeſticum Occidentis conſtitueret. Verùm hi omnes erga Nicephorum beneuolè adfecti, litteras ei Ioſephi commonſtrant, utq; ſe ad defenſionẽ animo forti comparet, hortantur. Hoc modo per Orientis exercitus Phocas imperator renuntiatur, iampridem amore tam imperij, quàm Theophanonis imperatricis potiundæ flagrans. Deinde cum copijs Chryſopolim ſe confert, Chryſopoli uerſus Hebdomum traijcit, & uniuerſo cum populo per auream portã ad Eccleſiam pergit, ibiq; à Polyeucto diademate cingitur. Imperio VI annis præfuit. Initio Theophanonem eiectam è regia ſolum uertere iuſsit, eadem pœna Ioſepho multato: ſimulq; patrẽ ſuum Cæſarem creauit. Deinde larua ſcenaq; depoſita, Theophanonem legitimo ſibi matrimonio copulat, & carnibus rurſum ueſcitur, à quibus abſtinuerat, ex quo Bardas ipſius ex coniuge priore filius, quodam in campo equeſtribus intentus exercitijs, & cũ ſuo conſobrino Pleuſa ludẽs, haſta ictus à nolente, perierat. Peractis nuptijs in nouo ad palatium templo, quum in ſanctuarium eſſet intrandum, manu Phocam tenens Polyeuctus, ut ad ſacros cancellos acceſſerat, ipſe in adytum introijt, repulſoq; imperatore dixit, non intromiſſum iri prius, quàm pœnas progredientum ad ſecundas nuptias luiſſet. Præterea diditus erat paſsim rumor, qui nõ exiguas in eccleſia turbas dedit: unum uidelicet ex

Litteræ Ioſephi ad Zimiſchem.

Nicephorus Phocas imp.

Bardas à ſobrino interficitur caſu.

Nicephori & patriarchæ lites.



Ayuntamiento de Madrid

Theophanonis liberis fuiſſe à Nicephoro de ſacro baptiſmo ſuſceptũ. Atq; hæc ipſa nõ dubitabat amplificare patriarcha. Verùm Cæſar Polyeuctũ tergiuerſantẽ, & res ſacras cũ imperatore cõmunes habere recuſantẽ, de re tota certiorem reddidit. Stylianus quoq; magni Palatij papa princeps, à quo emanaſſe rumor iſte ferebatur ad ocs, iureiurando præſtito confirmabat, nihil eiuſmodi Phocã feciſſe. Polyeuctus ergo, quamquã peierare Stylianum certò ac manifeſtò ſciret, cõpaternitatis imperatori culpam condonauit: & qui antè urgebat, ut ob ſecundas nuptias ei pœna infligeretur, etiã magnum hoc delictum impunitum reliquit. Poſteaquàm ad imperiũ Phocas perueniſſet, expeditionẽ in Syriã inſtituit: quumq; multas urbes euertiſſet, rediÿt inde, ſecũ laterẽ illum ſacrũ adferens, quo cõtinebatur expreſſa formæ Chriſti Dei noſtri pictura, nullius hominis manu elaborata. Eũ Hierapoli repererat, in eius urbis direptione, condenſatũ ex Ioannis Baptiſtæ capillis atq; ſanguine. Quamquã uerò talis uir eſſet Nicephorus, ac tantopere rem Romanã auxiſſet, occupatis amplius C urbibus, & uariÿs Ciliciæ, Syriæ, Phœniceſq; caſtellis, quorum erant maxima & ceteris illuſtriora, Anabarza, Adana, Mamiſta, & quæ Mopſi Veſta nuncupatur, Tarſus, Pagra, Synephium, Chalepus, Laodicea: licet item tributarias feciſſet in Phœnice Tripolim, in Syria Damaſcum: nihilominus uniuerſis mortalibus inuiſus erat, qui quidem exitium ipſius uidendi longè cupidiſsimi erant. Tametſi enim plurima in eo multo præclariſsima elucebant, duo tamen erant uitia potiſsimùm, quæ ipſius famæ labem aſpergerent: nimirum conſuetudo nefanda, legibus uetita cum Theophanone, ac ſordes erga quoſuis, fœdaq; tenacitas. Accidit aliquando, tanta ut in urbe foret annonæ ca-

*Receptæ munitiones à Phoca.*

*Odium ſubditorum in Phocam.*

*Auaricia Phocæ.*

Ayuntamiento de Madrid

*tiæ caritas: ut aureo numo medimnus unus ueniret. Eo co gnito Phocas, miſeriam publicam illiberali ac ſordido re medio ſubleuat. Apertis enim publicis horreis, medimnos duos uno uendi aureo numo iuſsit: qua quidem in re Macedonem illum Baſilium non eſt imitatus. Nam quum is ciues Byzantios lugere cerneret, ſimulq; didiciſſet, eius triſticiæ cauſſam eſſe penuriam annonæ: uno uendi aureo duodecim medimnos præcepit. Qui etiam euenit, ut quũ eo ipſo penuriæ tempore Phocas imperator aliquando militum exercendorum cauſſa in campum progreſſus eſſet, cano cuidam, qui inter milites adſcribi ſe petebat, diceret: ecquid homo canus & ſenio confectus in militiam cuperet allegi. Ad ea ſenex ille aptiſsimè reſpondit, multò ſe nunc ualidiorẽ eſſe, quàm adoleſcens ætate uegeta fuiſſet. Tum imperatore quærente, quónam id pacto uerum eſſet: Quoniam olim, ait, frumento unius aurei pretio coemto duos aſinos onerabam: te autem imperante, quantũ frumenti duobus aureis emitur, humeris ipſe meis geſtare poſſum. Id dicterium ſatis intelligens imperator, nihil omnino motus abijt. Quum eas urbes, quas ſuprà recenſuimus, in poteſtatem redigeret, Antiocheam ſolam cum copijs prætergreſſus intactam reliquit: quum quidem ea potiri ex animi ſententia poſſet. Verùm hoc omnino data fecit opera, rumorem publicè diditum ueritus. Ferebatur enim futurum, ut illa urbe capta, mox imperator è uiuis excederet. Quapropter in ijs locis atque regionibus Michaelo Burza, & Petro quodam eunucho copiarum duce, relictis cum mandato peculiari, ne ullo pacto Antiocheam inuaderent: ad urbem imperatoriam reuerſus fuerat. Burza uerò nomen aliquod ſibi parare cupiens, imperatoris uerba flocci fecit, & urbe omni*

Baſilij Macedonis liberalitas.

Salſè dictũ.

Ab Antiochea Phocas abſtinet.

artis

Ayuntamiento de Madrid

arte oppugnata tamdem eſt potitus. Earum fama rerum ad Phocam perlata, non parum ille indignari, Burzamq́; notatum contumelijs ab officio remouere. Hinc concitata ſunt hominũ in Phocam odia, quibus accedebat & aliud; quòd nimirum crebris exactionibus ſubditos uexabat; nec ulla eos re ſubleuabat. Præterea quæ nonnulli imperatores per inſtrumenta litterasq́; ſacras religioſis templis donari iuſſerãt, ſub hoc prætextu prorſus ijs præcidit, quòd ærarium publicum exhauriretur. Nullus antiſtes citra ipſius auctoritatẽ approbabatur. quòd ſi etiam antiſtites alicubi morerentur, ex ſuis aliquẽ eò mittebat. Legem magno ſtudio ferre conabatur, qua ſtatueretur, omnes in prælijs occumbentes, martyrũ honoribus ornandos eſſe. Ponebat enim animæ ſalutem in alia re nulla, quàm in bello. Verùm hac in parte Synhodus ipſius uoluntati eſt aduerſata, Baſilij magni canone pro ſe citato, qui de occumbentibus in prælijs eſt latus. Idem Phocas urbem quoq; mirificè adfligebat, dum Palatiorum mœnia ſubſtruebat. Id autem propterea faciebat, quòd ea quæ uulgò ferebantur, metueret. Nam oraculo proditum erat, futurum ut in palatio moreretur. Accidit tunc temporis circa tertiam horam diei tantus ſolis defectus, ut ipſa etiam ſidera conſpicerentur. Idm uerò Nicephori conſuetudinem Theophano auerſabatur. Quamobrem iſtuc? quòd caſtam ille uitam ageret, à corporeis amplexibus abſtineret, humi cubaret, eaq́; dormitione delectaretur. Quapropter his marito moribus illi diſplicente, Zimiſchem arceßit, qui domi ſuæ tum temporis degebat. Nam aliquanto ante Phocas propter ſuſpicionem quamdam ei munus Domeſtici Scholarum ademerat. Noctu igitur XI Decembris, indictione XIII, anno mundi IↃↃCIↃCCCCLXXVIII, miſ-

Phocas occũbentes in bellis uult martyres facere.

Eclipſis ſolis.

Theophano his perfidia.

ſis Theo-

Ayuntamiento de Madrid

ſis Theophano ſuis hominibus, Zimiſchem ad portum manu confectum, qui eſt infra palatium, deduci curat, & impoſitum corbi cum uniuerſis, quos ſibi obnoxios habebat, nimirũ Michaelo Burza, Leone Abalante Duce, familiari Zimiſchis Azipotheodoro, & alijs quibuſdam in palatiũ attrahit. Hi Phocam humi cubantẽ inueniunt. Eius pedem ubi Zimiſches pupugiſſet, paullum erectus conſedit: mox Abalantes gladio cranium eius tranſadigit. Inde ipſum ad Zimiſchem in lectulo imperatorio collocatũ adducũt, multisq; contumelijs & conuicijs exagitant, nullum aliud uerbũ proferentẽ, quàm, Domine miſerere: uel, Opitulare Deipera. Tamdem ubi res cubicularijs innotuiſſet, iamq; multos accurrere cernerent latũ opem imperatori: caput ei præcidunt, idq; reſectum defenſoribus per feneſtram oſtendunt. quo facto, hinc inde illi diſsipati aufugerunt: Hoc modo poſt Phocam Zimiſches imperio ſex annos põtitus eſt, participes regni Baſilium & Conſtantinum Romani F F. habens. Arceſsiuit & Baſilium cubiculariũ, tamquã hominẽ planè gerendis rebus natum & idoneũ, quem & Phocas honore Præſidis ornauerat, hoc nomine dignitatis ab eo primum inuento. Poſteaquàm imperium acceſsiſſet, ad magnã eccleſiam ſe contulit: ſed à Polyeucto non eſt admiſſus, qui diceret ſe minimè conceſſurum, ut diuinã ædẽ ingrederetur, ni ea prius faceret, quæ pœnitentiæ conuenirent. Zimiſches illa ſe præſtiturum omnia policetur. Simul indicat, Phocam ab ſe minimè trucidatũ eſſe, ſed Auguſtæ iuſſu Abalantem & Azipotheodorũ ei manus attuliſſe. Quo cognito, patriarcha monet, ut ipſam in exſiliũ abire iubeat. Paret monẽti Zimiſches, neq; tantũ adulteram: uerumetiã interfectores Phocæ mox urbe pelluntur. Præter hæc Zimiſches etiam libellum illum dilacerat, quem

Zimiſches in palatium attrahitur per corbem.

Phocas occiditur.

Ioannes Zimiſches imper.

Polyeuctus Zimiſchem non admittit.

Auguſtæ ac paricidarum pœna.

B Phocas

Ayuntamiento de Madrid

Phocas ad perturbandam eccleſiam conſcribi curauerat. Has ob res à Polyeucto diademate cingitur. Deinde Bulgaris debellatis, ut pro uictoriæ tropæis Deo gratias referret: templum ſupra fornicem Chalces nouum exſtruit. Mandat etiam, ut imago Seruatoris numiſmatis inſculperetur, quod antea factum nõ fuerat. Conſpectus eſt id temporis etiam cometa menſe Auguſto, quem Barbatum appellant, ad ipſum Octobrem uſq; mortem imperatoris denuntians, easq́; calamitates, quæ Romanis imminerent. Quum autem urbium nonnullæ, quas Phocas antea recuperauerat, Romanorum ſe poteſtati, excuſſo iugo, ſubtraxiſſent: imperator ad eas domandas cum copijs exijt, ad Damaſcum uſq; profectus, omnibus partim ſuadendo, partim ui bellica priſtinum ad ſtatum præclarè reuocatis imperatoriam ad urbem reuerſus eſt. In hoc itinere propter * Anabarzum & Podandum tranſiens, quum iſtic poſſeßiones & prædia maximi pretij longeq́; fertiliſsima rerum omnium conſpiceret: homines quos iſtic uicinos offendebat, cuiúsnam illa forent, interrogat. Deinde cognito, Baſilij cubicularij eſſe uniuerſa, partim à Nicephoro Phoca Romanis finibus adiecta, partim ab hoc uel illo Domeſtico, partim ipſiuſmet imperatoris opera: graui dolore correptus eſt, quòd reipublicæ relicta nullius eſſe pretij uideret. Itaq; gemitu ex imo pectore ducto: Proh indignam (ait) rem, comites, publicas inſumi pecunias, Romanos exercitus ærumnas exanclare, imperatores extra fines imperij labores tolerare: quidquid autem tot laboribus atq; moleſtijs adquiratur, in unius eunuchi commodum cedere. Hunc imperatoris ſermonem quidam ad Baſilium detulit, eumq́; contra Zimiſchem ad iram concitauit. Quapropter hominem Baſilius, qui erat impe-

[Margin: Seruatoris Numiſmata.]
[Margin: Cometes.]
[Margin: Zimiſches in orientem proficiſcitur.]
[Margin: *al. Anazarbum.]
[Margin: Occaſio mortis imp.]

Ayuntamiento de Madrid

imperatori à poculis, corrũpit: uenenumq; letale tẽperat, & imperatori propinat, non tamen efficaciſſimũ. Iccirco lento morbo confectus, carbunculis per humeros exortis, magna ſanguinis copia per oculos excreta, uitã cũ morte cõmutauit. Imperium ipſius morte ad Baſiliũ Purpurigenam deuenit, qui ei totos annos L præfuit: tametſi ab initio cuncta Baſilij præſidis arbitratu, propter ætatẽ imperatoris tenerã gererẽtur. Mox & inteſtina bella, quæ con ſpectus antea cometes portenderat, exorta ſunt. Itidẽ ſolis quoq; tãtus accidit defectus, ut ipſa ſidera cõſpicerentur. Scito autẽ, fili, Bulgaris ſtatim à Ioannis imperatoris morte defectionem molitis, quatuor fratribus delatum eſſe in ipſos imperiũ: uidelicet Dauidi, Moſi, Aaroni, & Samuelo. Nec ex eo tempore bellorũ & cædiũ ubiq; locorũ finis fuit. Anno mundi IↃↃCIↃ CCCCLXXXXIV, menſe Octobri, ſuccuſſio terræ ingens extitit, cuius ui complura ædificia tẽplaq; deiecta corruerũt, & inter alia pars ſphæræ magnæ illius Dei eccleſiæ, quã imperator ſtudioſè refecit, quũ in ſolas machinas adſcẽſus, quib. artifices inſiſtentes, ac materiã ſurſum uectã excipiẽtes, collapſam partẽ exædificabãt, centenarios X impendiſſet. Illud etiã animaduertito, eſſe caſtellũ quoddã Bodena dictũ, in prærupto ſitũ ſcopulo, per quẽ ſtagni Oſtrobi aqua inadſpectabiliter ſub terra manabat, & alio in loco rurſus ex imo prodibat. Imperator quũ frequẽter bella Bulgaris intuliſſet, uariè cũ eis manũ conſeruiſſet, tropæa ſtatuiſſet inſignia, quæ uix oratione ſatis exponi poſſunt, Samuelo multoties fracto impatoriã ad urbẽ eſt reuerſus. Edictũ inde promulgat, quo ſancitũ, ut exigẽdas à plebeis hominibus, qui fortunarũ detrimentũ feciſſent, publicas contributiones opulenti ac facultatibus pollentes perſoluerent. Hæc exactio nomi-

Baſilius Romani F. imp.

Eclipſis.

Bulgarorũ defectio.

Terræmotus.

Baſilius contra Bulgaros.

Allelengyõ.



Ayuntamiento de Madrid

nominata eſt Allelengyum, à ſponſione ac fideiuſſione mutua. Quumq; patriarcha Sergius, metropolitani antiſtites, & alij multi religioſis exercitationibus dediti, apud imperatorẽ de onere tam abſurdo tollendo & abolendo intercederent, non tamen eis obtemperare uoluit. Sequuta eſt id temporis hiems ſæuiſſima, qua durante cuncta flumina, ſtagna, ipſumq; adeò mare per glaciem conſtrictum fuit.

Terræmotus.

Præterea menſe Ianuario terræmotus maximè horrendus exſtitit, neq; deſijt ea ſuccuſſio ante VIIII Martij diem: quo die circiter horam decimam tam horribiliter commotum eſt ſolum urbis imperatoriæ uicinarumq; regionum, ut globi ædis Sanctorum XL, itemq; Sanctorum omnium collaberentur: quos imperator mox refici curauit.

Motus Italici.

Hæc autem portendebant eam ſeditionem, quæ in Italia fuit excitata. Quippe coniuncti Longibardis Itali contra Romanos (quo nomine Græci ſunt accipiendi) ſe commouerunt.

Meles dux Baſilij.

Aduerſus eos Meles ab imperatore miſſus, tropæum ſanè ſplendidum uictoria potitus ſtatuit. Interim non deſinebat imperator ſingulis annis in Bulgariam irrumpere, cui quum Samuelus aperta ui ſe non poſſet opponere: foſſis ac ſeptis Bulgarorum fines munire decreuit, quamquam irrito conatu molitiones haſce occiperet. Tandem imperator cum Samuelo prælio congreditur, eumq; Marte aperto uincit, uix ſaluti ſuæ in eo conſulentem, ut fuga Prilapum (caſtelli hoc nomen) euaderet.

XV millia Bulgarorũ excæcata.

Capta erant ab imperatore Bulgarorum ad XV millia, (tot enim fuiſſe perhibentur) quos ubi ſpoliaſſet oculis, & ſingulis centurijs monoculum unum attribui iuſſiſſet, qui uiæ dux ceteris foret: ita deinde ad Samuelum ablegauit. Samuelus ijs conſpectis, tantæ calamitatis magnitudine uictus, animo deficit,

&

Ayuntamiento de Madrid

& uertigine correptus in terrã prolabitur. Mox ij qui aderant, aqua & unguentis ſpiritum ei reuocantes, ut nonnihil ad ſe rediret, effecerunt. Vbi reſpiraſſet, hauſtũ frigidæ poſtulauit, qua epota, cardiogmo correptus eſt, et poſt biduum rebus humanis exceßit. Eius loco regnum apud Chagaros filius ipſius Gabrielus, qui & Romanus dicebatur, obtinuit: uiribus ille quidem ac robore patrem ſuperans, ſed uiciſſim prudentia mentisq; ui multis modis impar. Ita factum, ut Baſilius imperator Bulgarorum imperium in uniuerſum tolleret, alijs eorum cæſis, alijs in poteſtatem redactis, alijs, qui quocumq; tamdẽ modo ſuperſtites remanſerant, uel inuitè ipſi ſe dedentibus. Quin & Achridem ipſam, quo in opido regia Bulgarorum erat, occupauit: indeq; magnas opes, gemmas nimirum & uniones, auriq; centenarios centum abſtulit. Secundum hæc Athenas profectus, quum munera gratiarum actionis ergò Deiperæ uota reddidiſſet, ac illius templum multis iisq; ſplendidis & magnificis donarijs ornaſſet: Conſtantinopolim reuerſus eſt, aureaq; corona redimitus, quæ criſtam & apicem in parte ſuperiore habebat, per Portas magnas ingreſſus triumphum egit, præcedente Maria Vladislaui uxore, cum Samueli filiabus, reliquisq; Bulgaris. Hoc modo cum uictoriæ ſignis in eccleſiam delatum obnixè patriarcha Sergius obſecrabat, ut tributum illud, quod allelengyum dicebatur, aboleret. Nam id ſe facturum promiſerat, ſi Bulgaros ſuperaſſet. Verùm ea res fruſtra fuit, imperatore ut id faceret, perſuaderi ſibi non ferente. His rebus geſtis, etiam cogitabat in Siciliam Baſilius expeditionem ſuſcipere, quo in conatu fuit impeditus. Quippe repentino correptus morbo uiuendi finem fecit, in templo Ioannis Theologi, quod

Samueli Bulgari mors.

Regni Bulgarorũ exitus.

Baſilij triumphus.



Ayuntamiento de Madrid

eſt iuxta Hebdomum, ſepultus. Alexium ſolitarium è manſione Studiana translatum in ſolium patriarchæ collocauit. Nam ille cum uenerabili capite Præcurſoris imperatorem decumbentem inuiſerat, qui eodem conſiliario in adminiſtranda republica uti conſueuerat. Poſt Baſilij mortem uniuerſa imperij poteſtas ad ſucceſſorem & fratrem ipſius Conſtantinum delata fuit, qui biennium rebus præfuit. Baſilij fratris exemplo nequaquam imperium ornauit, homo ſaltatriculis & ludionibus deditus. Præterea ludis equeſtribus, ut mortalium alius nemo, perpetuùm occupatus, omnem de republica ſollicitudinem atque curam flocci pendebat. Si quos homines alicuius pretij reperiebat, eos ſtatu ſuo deiectos excæcabat: illorumq; loco magiſtratus alijs planè ſtolidis ridiculíſque mandabat. Neque pauperum modò fortunas, ſed etiam locupletum attriuit. Nam triennio, quo tempus imperij eius continetur, quinquies à ſubditis exactiones poſtulauit: quarum duas frater ipſius anteà ſubiectis condonauerat. Secundum hæc morbo ſubito correptus, quem ſucceſſorem imperij relinqueret, ſecum ipſe deliberare cepit. Quumq; de nonnullis accepiſſet, omnino futurum, ut poſt ipſum Romanus imperio potiretur, qui eſſet ordinis Senatorij, & Argyropuli cognomentum haberet: neceſſitate quadam urgente uirum arceſſi iubet, optionemq; uel inuito dat, ut aut legitima cum uxore diuortio facto filiam imperatoris matrimonio ſibi iungeret, ac imperator hoc pacto renuntiaretur: aut oculos per excæcationem amitteret. Quum in utramq; partem Romanus animi dubius & anxius hæreret, uxor ipſius uerita, ne quid crudele uiro accideret: ſponte ſua mundanos capillos deponit, eaq; ratione marito non oculos ſolùm conſeruauit: ue-

Conſtantinus Romani F. imp.

Romanus Argyropulus fit imp.

Mulieris uirtus.



Ayuntamiento de Madrid

rumetiam imperium eſt largita. Conſtantinus autem imperator tres quum filias haberet, prima quidem tonſo capillo ſe mundo abdicauerat: tertia uerò Argyropuli nuptias aſpernabatur. Quapropter alteri iungitur, cui Zoe nomen erat: eoq; facto imperator deſignatur. Obtinuit imperium annis V. Fuerunt eius initia præclara & laudabilia. Nam magnæ Dei eccleſia ſanciuit in annos ſingulos dari debere de theſauris imperatorijs auri libras LXXX. Allelengyo quoq; ſublato & abolito, præſidia deminuit, aliaq; talia non pauca præſtitit. Die menſis Octobris XXXI ſideris cuiuſdam ab occaſu uerſus orientem pergentis conſpecta eſt diffuſio, prorſus illo ipſo die, quo Romanus exercitus cladem non exiguam accepit, duce Michaelo Spondyle, magnæ illius Antiocheæ præfecto. Preterea largi terram imbres diluuio quodam operuerunt, qui ad Martium uſque menſem perdurarunt: amnibus paßim extra ſuas ripas effuſis, & concauis locis per aquas reſtagnantes ſic obrutis, ut omnia propemodum animalia cum fructibus terræ creditis perirent. Vnde proximo anno fames grauis eſt conſequuta, ſimulq; Romano (ceu dictum eſt) exercitui aduerſus ille caſus in Syria contigit. Eodem tempore prodigium quoddam in ſolo Thracenſium accidit, propter radices Cuzinæ montis, ubi fons eſt aquæ limpidæ ac pellucidæ. Iuxta hunc fontem uox quædam miſerabilis exaudiebatur, eiulatitibus & lamentis permiſta, quæ Væ ſæpius repeteret, ac ploratum ederet lamentationi muliebri conſimilem. Neque ſemel hoc, aut iterum accidit, ſed continuos dies & noctes à Martio menſe ad Iunium uſque durauit. Quumq; nonnulli ſpeculatum acceßiſſent eum locum, unde uox edebatur: aliò eiulatus iſti migrarunt.

Initio Romanus ſe rectè geſsit.

Portentum.

Diluuium.

Aliud prodigium.



Ayuntamiento de Madrid

Significabat autem, ceu credi par eſt, portentum hoc cladem Romanorum in Cœleſyria nõ ita pridem acceptam. Etenim Nicephorus imperator urbes Syriæ Phœniciæq; plurimas imperio Romano recuperauerat, & ab eo parta ſucceſſor ipſius Ioannes Zimiſches confirmarat, imperio Damaſcum uſq; prolatato. Baſilius autem, qui poſt utrumq; potitus eſt imperio, partim à bellis inteſtinis impeditus, partim uexandis Bulgaris occupatus, res orientis nullo modo rectè munire poterat: ſed quaſi per imaginationem ſolam eò traiecerat animum, moxq; ſuo ab inſtituto reſilierat, ſtudio tantùm uno eoq; perpetuo intentus, ut Bulgarorum nationem ſub iugum mitteret. Hoc modo metu ſoluti prorſus orientales, quibus uijs libertatem priſtinam recuperarent, ſecum ipſi diſpiciebant. Atq; hanc defectionem ſub Baſilio quidem illi moliebantur, licet occultè rem tractarent: uerùm Cõſtantino rempublicam negligenter adminiſtrante, Saraceni nemine prohibente citra metum omnem urbium præſidia oppugnabant, & longè lateq; cuncta percurrendo populabantur. Hoc ergo res in ſtatu quum forent, Romanus imperator aduerſus Saracenos copias educit, quumq; iam Philomilium uſq; perueniſſet: legati Berrhœa miſſi acceſſerunt, qui peterent, ut eorum miſereretur, paratorum ad ſubeundam ſeruitutem priſtinam, tributaq; pendenda. Verùm Romanus, quòd nobile facinus aliquod in hac contra Syriam expeditione ſuperiorum imperatorum exemplo cogitaret edere: non admiſſis legatis, aduerſus eos rectà perrexit, quum quidem ſecum nequaquam expendiſſet aquæ illis in locis penuriam, quodq; Saraceni propemodum æſtiuo tempore minus inhiberi ſe patiantur, corporibus utentes ad perferendos calores adſuefactis. Itaq;

Vrbes Syriæ à Romanis deficiunt.

Expeditio contra Saracenos.

Arrogantia Romani.

manus

Ayuntamiento de Madrid

manus cum eis conſerit, tantaq; ſtrage cæditur imperator, quanta uix dicendo poßit exponi. Accepta clade Antiocheam reuertitur, exercitu grauiter ex inteſtinorum morbo laborante, ac ſiti miſerè uexato. Nec his contenti Saraceni, Romanos iterum aggrediũtur, tantaq; cæde graſſantur in eos, uix ut imperator ipſe ſaluus euaderet. Secũdum hæc Romanus emtam Triacontaphylli domũ in monaſterium, cui à Deipera nomen inditum, commutauit: atque ſub hoc prætextu non parum ſubditos adflixit & uexauit, materiem conuehere coactos. Præterea columnarũ magnæ eccleſiæ ac Blachernarum capita ſplendidè argento & auro exornauit. Venit ad imperatorem Romanum magnis cum muneribus etiã Amer Chalepitæ filius, pacẽ renouari petens, ſimulq; priſtinorum tributorum perſolutionem promittens. Eius rei conficiundæ cauſſa Theophylactus protoſpatharius eſt ablegatus, Athenienſis patria, qui fœdus ictum confirmauit. Eodem tempore circa ſecundam noctis horam traiectio ſideris à meridie uerſus ſeptemtriones accidit, quo tellus uniuerſa fuit colluſtrata. Neque magno temporis interiecto ſpatio, quæ Romanis calamitates aduerſæq; res contigiſſent, imperatori nuntiatum fuit. Arabes enim Meſopotamiam depopulati ſunt, ad ipſam uſque Melitenam: & Pazinacæ traiecto Iſtro, Myſiam inclementer omnino tractarunt. Allata quoque tunc eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti epiſtola, manu ipſiuſmet ſcripta, & ad Augarum loci cuiuſdam Dominum miſſa. Erat autẽ imperator hic inprimis omnium bonorũ operũ ſtudioſus. Aedificia pauperib. alẽdis deſtinata, quæ à terræmotu ſuccuſſa, grauiterq; læſa fuerant, prorſus inſtaurauit. Tamdem morbo lento corripitur, quo durante capilli capitis eius & barbæ defluxerunt: petitus, uti quidem

Clades Romanorum.

Saraceni Romanis tributarij.



Ayuntamiento de Madrid

dem ferebatur, ueneno ab Ioanne, qui tum pupillorum alumni munere fungebatur. Nam Ioannes ille quia prius etiam, quàm Romanus imperio potiretur, miniſter ipſius fuerat: magnam apud eum potẽtiam & auctoritatem habebat, ex quo imperare ceperat. Erant illi fratres aliquot, nimirum Michaelus, Nicetas, Conſtantinus, & Georgius. Ex iis Conſtantinus ac Georgius itidem, ut & Ioannes, caſtrati: circulatoriam artem exercebant. Sed deinceps omnes in familiaritatem imperatoris opera Ioannis fratris peruenerunt. Quum autem Zoe uideret Romanum ſe pro homine caſto gerere, moleſtè ſtudium hoc illius, inſtitutumq; ferens, ut quæ carneis pruritibus incaleſceret: in Michaelum Ioannis fratrem, de quo diximus, non ſine amoris adfectione oculos conijcere cepit, quòd eſſet is facie uenuſtiſſima præditus. Quumq; clandeſtinam cum eo conſuetudinem habuiſſet, operam dedit ut imperator è medio tolleretur: in hoc ſolùm intenta, ut Michaelum ad imperatoriam dignitatem eueheret. Romanus uenenis lentum exitium adferentibus confectus, ubi diuturno tempore in lectulo decubuiſſet: toto pectore nihil expetebat aliud, quàm ut hac uita fungeretur. Denique magna quinta feria diſtributis in patres conſcriptos muneribus, quas rogas uocant, quum magni Palatij balneum lauandi cauſſa ingreſſus fuiſſet: à Michaeli ſocijs in balnei labro miſerabiliter ſuffocatur. Eadem nocte Alexius patriarcha Romani imperatoris nomine in regiam arceſſitur, quam ingreſſus, imperatorem extinctum inuenit: Zoe uerò imperatrix in aureo triclinio ſedens, Michaelum producit, & patriarcham adigit, ut eum ſibi maritum ſacris precibus conceptis iungeret. Patriarcha rei nouitate perculſus, ſacras ne preces illas eis impertiretur,

Ioannis fratres.

Zoe mulier ſalax marito inſidiatur.

Romani mors.

Ayuntamiento de Madrid

tur, non abs re dubitabat. Quapropter Ioannes & Zoe L. libris auri patriarchæ, totidemque clero donatis, perſuaſerunt homini, ut matrimonium ipſorum conſecraret. Romanus in dedicata ab ſe Spectatiſſimæ eccleſia ſepelitur. Eius loco Michaelus imperare cepit cum coniuge Zoe, quæ quum ſe Michaelo mancipij loco ſperaret uſuram: inſtituto ac ſpe ſua fruſtrata eſt. Ioannes enim Michaeli frater, uir induſtrius & rerum gerendarum peritus, qui fratris incolumitati metueret, omnes Zoæ cubicularios, unà cum ancillis ipſi maximè familiaribus, ab ea remouit: ne minimum quidem aliquid, citra uoluntatem & arbitrium ſuum, ab ea geri permittens. Idem ſubditorum animos uarijs modis blandè tractãdo fratri conciliabat, & omnium adminiſtrationem in ſe ſuſcipiebat. Non tamen ea, quæ in Romanum commiſſa fuerant, grata Deo fuiſſe: de ipſis initijs imperij Michaeli certis argumentis colligi poterat. Nam hora XI ſacroſanctæ magnæ Dominicæ, grandine tam intolerabili pluit, ut non arbores tantùm frugiferæ ſterileſq; confringerentur: ſed domus etiam cum templis deiectæ corruerent. Præterea ſideris traiectio, Dominica poſt Paſchatis feſtum, hora tertia noctis accidit: quum quidem id ſidus amplitudine fulgoris ſui cunctorum aliorum ſiderum luminibus officeret, ac ſol ipſe oriri uideretur. Itidem imperator malo correptus eſt genio, quam rem familiares ipſius honeſtiore uocabulo tegentes, inſaniam quamdam animi uocabant. Neq; malum hoc ipſum ante finem uitæ miſſum fecit. Accidit eo imperante Thracenſium in finibus huiuſmodi quiddam. Diſperſis per illam regionem in hiberna Barangis, fortè quidam mulierẽ indigenam in ſolitudine nactus, ei ſtuprum inferre conatus eſt. Ea uerò

Patriarcha donis corrumpitur.

Michaelus Paphlago imp.

Iræ diuinæ argumenta.

Pudicitiam ſuam mulier quædã egregiè tuetur.

ipſiuſmet

Ayuntamiento de Madrid

ipſiuſmet acinace correpto, in cor Barangum ferit, ac ſtatim interficit. Quod factum ubi per uiciniam innotuiſſet, coiuere Barangi ceteri, mulieriq; coronatæ facultates illius omnes, qui pudicitiæ ipſius adferre uim uoluerat, donarunt: cadauere militis citra ſepulturæ honorem abiecto. Tunc & Hieroſolyma terræmotu miſerè adflicta fuit, quòd in ipſis templorum ædiumq; ruinis ingens hominũ multitudo opprimeretur, terra diem ad quadrageſimum uſque ſuccuſſa. Anno mundi I϶϶ CI϶ I϶ XLIII, indictione tertia, columna ignea uerſus ortum cõſpecta eſt, uertice ad meridiem inclinante: quo ipſo die Saraceni Myra ceperunt, aliæq; nonnullæ calamitates Romanis acciderunt. Ceterùm Michaelus imperator delictum in Romanum ſuum per omnem uitam deplorare non deſinebat, ac Deum bonis operibus, monaſterijs condendis, benignitate in egentes placabat. Ea uerò profuiſſent illi, ſi quidem abieciſſet imperium, cuius gratia molitus ea facinora fuerat: & adultera repudiata, priuatus peccatum ſuum deplo-raſſet. Nunc ille nihil horum agens, ſed Zoæ conſuetudine utens, imperium mordicus retinens, de publicis bonis in ſpeciem beneficia quædam præſtans, eoq; pacto ueniam ſe conſequuturum ſperans: numen diuinum & mentis expers, & iniuſtum eſſe putabat, quod alienis opibus redimi pœnitentiam pateretur. Eodem tempore terræmotum in Bucellarijs hiatus ſubſequuti ſunt, quibus integræ quinque uillæ ſunt abſorptæ. Parum etiam abfuit, quin eo Nicephorus præſes, imperatoris Conſtantini eunuchus, illis in locis degens, periret. Verùm præter ſpem euitato periculo, raſus uitæ ſolitariæ ſe dedit. Quum autem magna quoque ſiccitas incidiſſet, ac totis ſex menſibus non pluiſſet: ſupplicatum eſt à fratribus imperatoris, Ioanne ſacrũ mantile, magno Domeſtico ſcriptam ad Augarum Chriſti

Terræmotus.

Michaeli pœnitentia.

Terræmotus.

Siccitas.



Ayuntamiento de Madrid

epiſtolam, ſacraſq; cunarum faſcias, geſtantibus: pediteſq; à magno palatio uſque ad Blachernas proceſſerunt. Sed tantum abfuit, ut plueret: ut etiam ingens grando delata uehementi cum impetu, tam arbores, quàm tegulas urbis comminueret. Michaelus ubi malo à genio peius indies exagitaretur, in quaſuis regiones & inſulas presbyteris quidem ſingulis numos aureos binos: monachis uerò unum miſit, licet irrito ſtudio, quòd malum augeſceret, ac morbus aquæ intercutis accederet. Quamobrem Theſſalonicam profectus imperator, ibidem degebat, & ad egregij martyris uictoriſq; certaminum Demetrij ſepulcrum adſiduò uerſabatur, ut eo malo liberaretur. Quippe de mundanis rebus omnino ſollicitus non erat, quòd eas Ioannes ipſius frater adminiſtraret. Interea continuò Deus orbem uniuerſum quaſſabat, quem alia quoque terriculamenta formidoloſum reddebant: in cælo, cometarum exortus: in aere, uenti & impetuoſæ pluuiæ: in terra, ſuccuſſiones grauesq; commotiones: quæ omnia portendebant, non multo pòſt eorum finem appetiturum, qui tum rerum potiebantur. Imperatoris quidem frater Ioannes magiſtratus uenales habebat, & malis infinitis orbem terrarum implebat. Nam ipſius quoq; culpa factum eſt, ut Bulgari à Romanis deficerent: quippe Baſilius imperator ſpecies quaſdam fructuum à Bulgaris exigi debere tributi nomine uoluerat, quem morem & Samuelus ipſorum rex obſeruauerat: Ioannes autem hac exactione in aurum commutata, Bulgaris occaſionem defectionis præbuit. Tamdem Michaelo uita functo, tamquam hereditario iure uniuerſa poteſtas ad Zoen imperatricem redijt. Ea uerò quum deliberatione ſecum habita, non poſſe ſe ſolam adminiſtrare rempublicam animad-

Portenta uaria.

Ayuntamiento de Madrid

animaduerteret: imperatoris Michaeli cognominē & ſo-
Michaelus Calaphates imp.
roris filiū, qui Cæſar deſignatus erat, et induſtrius aptusq́;
rebus gerendis eſſe uidebatur, adoptatum ſibi adiungit,
ac filium imperatoremq́; renuntiari curat. Præfuit rebus
menſes ad quatuor. Prius, quàm imperio potiretur, Zoe
ſacramentis eum obſtrinxit, ut policeretur, ſe loco Domi-
næ ac matris eam habiturum, nec ulla re futurum impedi-
mento, quo minus illa quæ uellet, quoq́; pacto collibitum
eſſet, omnia gereret. Præterea Ioannem pupillorum alu-
mnū ab adminiſtratione mox ab initio remouit, Conſtan-
tino quoq; Domeſtico Scholarum magiſtratu abrogato.
Michaelus ea ipſa, qua diademate cingebatur, hora ocu-
lorum caligatione ac uertigine correptus, parum abfuit,
quin collaberetur, uixq́; tamdem unguentis & aroma-
tibus refectus eſt. Corona potitus, mox largitionibus ſibi
Senatum conciliat. Qumq́; Conſtantinum Domeſticum
ab exſilio reuocaſſet, ſeq́; iam in tuto conſiſtere putaret,
ſubitò corruit. Perſuaſus enim Ioannis pupillorum alu-
mni litteris, & Domeſtici cōſilijs, qui dicerent fidem im-
peratrici non habendam, ne uſuuenirent eadem ipſi, quæ
Mala Michaeli conſilia.
Michaelus & Romanus perpeſſi fuiſſent, quos illa uene-
ficijs ſuſtuliſſet: excitari ſe contra illam paſſus eſt, ut
eius uitæ inſidiaretur. Qumq́; populi quoque tenta-
re uellet animos, ut cognoſceret, an illius aliqua foret in
ſe beneuolentia; qua perſpecta ſtruere pergeret inſidias:
proceſſum publicum inſtitui iubet, in quo quum eam in
omnibus alacritatem cerneret, ut ſi fieri poſſet, etiam
animas ac uitam pro ipſius honore dignitateq́; profunde-
rent, ad moliendas inſidias ſeſe comparat. Itaque noctu
ſolio deiectam, Principum ablegat, ubi exſularet: impe-
rato deportantibus, ut capillos ei raderent, & eoſdem
ad ſe

Ayuntamiento de Madrid

ad ſe deferrent. His ita geſtis, præfectus urbis actorum relationem ad populum de ſcripto nomine imperatoris in Conſtantini foro uerbis huiuſmodi recitat: Zoen, quòd eam imperio meo malitioſè inſidiatam eſſe depræhenderem, ſolum uertere iuſsi. Vos, ſiquidem in beneuolentia erga me perſtiteritis, honores conſequemini. Tum uerò uox quædam huiuſmodi ſubitò exaudita eſt: Nos proculcatorem crucis Calaphatam imperatorem habere noluimus, ſed Zoen matrem noſtram, & imperij heredem. Clamatum etiam inter alia: Euertantur oſſa Calaphatæ. Mox correptis ſaxis & quibuſuis lignis, præfectum urbis petunt: qui arrepta fuga, uix ſaluti ſuæ conſulere potuit. Inde occupato templo, conuicijs populus imperatorem grauiſsimis proſcindebat, totoq; animi ſtudio Zoæ nomen inclamabat. Vtq; deturbarent imperatorem, ad palatium contendebant. Is uerò metu perculſus, Zoen in populi conſpectum adductam, & monaſtico habitu exutam, imperatorio rurſus amictu exornauit. Deinde ad populum concione habita, quum nihil obtinuiſſet: (magis enim, quàm antea, contumelioſis eum dictis aſpergebant, & ſaxis ſagittiſq; petebant) in Studij manſionem cedendum ſtatuit. At uerò Conſtantinus ſcholarum Domeſticus id eum facere non ſinebat, ſed hortabatur, ut animo forti & generoſo ſemet opponeret, ac uel obtinendam eſſe uictoriam ſtatueret, uel imperatoriè occumbendum. Hoc modo pro uiribus utrinq; inſtructi, tripertitis agminibus tam populares, quàm Michaeli defenſores, contra ſe inuicem tendebant. Itaq; de populo numerus haud exiguus cæſus eſt, nimirū ad CIↃ CIↃ CIↃ: quòd inermes ipſi, armatis opponerentur. Ad extremum tamen ciues ob multitudinem ſuperiores facti, palatiumq; perfractis

fori.bus

Ayuntamiento de Madrid

ſoribus ingreßi ſunt. Qumq; mox aurum in Secretis rēpoſitū diripuiſſent, aduerſus imperatorem perrexerunt: qui rebus omnino deſperatis, ad Studij manſionem fugā ſe contulit, & cum auunculo ſuo raſus eſt. Ita rurſus imperatrix Zoe cum ſorore Theodora præficitur, quæ ubi populo gratias initio egiſſet eius beneuolentiæ nomine, quā erga ſe declaraſſent: continuò Michaelum inquiri debere uiſum fuit. Populo aūt uoces huiuſmodi magnis clamoribus ingeminante: In crucem agatur, oculis ſpolietur: Zoe quidem miſeratione commoueri erga ipſum uidebatur, Theodora uerò præfectum urbis ac uulgus hominum concitabat, ut ad quærendū utrūq; curſim pergerent. Eos illi quum adeſſe perſentiſcerent, in adyta templi confugêre, ſed irrito conatu. Nam inde abrepti, pedibusq; per forum tracti, iuſſu Theodoræ in loco, qui Sigma dicitur, excæcati ſunt. Ab eo tempore cum germana ſorore Theodora, Zoe propemodum uno menſe rempublicam & Senatum adminiſtrabat magna cum laude: quum efficeret, ut more priſtino abolito, magiſtratus ubique ſine pretio concederentur, qui uænales antea fuerant. Hinc deliberatum, quo pacto Zoe cuidam matrimonio legitimo iungeretur, qui per id coniugium ad culmen imperatorium perueniret. Cogitabat autem illa Conſtantino nubere, qui Artoclines uocabatur. Erat enim is formæ uenuſtate præſtans, & cum Zoe clanculum conſueſcere perhibebatur. Sed Conſtantinum uxor legitima ueneno propinato de medio ſuſtulit, non quòd maritum odiſſet: ſed quòd eius conſuetudine ſe deinceps carituram uideret. Hoc ubi accidiſſet, Monomachum imperatrix ab exſilio reuocat, quem Ioannes Orphanotrophus exſilio multauerat, & Mitylenæ ſe continere iuſſerat.

Exitium Michaeli.

Artoclines ab uxore necatur.

Monomachus fit imperator.

Ayuntamiento de Madrid

iuſſerat. Nam uulgò rumor diditus fuerat, futurum ut aliquando ille imperaret. Id Scylitzes de Monomacho memoriæ prodidit. Ab alijs hoc quoq; perſcriptum eſt, ſummotis à gubernatione, qui rerum antea potiebantur, imperatricem è Lesbo Monomachum arceſsiuiſſe, relegatum eò iuſſu Michaeli, quòd cum imperatrice rem habere diceretur. Et quamquam prius à periculo amittendi oculos parum abfuerat, tamen nunc reuocatus matrimonio Zoæ legitimo copulatur, ſacras preces ac uota concipiente nouæ Romæ presbyterorum principe, anno mundi IↃↃ CIↃ IↃ L. Exordiū imperij præclarum edidit, quod annis duodecim adminiſtrauit. Rerum quidem bellicarum prorſus ignarum fuiſſe perhibent; ſed tam liberalem; ut omnes benignitatis ipſius fructum perciperent. Conſpectus eſt id temporis cometa, qui ab oriente uerſus occidentem motu ſuo ferebatur, totoq; menſe lucebat, altero poſt initum à Monomacho imperium anno. Portendebat autē calamitates illas mundi, quæ tunc imminebāt. Quippe non ita multò pòſt in Seruia ſeditio concitata fuit; cuius compeſcendæ gratia litteras imperator ad Dyrrachij præſidem dedit. Iis acceptis ille militum ad ſexaginta millia cogit, & cum illis Triballorum regionem ingreſſus, Seruiosq; parum prudenter adortus, quadraginta hominum millia cum ſeptem ducibus amittit. Præterea Georgius Maniaces, qui degebat in Italia, miſſus eò iampridē ab imperatore Baſilio, defectionem molitus eſt: ac ſumtis inſignibus imperij, ad Seruios ſeſe contulit. His rebus cognitis, imperator, qui litteris ad Maniacem perſcriptis, ab inſtituto non poſſet hominem auertere, ualidam manū aduerſus eum miſit. Etenim imperator podagræ morbo præpeditus, & lecto adfixus, rebus hiſce gerēdis ipſe

Cometes.

Seditio Seruiana; & clades Romana.

Maniacis tumultus.



Ayuntamiento de Madrid

*met adeſſe non poterat: Conſerto autem ad Strobum præ lio, Maniaces ex equo ſubito lapſus eſt, & qui antea copias hoſtiles peruaſerat, capite truncatus: quod imperatori quum miſſum fuiſſet, magnus eo nuntio triumphus inſtitutus eſt. Itidem Theophilus Eroticus, prætor Cypri, quum ea didiciſſet, quæ Calaphatæ acciderant, resq́; Conſtantinopoli non parum habere turbarum cognouiſſet: ad ſeditionem Cyprios, defectionemq́; ſollicitando perpulit. Aduerſus eum miſſo imperator exercitu, uiuum hominem cepit, & ſub triumphi ſpecie in Circo ductum, muliebri amictu indutum, omnibus denique facultatibus nudatum, dimiſit. Hoc tempore Alexius patriarcha naturæ debitum perſoluit, in cuius locum Michaelus cognomento Cerularius, ſolitariæ uitæ ſectator, eſt ſubſtitutus. Sub eodem imperatore Scythæ quoque, qui Roßi ſunt, de perexigua ſanè occaſione magna claſſe urbem imperatoriam adorti ſunt. Eis imperator in Foro quum occurriſſet, in fugam coniecti Roßi, ſuam in patriam reuerterunt. Etenim in conflictu eorum cum Romanis, naues fractas haud paucas, unà cum quindecim ferè millibus hominum amiſerant. Idem tamen incommodi Romanis etiam triremibus, numero uigintiquatuor, in ſinu quodã maris accidit, dum nauigia Roſſorum incautius perſequerentur. Anno mundi I϶϶ CI϶ I϶LII, ad diem ſeptimum eid. Mart. imperator ſuo quodam conſilio ſupplicationis cauſſa ire decreuit ad ſanctorum quadraginta martyrum ædem. Eo nomine publica proceßione inſtituta, quum ad Chriſti templum, quod eſt in Chalce, perueniſſet: populus ſeditionem concitare cepit, audita q́; uox eſt de media plebe, quæ huiuſmodi uerba proferret: Nos Sclerænam imperatricem non tolerabimus, neque*

Erotici ſeditio.

Roſſorũ motus.

Seditio populi.



Ayuntamiento de Madrid

matres noſtras purpurigenas, Zoen ac Theodoram, eius cauſſa necari patiemur. Hoc modo tumultu in plebe maximo concitato, ad necem imperator depoſcebatur. Et ſequuta ſanè mox fuiſſet hominum cædes haud exigua, ni de loco ſublimi proſpectaſſent imperatrices, ac multitudinis iracundiam blandè compeſcuiſſent. Hoc modo factum, ut præter animi ſententiam & inuitus imperator in regiam reuerteretur. Secundum hæc eum quædam aliæ curæ mundanæ excipiunt, atque inter motus & ſeditiones ceteras in Oriente coortas, Leo quoq; Tornicius, dignitate patricius, Iberiæq; prætor, tyrannidis adfectatæ crimen ſubijt. Quapropter magiſtratu locóque ſuo motus, raditur. Eam rem Leo parum æquo animo ferens, militibus Adrianopolitanis, præſertim ijs, qui ab imperatore contemtim habiti fuerant, alijsq; nonnullis, qui rerum nouarum erant auidi, magno numero collectis: imperator renuntiatur, & mox ſuis cum copijs urbem imperatoriam uerſus properat. Ei quum imperator opponere non poſſet exercitum, quem ſatis magnum non habebat, nec ciuibus urbanis fideret, quos animo erga ſe parum beneuolo eſſe noſſet: litteris ad Conſtantinum, quem rebus in Iberia gerendis præfecerat, datis imperat, ut relictis rebus omnibus, quas iſtic in manibus habebat, quanto cum exercitu poſſet maximo, Conſtantinopolin ſeſe conferret. Atque hoc quidem ille fecit, uerùm prius, quàm copiæ ad urbem acceßiſſent: non parum Tornicius turbarum dedit, tantopere concluſos in urbe de caſtris ſuis oppugnans, ut imperator ipſe propemodum ſagitta configeretur. Deinceps Arcadiopolim Tornicius cum ſuis eſt profectus, nec magno temporis interiecto ſpatio exercitus

Leonis Tornicij ſeditio.



Ayuntamiento de Madrid

Orientales adfuerunt. Eis Iaſita dux cum imperio præficitur, qui aduerſus auctorem defectionis mouens, ſuam illum in poteſtatem redigit. Hoc facto, mox Leoni & Batatzæ cuidam oculi eruuntur, reliquorum bona publicantur. Ab eo tempore non deſierunt in oriente Turci, ad occidentem Patzinacæ prædas agere, ac Romanos bello petere. Tunc & Romanus Boilus ſublimē ad dignitatis gradum ſubitò fuit euectus. Nam quum feſtiuus & urbanus eſſet, in noticiam imperatoris peruenit, & ab eo in pretio habitus, conſiliarijs accenſetur. Hinc tyrannidem adfectans, cautè adiungit ſibi, quoſcunq; poterat. Sed his conatibus imperatori detectis, ſocij quidem coniurationis malè accepti ſunt: ipſe uerò exiguum ad tempus nonnihil ſtatu ſuo deturbatus, ad altiora rurſum redijt. Hoc tempore princeps Aegypti elephantum & camelópardalim ad imperatorem miſit. Conatus eſt etiam Monomachus Patzinacas prorſus è medio tollere. Quapropter copias undecumq; contractas aduerſus illos miſit. Verùm ingenti à barbaris clade accepta, rurſus alium imperator exercitū collegit. Non tamē ad pugnam uentum, ſed ictum utrimq; fœdus in annos XXX, quibus à bello abſtineretur. Quū autem monaſterium imperator, quod Mangana uocant, exſtrueret, & abſque ulla parſimonia pecunias publicas expenderet: tantam ad egeſtatem peruénit, ut nullam non cauponandi rationem excogitaret, & exactiones abſurdas inquireret. Itaq; nonnullos homines iniuſtos ærario reipublicæ præfecit, qui curam eius gererent: eoq; pacto pecunias iniquis reddituum acceſsionibus amplas congeſſit. Præterea copijs Ibericis, quæ I϶϶϶ hominum conſtabant, exauctoratis: militum loco de regionibus illis magna uectigalia collegit. Milites ubi dimiſsi fuiſſent, improbè ne-

Turcorum prædatiōes.

De Romano Boilo.

Clades à Patzinacis accepta.

Monomachus ad auariciam exorbitat.

Ayuntamiento de Madrid

bè nequiterq́; ſeſe gerentes, rem Romanã tanto detrimento adfecerunt, ut eæ peſſum irent. Quædam tamen à Monomacho facta ſunt, digna quæ litterarum monumẽtis memoriæ prodantur. Nam illud, de quo diximus, monaſterium, & excipiendis hoſpitibus exſtructæ ædes, & quod in magna Dei eccleſia inſtituit, laudem merentur. Quum enim iſtic res ſacra peragi propter inopiam redituum non poſſet, extra quàm ſingulis ſabbatis, diebus dominicis, alijsq́; feſtis inſignibus: imperator hoc animaduerſo, prouentibus certis conſtitutis effecit, ut ſacrum ibi ſingulis diebus perficeretur, ipſa etiam eccleſia ſplendidis donarijs exornata. Exſtitit hoc ipſo Monomacho imperante tanta in urbe peſtis, ut mortuis efferendis uiui non ſufficerent. Grando quoq; delapſa magno cum impetu non animalia modò, ſed homines etiam interfecit. At imperator morbo ſibi familiari, podagra nimirum adflictus, in exſtructo ab ſe monaſterio decumbebat. Quumq́; propter malum aliud quoq; mors appeteret, Logotheta cum Protonotario & Caniclei præfecto re deliberata, qui Nicephorum Primatem arceſſerent, mittit. Is Bulgaris cum imperio poteſtateq́; præerat. Verùm famuli Theodoræ de hoc certiores facti, (nam Zoë iampridem uita functa fuerat) eam in Palatium deductam, imperatricem renunciarunt: miſſisq́; certis hominibus, Primatem Theſſalonicæ interceptum abduci Thraceſium curant, & in Cuzinæ monaſterium includi. Monomachus autem mortuus, in monaſterio, quod ab ipſo conditum fuiſſe diximus, ſepelitur. Imperiũ Theodora tenuit anno ſaltem uno: quod ubi occepiſſet, ex Eunuchis ſuis quendam Domeſticum Scholarum conſtituit, qui Turcorum incurſiones cohiberet: Iſaacio Comneno, qui copiarum imperator erat, loco

Peſtis.

Grando.

Theodora imperatrix.

Iſaacius Comnenus.



Ayuntamiento de Madrid

dignitateq́; ſua ſummoto. Macedonicas quidem legiones iam antè Monomachus in Aſiam traiecerat, quæ præter Comnenum, etiam Bryennium prætorem habebant. Eius rei cauſſa fuerat, quòd apud Turcos obtineret fama, futurum ut ab ijs euerterentur, cum quibus Alexander Perſas ſuperaſſet. Imperatrix Theodora quum nonam indictionem anni IↃↃ CIↃ IↃ LXIV, totam in imperio exegiſſet, inteſtini tenuis morbo correpta, uiuendi finem fecit. Mox eius eunuchi Michaelum, prouectæ ætatis hominem, cognomento Militarem, . . . . . . . . ſororis maritum, ad dignitatem imperatoriam euehunt, qui uno tantùm anno rebus præfuit. Factum eſt autem hoc ab eunuchis eo conſilio potiſsimùm, ut citra ipſorum auctoritatem nihil in republica gereretur. Originem generis imperator ex urbe Byzantio ducebat, & rebus tantùm militaribus deditus, prorſus ad demulcendos populi animos ineptus erat. Sub initium imperij Michaeli, proceres Orientales, in quibus erant Iſaacius Comnenus, dignitate Magiſter, Catacalo Ambuſtus, & alij, pro more priſco imperatorem adibant, ut ab ipſo honores, dignitates, conſuetaq́; congiaria impetrarent. Eos imperator potius contumelijs adfectos, quàm ornatos, ab ſe munerum uacuos dimiſit. Quapropter in magno Dei templo ſub iuriſiurandi religione data & accepta fide, communiq́; conſenſu & ſuffragatione Comneno imperatore deſignato, domum quiſq; ſuam diſceſſerunt. His rebus cognitis, imperator maximis largitionibus ſibi ciuium animos, itemq́; grauiſsimis exſecrationibus obſtringit, ut uno conſenſu pollicerentur, numquam ſe Comnenum admiſſuros, ipſo etiam Senatu conſilium hoc unanimemq́; conſenſum approbante, ac ſcripto rem totam confirmante, quòd imperium Mi-

Michaelus Stratioticus imp.

Sordidus imp. ſuos offendit.

Cōſpiratio.

chaeli,

Ayuntamiento de Madrid

chaeli, propter eius potentiam, detrectare non auderent. Verùm nihil hæc profuere. Quum enim urbem Iſaacius inuaderet, imperator audito conſilio patriarchæ, imperio ſponte ſua ceßit: quo facto, Comnenus imperator eſt renunciatus. Is duobus annis rempublicam adminiſtrauit. Qúmque conſequutus imperium eo fuiſſet modo, quo diximus, omnia fortitudini ſuæ accepta retulit, continuóque ſe imperatorio numiſmati ſic inſculpi curauit, ut enſem manu teneret, nequaquam totius rei gloria Deo adſcripta. Patriarcham unà cum ijs, quos conſpirationis ſocios habuerat, plurimum honorabat. Sed paullatim parcior eſſe cepit, & ſuperfluos ædium religioſis exercitationibus deſtinatarum redditus præcidit, relictis tantùm ijs, quæ uſibus hominum illorum ſufficerent: quo facto docebat eos, uitam inopem agendam eſſe, non delicijs adfluentem. Ceterùm patriarcha nimium erga imperatorem confidens & audax, nonnumquam illum ad poſtulata quædam aliquanto duriora grauioráque parum propitium & facilem habebat. Quapropter eum pœnis diris ſubiecit, additis etiam comminationibus, hæc uulgo iactata uerba proferens: Ego te Furne condidi, ego te quoq; deſtruam. Cepit etiam conſilium induendi tinctos coccineo colore calceos, quum diceret ita pontifices priſcos factitare ſolitos, adeoq; confirmaret, idem iuris in uſurpandis illis ſibi pontificem noui quoque ſacerdotij non abs re uindicare poſſe. Nihil enim eſſe diſcriminis inter regnum & ſacerdotium uolebat. Hæc ubi cognouiſſet imperator, potius aliquid in illum agendum, quàm exſpectandũ ab eo ſtatuens, hominẽ exſilio multat: dumq; moliretur amplius, ut ſolio prorſus deturbaretur, diẽ ſuũ patriarcha obijt. Quapropter imperator pœnitẽtia

Iſaacius Comnenus imperator.

Monaſterijs ademti redditus.

Patriarchæ ſuperbia & improbitas.



Ayuntamiento de Madrid

ductus, honorificè illum in urbem deportari curauit: quū quidem uniuerſi uehementer ob prodigiū quoddam obſtupeſcerent. Nam dextra patriarchæ manus crucis in modum ſic conformata, ut eſſe ſolebat id temporis, quo pacē populo clara uoce denūtiabat: immobilis manſit, per mortem corporis minimè mutata. Suffectus eſt in eius locum alius patriarcha, nimirum Conſtantinus præſes & Protoueſtiarius, cognomēto Lichudes: cuius liberalem ac munificam manum, ſollertemq; prouidentiam, nemo non expertus fuit. Secundum hæc Vngricæ Patzinacarumq; nationes turbas dedêre, contra quas egreſſo cum copijs imperatore, cunctisq; pacem expetentibus, pars quædā Patzinacicæ gentis manus dare noluit, eaq; pertinacia ſua conſequuta fuit, ut prorſus exſcinderetur. Hinc imperatore ſub * Libitzo caſtra locante, quū pluuiæ niuesq; delaberentur inexplicabili cum impetu, idq; Septembri mēſe, die Theclæ martyrum principis: ingens exercitui clades & interitus accidit. Quumq; tegendi ſui cauſſa ſub quercu imperator ſubſiſteret, non multo pòſt uox quædā è quercu fuit exaudita: qua percepta, tantum inde fuit digreſſus, quantum ſatis eſſet ad euitandam illius longitudinem, ne ab ea contingeretur. Eo facto, radicitus euulſa, in terram ſupina corruit. Imperator uidens quanto periculo liberatus eſſet, rei nouitate perculſus obmutuit: & reuera portendebat infauſtum aliquid hoc ipſum quod acciderat, initium ſcilicet eorum exiſtens, quæ ipſi euentura erant. Recreabat autem ab eo tempore ſe uenationibus circa Neapolim, quumq; prandij adeſſet hora, fulgetra locis ijs exſtitit, & aper alicunde prorumpens, imperatorē contra ſe prouocauit. Eum ille perſequens, ad ipſum uſq; mare peruénit. Apro autem mare ingreſſo, & euaneſcente, mox

Conſtantinus patriarcha præclarus.

* Zonar. Lebitzo.

Portenta.

Spectrum.

Ayuntamiento de Madrid

te, mox imperator luce quadam perfuſus, quæ fulguri cõſimilis eſſet, ex equo corruit, & ore ſpumam reijciens humi iacuit. Inde cõiectus in piſcatoriam quamdam nauiculam, ſaluus in regiam delatus fuit: atq; hoc modo grauiter adflictus, & antè actorum pœnitentia ductus, imperio, quod iniuſtè occupauerat, ſponte ſua ceßit, alterum ſibi ſubſtituit, lacernam induit, in Studij monaſterium ſe contulit. Ibi tam ſubmiße ac obœdienter erga monaſterij præfectum ſe gerebat, ut etiam oſtiarij munus ſibi mandatum obire non detrectaret. Perhibetur etiam caſtißimus fuiſſe. Nam quum adhuc copiarũ ducis munere fungeretur, & renum doloribus tantopere cruciaretur, ut omnino uiribus amißis langueſceret: poſt adhibita infinita remedia, conſulebant ei medici, ut mulieris amplexibus uteretur, quo ipſo conſequuturus eſſet, ut etiam orbitas liberûm minus ei pertimeſcenda foret. Tum ille: Sufficiunt, inquit, mihi Manuelus & Maria, quos Dei gratia procreatos habeo. Nam abſq; liberis Dei regnũ adipiſci licet: at ſine caſtitate nemo Deum conſpecturus eſt. Poſteaquàm Iſaacius monaſterium ingreſſus fuiſſet, etiam imperatrix Hæcaterina cum Maria filia ſe in manſionem Myrelæi contulerunt, ibiq; uitam religioſis exercitijs deditam exegerunt. Quum autem naturæ debitum perſoluiſſet imperator, & in ſepulcrum fuiſſet conditus, accidit ut illud aqua deinceps repletum ſuſpicionem mortalibus præberet, cum pœnas in hac uita luiſſe propter ſuſceptum bellum inteſtinũ, ademtionem munerum ſenatui debitorum, monaſteriorũ (ut ſuprà indicatum eſt) direptorum ſpoliationes, aliaq; talia facinora. Sepultus eſt in mãſione Studiana, uxor autem Hæcaterina in ea, quæ mutato nomine dicta eſt Xene. Poſt Comnenum, Conſtantinus præſes, cognomento

Iſaacius in monaſterio rectè ſe gerit.

Iſaacij caſtitas.

Conſtantinus Dux, imp.



Ayuntamiento de Madrid

Dux, annis ſeptem imperio potitus eſt, uir æquitatis ſtudioſus & moderatus, qui tam ſenatorios quàm plebeios homines ad honores prouexit. Idem reſtituit eos in integrum, qui dignitatibus ſuis à Comneno ſpoliati fuerant.

Inſidiæ detectæ.

Accidit aliquando, ut ad celebrandam magni martyris Georgij memoriam ſe conferret ad Manganorum monaſterium. Eo tempore ſunt agitata quædam in ipſum conſilia. Nam uiri principes ſtatuerant illum mari reuerſurum in regiam aquis ſubmergere ac ſuffocare: quæ tamen inſidiæ prorſus irritæ fuerunt, conſilijs eorum detectis.

Studia Conſtantini parum utilia.

Erat autẽ hic Dux alia nulla re magis occupatus, quàm ut ſemet exerceret in orationibus eius generis, quibus utuntur ſecretarij principum, itemq́; forenſibus & ſycophanticis. Quo fiebat, ut tam frequenter adſideret in iudicijs, ubi cauſſæ agebantur: ut ipſi etiam milites imperatoris exemplum imitati, deſerto rerum bellicarum ſtudio, perdiſcendis orationibus iudicialibus incumberent.

Diſciplinæ militaris neglectio.

Ea res Turcos incitauit, ut Romanorum fines inuaderent, citraq́; periculum omnia paßim agerent ferrent. In hoc ſtatu rerum orientis, Vzica natio uerſus occidentem, quæ inter Scythas numeratur, & Patzinacarum facilè nobilißima eſt, cum hominum ad ↀↀ CCIↃↃ Iſtrum traiecit, incurſionem hoſtilem Romanis longè grauißimam minitata.

Auaricia principis.

Quum ea de re certior factus fuiſſet imperator, homo pecuniarum auidißimus, qui uel obolum quantiuis æſtimaret, exercitu ſatis amplo nequaquã inſtructus Chœrobacchos proficiſcitur, non plures ſecum adducens, quàm CL milites. Attamen ipſius mandato cuncti ieiunijs, precibus, ſupplicationibus Deum placare iußi ſunt. quæ res effecit, ut non multo pòſt de barbarorum exitio, qui fame ac peſte beneficio diuinæ prouidentiæ confecti perierant, nuntius

Pium eiuſdẽ factum.

tius

Ayuntamiento de Madrid

ſius adſcrretur. Acciderunt hæc anno imperij Conſtanti-
ni ſexto, quo ipſo itidem anno, Septembri menſe, ſecunda
noctis uigilia, terræmotus ingens exſtitit, multoq; maxi- Terræmotus.
mè terribilis omnium, qui unquam fuiſſent, ita ut ædes
ac templa ſubuerterentur: neq; tantùm in urbe Conſtan-
tinopoli hoc uſuueniret, ſed etiam apud Rædeſtum, Pa-
nium, Myriophytum, magna hominum multitudine per
hanc ſuccußionem oppreſſa. Cyzici quoque fanum illud
gentile, dignum admiratione, quaſſatum magna ex par-
te corruit, quamquam longè firmißimos muros haberet.
Conſimilia quædam acciderunt Nicææ, ſuccußis ſancto-
rum patrum & ſanctæ Sapientiæ templis. Ibidem mœ-
nia de fundamentis ipſis mota corruerunt. Erant hæ pec-
catorum pœnæ, iræq; diuinæ indicia: quibus indicatæ na-
tionis incurſio & clades portendebatur. Nam per prodi- «
gia diuinitùs profecta, non præſentia modò, ſed etiã futu- «
ra declarantur atq; prædicuntur. Eodem hoc tempore co Cometa.
meta quoq; poſt ſolis occaſum conſpectus eſt, qui magni
tudine ſua Lunam æquabat, ac initio quidem fumum &
fuliginem emittere uidebatur: ſequenti uerò die capil-
los quaſi quoſdam oſtentare cepit, radijsq; uerſus orien-
tem directis, ad quadraginta dies apparuit. Conſtanti-
no patriarcha mortuo, Ioannes Xiphilinus monachus Io. Xiphilinus patriarcha.
in eius locum ſuffectus eſt, uir omnino propter eloquen-
tiam, doctrinam, prudentiam, uirtutem admirandus.
Trapezunte oriundus, uitam in Olympo religioſis exer-
citijs deditam agebat: unde ui pertractus eſt ad hanc di-
gnitatem, tamquã inter alios eximius. Imperator aũt mor
bo correptus, uitaq; functus, in eo monaſterio religioſè
mãdatus humo fuit, quod Molibotũ nuncupãt. Liberos ex
imperatrice Eudocia, quã priuatus duxerat, hos habuit,
Michae-

Michaelum, Andronicum, & Conſtantinum purpurige-nam: itemq; præter hos Annam, Theodoram, & Zoen. Quum ſpiritum extremum duceret, ab omnibus ſcriptã cautionem exegit, qua policerentur, numquam ſe imperatorem ullum admiſſuros, extraquàm filios ſuos: & imperatricem ipſam promittere coegit, numquam ſe reſpecturam ad alteras nuptias. Hoc modo illa cum filijs imperiũ ſeptem menſibus adminiſtrauit. Scripta cautio fidei patriarchæ credita, eiuſdem ſtudio cuſtodiebatur. Eo rerum ſtatu, rurſum Turci, & oriens uniuerſus tempeſtates ingentes concitabant: de quo intelligi poterat, imperatoris opera reipublicæ opus eſſe. Quapropter nonnulla quidẽ nactus eſt ſuffragia Nicephorus Botaniates, alijq; cõplures: ſed uicit tamen uis diuini conſilij, cuius impulſu renũtiatus eſt imperator Romanus Veſtarches, Conſtantini Diogenis filius: quamquã antehac imperatori fuiſſet inſidiatus, eaq; de cauſſa uinculis conſtrictus, quæſtionibus ſubditus, conuictus, & præter omnem deniq; ſpem periculo liberatus. Imperio triennium potitus eſt. Imperatrix autem nubere cuidam ex uiris illuſtribus uolens, quũ ob ſcriptam cautionem, & illos, qui cautioni ſubſcripſerãt, in metu uerſaretur: tamdem aliquid ſupra naturam muliebrem audendum, & dolo patriarcham circumueniendum eſſe decreuit. Itaq; rem cum quodã ad huiuſmodi molitiones idoneo communicat. Quid inde factum? Erat patriarchæ frater, nomine Bardas. Hoc quum ſciret ille ſpado, cum quo communicaſſe conſilia ſua imperatricem diximus: patriarcham accedit, ſecretò rem totam ei renunciat, fieri nimirum poſſe, ut ſi quidem aliqua diſpenſatio nomine cautionis intercederet, frater eius in complexum imperatricis perueniret, ac deinde imperator deſignare-

Eudocia cũ filijs imperat.

Romanus Diogenes imp.

Eudociæ callidum conſilium.



Ayuntamiento de Madrid

gnaretur. Hac arte captus patriarcha, ſingillatim ſenatoribus ad ſe uocatis perſuadet, ſcriptam illam cautionē ab æquitatis ratione prorſus alienam eſſe, nec ob unius hominis æmulationem concedi debere, ut Romana reſpublica detrimentum caperet: ſed potius ita poſcente neceſſitate tradendam in matrimonium alicui uiro imperatricem, ut hoc modo reſpublica priſtino ſtatui reſtituta uiciſſim floreſceret. His uerbis quum omnes patriarcha ſuam in ſentētiam perduxiſſet, Diogenes armatus regiam ingreſſus eſt, ac imperatrice ſibi copulata, ſceptris potitus. In nuptijs adſeſſores habebat priuignos ſuos, & Cæſarem, eius fratrem, qui ante ipſum regnauerat. Mox autē ubi de ſtatu orientis accepiſſet, exercitum contra Turcos duxit. Quumq; Sebaſteam perueniſſet, ac hinc inde cum copijs ſtaret: magna de Turcis tropæa ſtatuit, indeq; reuerſus ad urbem imperatoriam, uſitatis largitionibus, quas rogas uocant, in Senatum populumq; factis, rurſus ad expeditionem ſe comparauit, ne paſchalibus quidem diebus in urbe moratus. Vbi frequenter & uarijs in locis manus cū Turcis conſeruiſſet, ac partim fortuna fuiſſet uſus proſpera, partim aduerſa, in urbem redijt, & Manuelum Comnenum dignitate Curopalatis ornatū, uniuerſis cum copijs aduerſus Turcos emiſit. Ex eo tempore multæ calamitates Romanis acciderunt. Nam quum fortè manus utrimq; conſererētur, Manuelus ipſe captus eſt, et uniuerſus exercitus ad internecionem cæſus. Sed tamen Turcus ille, qui Manuelum ceperat, metu quodam perculſus, ideoq; partibus Sultani deſertis, ſponte ſua cum Manuelo ad imperatorem transfugit. Has ob cauſſas imperator iterum expeditionem inſtituit, quumq; traieciſſet ad Hiereorum palatia, columba quædam alicunde ſubitò apparuit, non illa quidem

Patriarcha fallitur.

Diogenis bella contra Turcos.

Manueli Comneni captiuitas & reſtitutio.

Portenta cōplura. I.

Ayuntamiento de Madrid

quidem prorſus alba, ſed ad nigredinem uergens: Ea tri-
remem imperatoris circumuolans, ab eo manibus capta
eſt, & ad imperatricem miſſa. Parum hæc belli felicem
exitum imperatori portendere uiſa fuit. Vbi ſoluiſſet
hinc imperator, non ad clarum aliquem locum peruenit:
ſed ad eum, qui * Heiepolis dicitur. Ruſticiores Eleino-
polim uocant, quaſi dicas opidum miſerabile. Hoc quo-
que pro omine infauſto habitum. Præter hæc, aliud quid-
dam huiuſmodi accidit. Lignum illud, quod imperato-
II. ris tabernaculum ſuſtinebat, fractum effecit, ut ipſum
III. quoq; tabernaculum collaberetur. Hinc ulterius impera-
tor Orientem uerſus progrediens, quòd prodigijs hiſce
territus nonnihil ſibi metueret, in regionibus ſublimio-
ribus cum copijs ſtationes habebat. Enimuerò ne illis
IIII. quidem in locis omina concurrere deſinebant. Quippe
domunculam quamdam, in qua ſe quieti dederat, ignis
hinc inde corripuit, & equos armisq; tegendis factas
ueſtes exuſsit. Poſt hæc amnem Halym traijciens, ad in-
teriora progreditur. Ibi uerò in eum hoſtes caſtra mo-
uent, quos ipſe Sultanus conſequutus à tergo, rectà in im-
peratorem duxit. Quum autem in eum paratum, (ceu
credi par eſt) incideret, ac deinde fugam faceret, quòd
imperatoris impetum ſuſtinere non poſſet: cum ſuis im-
perator Sultanum perſequebatur, cumq; ſatis diu conſe-
ctatus, tamdem ſubſiſtens ulterius progredi deſinebat,
ne fortè quid inopinatum ipſi accideret. Quapropter o-
mnes auxiliares imperatoris copiæ ſimul pedem refere-
bant. Legiones eo diſceſſu conſpecto, quum uictum eſſe
cogitarent imperatorem, hinc inde diſsipabantur. Hac
re Sultano ſignificata factum eſt, ut prius in fugam a-
cti, iam uiciſsim perſequentes ſe perſequerentur. Quid
inde?

* fortè Helenopolis, quæ urbs eſt Bithyniæ. ἐλεεινόπολις

Sultani uictoria.

Ayuntamiento de Madrid

inde? manus utrimque conſeruntur, & imperatorem ipſum Sultanici aggrediuntur. Ille uerò tamquam uir bellicis in rebus animoſus, hoſtibus egregiè ſemet opponit, manibusq; ſuis complures interficit. Inde pugnanti manus uulneratur, & equus iaculo configitur. Nihilo minus etiam pedes animoſè fortitérque reſiſtit. Sed ô caſum infelicem, in hoſtium denique poteſtatem uenit, & uinctus ad Sultanum deducitur. Ille uerò ſolio ſuo deſiliens, pro more calcata Diogenis ceruice, mox eum de terra erigit, & amanter complexus: Formidinis, inquit, expers eſto imperator. Non enim corpori uitæq; tuæ periculum ullum creabitur, ſed ex dignitate maieſtatis tuæ præſtantiſsimæ à nobis honorabere. Nam ſtultum equidē eſſe arbitror eum, qui fortunæ caſus improuiſos ſecum ipſe non expendit ac reueretur. His dictis, ſolij ſui, menſæ, gloriæq; participem Diogenem facit: eumq; ad octauum uſq; diem apud ſe retentum uariè recreat & conſolatur. Quumq; Sultanus imperatorem interrogaret aliquando: Quid obſecro facturus de me fueras, ſi me tuam in poteſtatem redactum habuiſſes? imperator ſine fuco & adulatione reſpondit: Multis equidem flagris corpus tuum cæcidiſſem. Ad quæ uiciſsim Sultanus: Ego uerò, inquit, ſæuiciam rigoremq; tuum nequaquam imitabor. Quinetiā audio Chriſtum illum ueſtrum pacem inter homines & obliuionem iniuriarum ſancire ac præcipere, ſuperbisq; reſiſtere. Secundum hæc fœderibus initis, pace perpetua cōſtituta, inter liberos adfinitate cōtracta, diſceſsū utrimq; nō ſine multis cōplexib. & honoris exhibitione, qua alter alteri fauſtiſsima quæq; precaretur. Hoc pacto reuertitur intra fines Romanos imperator, quæ res ubi primū illis innotuiſſet, qui iā ad urbē uenerāt, nimirū

Diogenes egregiè pugnans capitur.

Sultani modeſtia.

Sultani & imp. colloquium.

Præclarum Sultani dictum.

Ioanni

Ayuntamiento de Madrid

Ioanni Cæſari, eiusq; filijs, ac reliquis omnibus, quotquot inter ſe conſpirauerant: mox imperatricem inuitam radunt, & in exſilium agunt, Michaelo eius filio imperatore creato. Deinde quouis locorum litteras mittunt, iisq; mandant, ne quis reuertentem Diogenem exciperet. Quum hæc abdicatio fieret, imperator caſtello quodam occupato, cui Docea nomen eſſet, metari caſtra ceperat. Ad eum opprimendum Cæſar filium ſuum natu minimum cum copijs ablegauit. Conſerto prælio, fuga ſaluti ſuæ Diogenes conſulit, & hinc inde uagatus in Ciliciã peruenit. Interea Conſtantinus ad urbem reuertitur, eiusq; loco filius alter Cæſaris Andronicus perſequendi Diogenis cauſſa mittitur. Is quum Adanam obſideret, de pace tractatum eſt, & tonſo capillo Diogenes è caſtro pulla ueſte amictus prodijt. Eum Andronicus ſecum abduxit, uiliq; iumento impoſitum, nulla morbi, quo laborabat, ratione habita; per ea loca traxit, in quibus antea ceu Deo par cognitus habitusq; fuerat. Hoc modo quum Cotyaium uſq; non ſine maximis doloribus (nam inteſtinorum morbo laborabat, quem è propinata cicuta conceperat) delatus fuiſſet: tantiſper ibi detentus eſt, donec in urbe quid de ipſo faciundum eſſet, decerneretur. Vbi latam in ipſum ſententiam Andronicus accepiſſet, nec opem ei pontifices ferre potuiſſent, ut miſericordiam impetraret: (à crudelibus enim ſæuisq; hominibus abripiebatur) oculis effoßis excæcatur. Deinde ad Propontidem iumento uectus, quum caput è tumore corruptum haberet, oculisq; cum toto corpore putrefactis, uermibus & fœtore ſcateret: miſerè uitam finijt, in Prote inſula puluere corporis depoſito, ubi nouas ædes exſtruxerat, religioſis exercitijs deſtinatas. Imperauit poſt ipſum Michaelus cognomento Parapinaces annos ſex,

Crudelitas ſuorum in Diogenem.

Michaelus Parapinaces imp.

Ayuntamiento de Madrid

nos VI, homo planè mollis, & ad reipublicæ gubernationem (ut ita dixerim) femina. Rerum adminiſtrandarũ poteſtatem Ioanni Sidæ antiſtiti commiſit, à quo præclarè omnia gerebantur, ut qui uir egregius & induſtrius eſſet: uerùm huic bono tritico tamdem etiam malarum herbarum aliquid admiſtum fuit. Nicephorus enim eunuchus, qui diminuto uocabulo Nicephoritzes appellabatur, ante imperium Michaeli huius accuſatus ob ſexcenta flagitia, ſolumq́; uertere iuſſus, nũc à Michaelo reuocatus, omnem poteſtatem accepit: ſpado quidem ille, ſed rerum perturbandarum, & ima ſurſum uertendi peritiſſimus. Poſteaquàm is ad gubernationem acceſſit, ubiq; ſunt auditæ querelæ, bonorũ publicationes, exactiones iniuſtæ: quas conſequuti ſunt publici gemitus & eiulationes, cum iræ diuinæ declaratione. Quum enim Turci uiderent, fœdera pacis inita cũ Diogene prorſus in irritum recidiſſe, quemq́; ſuam in poteſtatem redactũ magno in honore habuiſſent, eum à Romanis crudeliter interfectum eſſe: magnis cũ copijs è Perſide profecti, prouincias Romanas inuaſerũt. Ea re motus Michaelus, etiam ipſe conſcribit exercitum, cui prætorem dat Iſaacium Comnenum, qui profectus in hoſtem, ad Cæſarem commiſſo cum Turcis prælio, captiuus abducitur, omnesq́; copias amittit. Imperator accepto infelicis pugnæ nuntio, non poterat non ille quidem mœrere, totus tamen non emendabatur, ut qui tamquam mancipium aliquod Nicephori conſilijs et auctoritate duceretur. Quũ Iſaacius pretio numerato redemtus fuiſſet, Ioannes Cæſar eius loco Dux copiarum eſt delectus. Neq; uerò uerbis exponi poteſt, quantæ Romanis ex hac Turcorum incurſione calamitates acciderint. Nam ipſe quoque Cæſar in hoſtium poteſtatem uenit, quumq́; iam uinculis ſolutus

Nicephoritzæ facinora.

Turci necem Diogenis ulciſcuntur.

Iſ. Comnenus capitur.

Ioan. Comnenus capitur.



Ayuntamiento de Madrid

lutus imperatori ſuſpicionis aliquid de ſe præbuiſſet: raſis crinibus in regiam ſeſe contulit. Atque hæc erant illa præclara Nicephoritzæ facinora, qui reliquas inter improbitates, etiam ſingulari ſollicitudine lucris inhians, ut in excogitandis malis fœcundiſsimus, quo annonæ caritas exiſteret, procurauit. Etenim ubique locorum prohibebat, ne qui mercatores annonam uenderēt: atque interim ipſe ſolus iuxta Rhædeſtum fundacem monopoliumque conſtituerat. Vnde factum eſt, ut imperator Michaelus cognomentum quoddam acciperet, ac Parapinaces nuncuparetur propterea, quòd eo tempore modius * pinace demto & detracto, aureo numo uenderetur. Quum autem Michaelus imperium negligenter admodum & pueriliter adminiſtraret, Seruiorum quoque regiones molitæ defectionem, aduerſus ipſum inſurrexerunt: itidem Franciciæ imperium detrectarunt, ſuiq́; iuris factæ ſunt. Secundum hæc Conſtantinopoli nata eſt auis tripes, & puer, qui unum in fronte oculum, & crura pedesq́; hircinos habebat. Eodem tempore peſtis adeò grauis exſtitit, ut mortuorum cadauera ſepeliri nō poſſent. Verùm ne hæc quidem eorum, qui rebus præerant, iniuſticiam & rapacitatem inexplebilem compeſcere potuerūt, extendentem porrò ſe ad ipſas etiam ſacras ædes. Nam ab hoc tempore ſupellectilem ſacram pretioſaq́; uaſa tolerare non poterat homo, qui ſcribere iambos cuperet, æternùm duraturos, quum artem ipſam ne primoribus quidem labris deguſtaſſet: utut ei Pſellus illuderet, à quo rationem ſcribendi poemata percipiebat. In hoc rerum ſtatu Duces orientis, nimirum Alexander Cabaſilas, Botaniates, ceteri, quam defectionem parturiebant hactenus, in lucem edidere, Botaniata imperatore deſignato.

Vnde nomē Parapinacis deductum.

* hoc eſt, quadrante medimni.

Monſtra.

Peſtis.

Michaelus imp. ineptus poeta.

Nicephorus Botaniates imp.

Magnum

Magnũ ea res imperatori mœrorem attulit. Etenim iam antea quoq; uulgò ferebatur, futurũ, ut * numeri quadragesimi nota uinceretur à nota numeri quinquagesimi. Neq; tantùm aduersus Michaelum istic tumultuatum, ſed alia quoque defectio in occidente multo maior extitit. Nam Bryennius Dyrrhachio profectus, exercituq; collecto, Adrianopolim ſeſe contulit, & oblatum ſibi à ſuis imperatorium nomen accepit. Quo facto, Constantinopolim adoritur, ſed irrito conatu. Quippe tota propemodũ urbs imperatoria Botaniatæ rebus ſtudens, eum exhortabatur, ut quamprimùm ueniret, ſimulq; ſumma feſtinatione regiam ipſius nomine occupabat. Nec hoc contenti, Michaelum ipſum cum uxore, Constantinoq; filio purpurigena, deiectũ imperio radebant, ac Studianum in monaſterium concludebant. Hoc modo Botaniates urbem ingreſſus, à Coſma, qui Xiphilino in patriarchatu ſucceſſerat, inſignibus imperij redimitur, cui trienniũ præfuit. Quia uerò Bryennius occidentem perturbabat, ſemel iterumq;, ac tertiùm quoq; legatos ad eum mittit, poſtulans ut ab inſana cupiditate deſiſteret, honoremq; Cæſaris ab ſe delatum acciperet: cui tamen ille poſtulato nõ adquieuit. Quid ergo deinceps conſequutum? Tabernaculum Bryennij, tecto eius per inadſpectabiles manus ſoluto, corruit. Præterea Lunæ defectus accidit, qui omnino Bryennium reſpiciebat. Nam huiuſmodi ſigna, quemadmodum Aſtrologi de prodigijs diſſerunt, eorũ portendunt euerſiones, qui tyrannidẽ adfectant. Quũ igitur legatus imperatoris ad Bryenniũ Straboromanus cõtumelijs adfectus reuertiſſet, imperator cõmotus collectos exercitus cõtra Bryenniũ miſit, præfecto eis duce Alexio Comneno, quẽ et Nobiliſſimi, & magni ſcholarũ Domeſtici digni-

* M a N, Michaelus à Nicephoro.

Bryennij motus.

Botaniatæ in Bryenniũ æquitas.

Portenta.

Alexius Cõnenus cõtra Bryennium mittitur.



Ayuntamiento de Madrid

dignitatibus ornauerat, uirum prudentia poteſtatéque ſupra ceteros eius ætatis duces præſtantem. Is bello contra Bryennium ſuſcepto: quum uentum ad manus eſſet, aduerſæque concurriſſent acies: Bryennium ſuam in poteſtatem redegit, & oculos capto eruit. Quum autem uxor Botaniatæ naturæ debitum perſoluiſſet, alteram ille coniugem duxit, Mariam nimirum, quæ nupta cum Michaelo fuerat, eo qui rerum potitus ante ipſum erat. Verùm is ſacerdos, qui nuptias illas precibus conceptis conſecrauerat, loco motus fuit: quòd adulterium commiſſum eſſe cenſeretur. Michaelus autem communibus ſuffragijs Epheſi pontifex deſignatus eſt, quò tantùm ſemel profectus, reliquum uitæ tempus religioſis exercitijs in Manueli monaſterio deditus exegit. Fuerat in eadem cum Bryennio conſpiratione Baſilaces, qui coactis non exiguis hominum copijs, Theſſalonicam acceſſit. Quid inde factum? miſſus eſt aduerſus eum ab urbe Alexius, qui præter Nobiliſsimi dignitatem, Auguſti quoque nomen iam conſequutus fuerat, & exercitus in ſua poteſtate habebat. Ad Theſſalonicam ubi uentum fuiſſet, acre commiſſum eſt prœlium, quòd eorum locorum homines uniuerſi à partibus Baſilacis ſtarent. Victus tamen ab Alexio Baſilaces, & captus, ad imperatorem ablegatur. Quo cognito, mittit quoſdam imperator, qui Baſilacem apud * Chriſtopolim oculis effoſsis cæcarunt. Ex quo caſu contigit, ut ab eo die locus ille Scaturigo Baſilacis nuncupetur. Hoc tempore fulmen delatum in Conſtantini columnam, cui ſtatua erat impoſita, prius quidem Apollinis ſimulacrum, ſed deinceps Conſtantini nomen adepta, partem eius cum tribus cingulis diſſecuit. Sequutus eſt Comnenorum in urbem ingreſſus, quo

Bryenius excæcatur.

Ex imperatore fit epiſcopus.

Baſilacis ſeditio.

* al. Chryſopolim.

Conſtantini columna fulmine tacta.

Ayuntamiento de Madrid

quo cognito, Botaniates è regia diſcedens, apud Spectatiſsimæ monaſterium inuitiſsimus raditur. Nam poſteaquàm imperium nactus fuerat, propemodum quoſuis circumforaneos & ex infimæ plebis fæce delectos illuſtribus officijs præfecerat: interim ipſe conuerſus ad quaslibet animi relaxationes atque uoluptates, omnem de imperio curam ſollicitudinémque depoſitam mancipijs ſuis commiſerat. Quæ res effecit, ut omnes in eum ſæuius inſurgerent, præſertim ex illius genere, qui rempublicam ante ipſum geſſerat, Iſaacij nimirum Comneni, Alexius & Iſaacius. Horum alter Alexius imperatore deſerto, contractis'que non paruis copijs, urbem imperatoriam occupauit, intromiſſus à * Nemitzis, qui ad Charſiæ portam excubias agebant. Itaque deinceps Alexius imperio potitus eſt poſt Botaniatem, id'que per * ſeptemdecim annos obtinuit. Seipſum diademate cingi curauit, Iſaacio ſecundum ab ſe locum dignitatis attribuens, indito eidem nouo prorſus nomine. Sebaſtocratorem namque uocauit, quaſi dicas Auguſtimperatorem, inuenta dignitate, quæ maior eſſet, quàm Cæſaris. Apud hos duos imperium erat, qui matrem in eius ſocietatem admiſerant. Habebat autem imperator alios quoque duos germanos fratres, ſe iuniores. Ex ijs unum, uidelicet Adrianum, Protoſebaſtum (hoc eſt, Auguſtum principem) appellauit: alterum, qui Nicephorus erat, Auguſtum, claſsiſq; Drungarium. Præterea ſororum maritos, adfines ſuos, Nicephorum Meliſſenum, & Michaelum Taroniten, certis honoribus atque titulis ornauit. Quum ſecundum hæc imperator pecunijs egeret, donationes annuas & munera dari conſueta magiſtratibus, præcidit ac ſibi retinuit. Senatoribus

Cur imperio deiectus Botaniates.

Alexius Comnenus imper.

* h.e. Teutonibus, quos Sclauorum lingua Nemitzos uocat.

* Rectius, trigintaſeptẽ.

Noua fratrũ imperatoris nomina.



Ayuntamiento de Madrid

*etiam locupletioribus opes eripuit.* Hanc *adminiſtratio-nem reipublicæ quum ſanctiſsimus ille patriarcha* Co-*ſmas probare non poſſet, nec emendationem, de qua de-ſperauerat, ullam exſpectaret amplius:* Tolle, *inquit mi-niſtro ſuo, librum hunc* Pſalmorum, *& me ſequere.* His *dictis, ex eccleſia diſceßit. Eius in locum ſuffectus eſt* Eu-*ſtratius ſpado, ſimplici uir ingenio, & dignus, in angulo qui degeret. Verùm & ille poſt triennium adminiſtrati pontificatus, contra uoluntatem ſuam eo propter igno-tam quamdam cauſſam deturbatur: euecto uiciſsim ad pa-triarchici ſolij ſublimitatem* Nicolao Grammatico. *Se-cundum hæc nuntius ad imperatorem allatus eſt, quo ſi-gnificabatur,* Rupertum Francum *traiecto mari* Epida-*mnum uenisſe. Quapropter ilicò ſuas copias eduxit,* Dyr-*rhachiumq́; profectus, manum cum hoſtibus conſeruit.* Victus *autem prœlio, fuga ſibi conſuluit inglorius, mul-tis ſuorum amißis, non uulgaris modò ſortis hominibus: uerumetiam magnatibus, & imperatorio ſanguine pro-creatis.* Hoc *modo uictus imperator ad urbem reuerti-tur.* Interea Barbari *proſperis fortunæ ſucceßibus ela-ti ſuperbire, ac opidula quædam occupare.* Imperator *uiciſsim eductis denuò copijs,* Adrianum *imperatorio ha-bitu ornare, contráque* Rupertum *collocato præcipere, ut ſi barbarus in ipſum impetum faceret, terga daret: in-terim ipſe per inuia loca facto itinere, hoſtem à tergo circumdare.* Hac *fraude circumuentus aduerſarius, in ijs deinceps locis, conatu ſuo fracto, conſpici deſiit.* Compreſſo Franco, *Turci rurſum fines* Romanos *inua-ſerunt: quorum è natione quidam, cui* Zachatzæ *no-men erat,* Chium, Samum, *&* Rhodum *inſulas occupa-uit.* Tunc *&* Cyprus *atque* Creta, *defectionis illæ qui-*

Patriarcha ſe abdicat.

Rupertus Francus in Græciã traijcit.

Quî deceptus ab Alexio Frãcus.

Turcorum incurſio.

Cypri & Cretæ defectio.

dem

dem morbo infectæ, ab imperatore deſciſcere cogitabant: uerùm anteuerſo celeriter ipſarum conatu, imperio recuperatæ conſeruatæq; fuerunt. In Cypro Caryces, in Creta Rapſommates imperatori ſe oppoſuere. Quum autem ille bellis exhauſtus, impenſarum egeret: pecuniæ colligendæ rationes ab æquitatis legibus abhorrentes excogitauit. Hinc ſequutæ poſſeßionum ubiuis ſitarum deſcriptiones: hinc * uulgares illæ appellationes hypertimorum & hyperpleorum excogitatæ, quaſi ſupercenſa & redundantia dicas. Aliàs alij denique uexationum modi ſubditorum exhauriendorum cauſſa reperiebantur. Accidit & terræmotus id temporis horrendus ac uehemens, illo ipſo die, quo ſancti Nicolai memoria celebrabatur. Is multa ædificia, porticus, & ſacras ædes humi ſtrauit: quorum ruinis oppreßi complures mortalium uiuendi finem fecerunt. Tunc & Patzinacarum ingens multitudo Thraciam Macedoniámque depopulata eſt. Aduerſus eos imperatore cum copijs egreſſo, primùm quidem uincuntur Romani milites: deinde uerò ſtragem illorum ingentem edunt, quum rem totam diuinæ poteſtati commiſiſſent. Sunt & inſidiæ contra imperatorem ſemel atque iterum ſtructæ, ſed ſucceſſum non habuerunt. Eodem imperante Francorum natio de partibus heſperijs profecta Conſtantinopolim uenit, ut uerſus Orientem ibi traijceret. Eorum aduentum indicatio quædam diuina præceßit. Nam infinita locuſtarum uis, quarum erat ex Occidente origo, tantis cum copijs uolantum, ut nubem repræſentare uiderentur, & ſolem ipſum obnuberent, per maximam hanc urbium, eiúsque fines in Orientem perrexit,

Exactiones nouæ.

* al. noua.

Terræmotus.

Patzinacæ repreſsi.

Francorũ ſiue Teutonũ in Palæſtinã expeditio.

Portentum.



Ayuntamiento de Madrid

ibiq; conſidens ulterius uolare deſiit. Quum autem Franci traiecißent in Aſiam, Nicæam Bithyniæ Turcis, qui eam obtinebant, ademtam imperatori pro certo pretio uendiderunt. Tunc & Bogomilorum exorta fuit hæreſis, auctore Baſilio, qui Medicus uſurpabatur. Rurſus item alia contra imperatorem excitata fuit à quodam cõſpiratio, qui Comanorum ſocietate comitatuque fretus, Diogenis ſe filium perhibebat, eius qui ante hoc tempus imperauerat. In Thraciam ubi ueniſſet, per fraudem à quibuſdam imperator renuntiatus capitur, & oculos amittit. Imperator autem Alexius domum alendis pupillis adſignatam, quæ dudum iam alumnis caruerat, inſtaurauit: attributis ei quibuſdam de ſuo quoque facultatibus. Adiecit & religioſarum exercitationum ædes, ludumq; litterarium pro erudiendis pueris. Hinc noua contra ipſum oritur ſeditio, cuius erat auctor eius conſobrinus Michaelus: ſed quotquot in hanc ſocietatem uenerant, mox indicio facto ad imperatorem delati, caſtigantur: ademtis capillis non nouacula, ſed dropace. Ceterùm mater imperatoris uniuerſum adminiſtrabat imperium, quam rem ipſe dolenter ac moleſtè ferebat: ut qui uideret ſolum ſibi nomen imperij reliquum eſſe. Mater hoc animaduerſo, ſponte ſua ceßit, & in monaſterium Inſpectoris omnium, quod ipſamet exſtruxerat, commigrauit. Iam quod imperatoris coniugem uitæq; ſociam attinet, eam ille quidem antea nec auerſatus planè fuerat, nec omnino ut par fuiſſet, dilexerat. Nam rebus ueneréis deditus, iura matrimonij parum ſanctè ſeruabat. Poſtquàm uerò grandior ætas ignita libidinis in imperatore tela nonnihil hebetarat, tunc in Auguſtam conuerſo

Bogomilorum hereſis.

Seditio.

Orphanotropheũ inſtauratum.

Michaeli Anemæ ſeditio.

De matre imperatoris.

De coniuge.

ſo amore, totus in eius caritate acquieſcebat, omnem poteſtatem gerendarum rerum ei permittebat: præſertim quum iam pedibus æger, in lecto decumberet. Erat autem imperatrix animo erga Ioannem filium & imperatorem deſignatum nonnihil alieno, & omnem beneuolentiam in filiam natu maiorem, eiusq; maritum, generum ſuum Bryennium tranſtulerat. Hanc ob cauſſam Ioannes Senatum & ordines ceteros ſtudioſè colebat. Ceterùm unus ex ijs Latinis, qui uerſus orientem profecti fuerant, cui Baimundi nomen eſſet, icto cum imperatore fœdere, maximisq; pecunijs acceptis, Antiocheam nomine imperatoris adortus eſt: quam ubi per uim expugnatam cepiſſet, initorum fœderum oblitus, Romanos ipſos inuadere non dubitauit. Deinde uerſus occidentem facturus iter, quòd uereretur, ne alicubi à Romanis interciperetur, falſo de morte ſua rumore dedito, quod uolebat adſequitur. Sed tamen deinde rurſus in gratiam cum imperatore redijt. Is uerò ſecundum hæc tam graui correptus eſt morbo, ut animo defecto extinctus eſſe uideretur. Quapropter ad ipſum allata eſt effigies Seruatoris noſtri ad Chalcem erecti, quæ in peplo quodam ante imaginem ipſam ſuſpenſa conſpicitur. Hæc quum in ægrotantis lectum expanſa fuiſſet, uires omnino recuperauit. Ea res non modò plebem, ſed ipſos etiam proceres atque magiſtratus metu quodam perculit. Nam uulgo rumor obtinebat, futurum ut imperator illo ipſo magno ſabbato naturæ debitum perſolueret: qui quidem ad imperatorem delatus, non parum eius animum cruciauerat, quamquam euentus ipſe falſum fuiſſe docuit. Ab hoc morbo iuxta Philippopolim uernum æſtiuumq; tempus exegit imperator, ob unam

Matris & filij diſcidia.

De Baimundo, quem alij Raimundum uocāt.

Baimundi uerſutia.

Imperatoris morbus, & curatio.



Ayuntamiento de Madrid

Alexius imperator Manichæos in uiam reuocat.

*hanc cauſſam, quòd cum Manichæis de religione diſſereret, quos uulgus hominum Paulicianos appellat. Ea natio ſanè perampla in hiſce finibus habitabat, ex Oriente per Ioannem Zimiſchem huc translata, & in colonias quaſi quaſdam deducta. Cum his ergo diſputans Alexius, multos ad rectam de religione ſententiam reuocabat.*

Incendia. Venti.

*Exſtitere tum frequentia paßim incendia. quúmque uer appetijſſet, tam uehementes uentorum flatus exorti ſunt, ut inter aliorum operum caſus atque ruinas, etiam ſtatua columnæ impoſita in foro Placoto, ſic ab incruſtatione dicto, delapſa multos iſtic ſortè præſentes opprimeret. Præterea litteris proditum eſt, ex aere tam impetuoſum imbrem die, quo ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli memoria celebratur, erupiſſe: ut ædificia proſternerentur, & in eis mortales unà cum animantibus aquis obruerentur.*

Imbres.

Excurſiones Turcicæ.

*Sequutæ ſunt Turcorum in prouincias Romanas excurſiones, contra quos imperator quum ducere copias, adfixus lecto, non poſſet: Euſtathium Camytzem exercitibus præfectum aduerſus eos mittit. Is conſerta cum Turcis manu, non copias modò cæſas amittit, uerumetiam ab hoſte captiuus abducitur.*

Euſtathius Camytzes capitur.

*Eo caſu imperator cognito, teneri non potuit, quin ipſus ad ea loca proficiſceretur. Quo facto, inſtar fumi Turcos dißipauit, tanto eis terrore iniecto: ut etiam ij, qui Camytzem captiuum detinebant, ſponte ſua cum ipſo ad imperatorem accederent.*

Alexius hoſtiles copias diſsipat.

*Secundum hæc, princeps Turcorum fœdus cum imperatore ferijt: quo inito, domum utrinque diſceſſum. Quum autem morbus imperatoris indies ingraueſceret, de communi medicorum ſententia, candens ferrum eius ſtomacho impreſſum eſt. Et quia parum temperatus aer regiæ uidereatur,*

Cauterio utitur.

tur,

tur, ut qui eſſet auſtralior aliquanto: in Manganorum palatium fuit deportatus, fato illum (ceu credi par eſt) eò pertrahente. Nam uulgò iactatum illud, In Aceſodynis cadet: de ipſo perſcriptum eſſe perhibent, qui plurimum eiuſmodi oraculis interpretandis ualent. Iſtic ergo diem in terris ſupremum, Ioanne Comneno filio ſucceſſore imperij relicto, clauſit.

Moritur.

Ioannes Comnenus imperator.

ANNALIVM GLYCAE FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

# CONTINVATIO GLYCANORVM ANNA-lium, à Ioanne Comneno, uſq; ad imperij Byzantini euer-ſionem:

Qua ſuperioribus adiecta, corpus inte-grum hiſtoriæ Byzantinæ Le-ctores habent.

*ALexio imperatore ſpiritum extremum ducente, Ioannes Maximus natu filius adiuuante fratre Iſaacio, Sebaſtocratore, conſcio patre, ceu ferebatur, inuita matre, quæ Bryenniū generum cum Anna Cæſariſſa filia maluiſſet imperio potiri, nactus anulū paternum partim eo cuſtodibus oſtenſo, partim ui portis è cardinibus emotis, magnum palatium ingreſſus eſt, ſeq́; imperatore nuncupato, rempublicam adminiſtrare cepit. Confirmato imperio, præcipuè cognatorum opera in gubernatione utebatur, Ioannis Comneni Accubitoris, qui arrogantia ſua ſemet citò deiecit, & Gregorij Taronitæ, uiri modeſti, præterea Gregorij Camateri, obſcuro nati genere, ac Ioannis Axuchi Perſæ, quem mirificè diligebat ob conſuetudinem diuturnam, & honore Magni Domeſtici ornabat.*

Seditio. *Anno primo necdum exacto concitata fuit aduerſus imperatorem ſeditio, cuius erāt principes Bryennius & Anna Cæſariſſa. Verùm ea maturè ſopita eſt, imperatore ſeditioſos humaniter caſtigante.*

Turci uicti. *Poſt hæc Turcis in Phrygia uictis, Laodiceam recuperatam munijt: alteraq́; ſuſcepta expeditione, ſollerter pel-*

lectus

Ayuntamiento de Madrid

lectis ad inſidiarum loca præſidiarijs, & ab urbe interclusis, Sozopolim cepit, cum alijs multis opidis, locisq; munitis, quæ Turci Romanis ademerant. Scythas etiam, quos Patzinacas uocant, ingenti prœlio uicit, itemq; Triballos ſiue Seruios, quos in poteſtatem redactos magna ex parte in Nicomedienſem Aſiæ prouinciam tranſtulit. Filios habuit quatuor, Alexium, Andronicum, Iſaacium, Manuelum. Alexium poſt coronationẽ uidere per quietem uiſus eſt inſidentem leoni, quem auribus habena rum uice moderaretur: quum alioqui nihil haberet ad domandã belluam accõmodatum. Hoc uiſo ſignificabatur, eum titulo tenus abſq; re potiturum imperio, quod etiam mox amiſſurus eſſet, uti deinceps accidit. Geßit etiam feliciter aduerſus Hunnos bellum Ioannes, qui fines Romanos inuaſerant, prætexta cauſſa ſpoliatorum mercatorũ ſuorum: quum occulta & uerior eſſet, in Almuzen Stephani regis Hunnorum fratrem profugum declarata humanitas. In hac expeditione multum ab eo fines imperij uerſus occidentem propagati ſunt. Victis hinc Perſarmenijs, & occupata Caſtamone, cum triumpho Conſtantinopolim pedes eſt ingreſſus, quadriga triumphali nequaquam conſcenſa, ſed imagine Deiperæ in illam collocata, cui uelut imperij collegæ uictorias acceptas ferebat. Mox reuerſus in Orientem, Caſtamonem à Taniſmanio receptam, Gangram, Adanam, Tarſum, Bacam munitiſsimum caſtellum, Anabarzam ui expugnat: & Cœleſyriam ingreſſus, Antiocheæ quàm honorificè à Raimundo principe ſuſcipitur, ac fœdus tam cum Raimundo, quàm Tripolitano comite ferit. Inde penetrans ad Euphratem, Pizam aliasq; nonnullas munitiones occupat. Nec multo poſt Alexium primogenitum, quem ad imperij ſocietatem ad															miſerat,

Patzinacæ uicti.

Filij Ioãnis.

Somnium.

Bellum Hunnicum.

Perſarmenij uicti.

Ayuntamiento de Madrid

Mors filiorũ imp.

miſerat, & Andronicum ab eo proximum mors abſtulit. Eis non diu ſuperſtes fuit, læſus in uenatione per ſagittã ſuam ueneno infectam, quam è pharetra ſolitarius aper excuſſerat. Moribundus oratione ad ſuos habita, Manuelum ex filijs natu minimum, qui tum fortè aderat, Iſaacio maiori prætulit, & imperatorẽ deſignauit. Quo conſilio cunctorũ ſuffragijs approbato, uitã hanc reliquit, imperij XXIV annò ſupra menſem octauũ exacto. Succeßit ei Manuelus, qui mox è caſtris in urbem Axuchũ magnũ Domeſticum ablegauit, ut res iſtic conſtitueret, occupatoq; palatio fratrem Iſaaciũ paternæ mortis adhuc ignarum coerceret, ne quid ille turbarum ceu natu maior daret. Egregiam in eo nauauit operam Axuchus, Iſaacio in Pantocratoris monaſterium incluſo. Non abs re autẽ pater illi Manuelum prætulerat. Nam & iracundus erat, et ad ſupplicia leues ob cauſſas exigenda pronus: hac ipſa atrocitate cum naturali quodam pauore cõiuncta. Vxor Manuelo imperatori Alemana fuit, ex illuſtri principum familia: quæ non tam formam corporis, quàm animi pulcritudinem curabat. Itaq; fucis & adſcititijs ornamentis repudiatis, naturaliq; rubore contenta, uirtutum elegantia fulgebat, conſtantia grauitateq; gentilicia prædita. Et Manuelus coniugij fidem non ſeruabat, etiam neptis inceſta conſuetudine cum ignominia ſingulari abutens. Ceteroquin ab initio munificus erat, ob comitatem aditu facilis, animo fraudis experte: quæ tamen uirtutes in ipſo perpetuæ non exſtiterunt. Hoc tempore ſuſcepta eſt ab Alemanis Conradi Cæſaris auſpicijs in Palæſtinam noua expeditio, quam Manuelus minimè quidem palàm impediebat, ſed occultas tamen ſtruebat Alemanis inſidias. Fuerunt in hac expeditione uirorum comites etiam fœminæ

Manuelus Comnenus imp.

Iſaacij mores indigni principe.

Imperatricis Alemanicæ uirtus excellens.

Conradus imp. Palæſtinam recuperat.

Viragines.

quædam

Ayuntamiento de Madrid

quædam ingentis animi, quæ armatæ inſidentes equis Amazonum ſpeciem præbebãt. Heic mihi uide, quàm flagitioſè Manuelus cõtra datã fidem ſeſe geſſerit. In locis opportunis & arctis inſidias collocabat, quæ multos interimebant: paßim portis ipſo annuente clauſis, forũ Alemanis denegabatur: funib. de muro pecuniæ attrahẽdæ cauſſa demißis, ea capta, quantũ uel panis uel aliarũ rerum libebat, præbebatur: nonnumquã auro et argẽto attracto, de muris ſemet improbi mortales ſubducebant, ac nihil omnino cõmeatus uicißim demittebãt: quidã farinæ calcẽ miſcẽtes, cibum peſtiferũ efficiebant: imperatoris iuſſu de argento minimè probo cuſa moneta eſt, quæ uendituris aliquid ex Alemanico exercitu daretur: deniq; litteris ad Turcos mißis Manuelus hortatus eſt, ut bellũ Alemanis facerent. Quod illi quũ tentarent, ad Mæandrũ à Conrado, diuina quadã ui fluuiũ traijciente, tanta ipſorũ edita ſtrages eſt: ut de cæſorũ oßibus excitati crebri altiq; tumuli, collium inſtar adſurgerent, qui hodieq; cum admiratione tranſeuntium ſpectantur. Eo prœlio tam feliciter pugnato, citra cuiuſquam impedimentũ deinceps Alemani ſunt progreßi. Geßit ab illo tempore bellum Manuelus contra regẽ Siciliæ Rogeriũ, ablatamq; ſibi Corcyrã recuperauit, & Michaelo Palæologo copijs aduerſus Siculos præfecto, de Seruijs Hungarisq; uictoriam ſanè illuſtrem conſequutus eſt. Palæologo nõ multo pòſt abrogatum imperium, mißiq; contra Siculos Alexius Comnenus Bryennij Cæſaris F. cũ Ioanne Duca, itemq; Conſtantinus Angelus, in poteſtatẽ hoſtiũ uenerũt. Tamdẽ ſine fructu bello adminiſtrato, pax utrimq; facta eſt. Quũ aũt Alemana Manueli uxor è uiuis exceßiſſet, quã quidẽ mortuã ille longè acerbißimè luxit: ꝓcreãdæ ſobolis maſculæ cauſſa,

Manueli nequitia, de ipſorum Græcorum hiſtorijs expoſita.

Conradi de Turcis uictoria.

Rogerius Siciliæ rex.

Alteræ Manueli nuptiæ.

Petebini,

Ayuntamiento de Madrid

Petebini Antiocheæ ad Orontem ſitæ principis, ex occidentali familia nati, filiam uxorem duxit. Inter alia, quæ geſſit, hoc quoq; celebratur, quòd quum Chliara, Pergamus, Adramyttium, urbes Aſiæ minoris, earumq; fines à Turcis undique grauiſſimis populationibus uexarentur: munitionibus exſtructis, quas Noua Caſtra nuncupauit, earum ſecuritati conſuluerit. Deinceps moto bello cõtra

Victoria de Hunnis.

Hunnos, adfinis ſui Stephani, Iazæ regis eorum fratris nomine, quem regno poſt Iazæ mortem præfici uellet, quum initio parum omnino res ſuccederet: tamdem Andronico Contoſtephano cum magni Ducis titulo præclarisq; copijs aduerſus illos miſſo, ingenti uictoria potitus eſt: quum quidem imperatoris iniuſſu, qui ob ſiderum poſitum paullo inclementiorẽ, aliud exſpectari pugnæ tempus uoluerat, manum cum Dionyſio duce, uiro forti ac ſtrenuo, conſerüiſſet. Vt autem felix hæc expeditio Contoſtephani fuit, ita parum omnino ſucceſſit altera, quæ con

Perfidia regis Amerigi.

tra Sultanũ Aegypti eodem duce, rege Hieroſolymorum & Cypri Amerigo ſocio, ſuſcepta eſt: non illud quidem Andronici culpa, ſed ob perfidiam regis Amerigi, qui e

* al. Damiata.

tiam aſtutè impedijt, quo minus * Tamiathi ad extremũ redacti deditio fieret. Conſimiliter infelici cõſilio Manuelus ipſe Sultano Iconij bellũ fecit, quamquam is exſtitiſſet in imperatorẽ longè ingratiſſimus, à quo per ſuos ditiõe ſpoliatus, humaniter exceptus, et ampliſſimis muneribus donatus fuerat, inq; priſtinũ imperium reſtitutus. Cæſæ

Rom. cædes.

ſunt inſignes hoc bello Romanorum à Turcis copiæ, quibuſdã in faucibus, quæ Cliſura Zybrizæ nũcupãtur: imperator ipſe fortiſſimè dimicãs, toto corpore uulnerib. adfecto, uix incolumis euaſit. Sed tamẽ egregia uirtus Ioãnis Batatzæ nõ multo pòſt damnũ hoc inſigniter reſarciuit.

Quum

Ayuntamiento de Madrid

Quum enim Atapatus Sultani iuſſu cum delectis Turcorum CCIↃↃ CCIↃↃ, & amplius, in fines Romanos ad ipſum uſq; mare graſſatus immaniter fuiſſet, iamq; Mæandrum fluuiũ infinita onuſtus præda traijcere conaretur: Batatzes diuiſis copijs, ac partim in inſidijs abditis, partim in ulteriorem amnis ripam euadere iuſsis, eò loci redegit hoſtes, ut Atapato interfecto, ex tot millibus omnino pauci ad ſuos ſalui reuerterentur. Hoc facto Romanorũ erecti ſunt animi, ac uiciſsim barbarorũ inſolentia repreſſa. Quum aũt ſtudioſè Manuelus ſecum potentiam nationum occidentalium, quæ regi Alemanorum parebant, expendiſſet: ueritus ne illi aliquando ſuum imperium adorirentur, Romæ ueteris Papam contra Fridericũ regem concitauit, hortatus ut quod Pontifici deberetur imperium, uſurpari ab Alemanico principe nequaquam pateretur. Eodem pacto Venetos, Genuenſes, Piſanos, Anconitanos, & reliquos maris accolas ſibi cõciliabat, ſacramento deuinciebat, omnis generis officijs alliciebat, in urbe deniq; perhumaniter excipiebat. Quumq; Mediolanenſium urbem ac munitiones euerſas à Friderico accepiſſet, opem ac pecunias ijs præbuit, quibus muros inſtaurarent. Montiſferrati deniq; ſibi Marchionem adiunxit, eius filio Mariá filia ſua in matrimonium cõceſſa. Quo factum eſt, ut quũ Fridericus Archiepiſcopo Moguntino, cancellario ſuo, in Italiam miſſo, Papæ urbes Italicas adimeret: Montisferratenſis Manueli largitionibus impulſus, Conradum filium cum copijs in Moguntinum ablegaret, à quo profligatis Alemanis, etiam ipſe Moguntinus inter alios captus eſt: Quum autẽ Manuelus ſectatores uitæ ſolitariæ, propter poſſeſsiones & mundana negotia, parũ religioni cultuiq; diuino deditos uideret: nullas eis uineas, nullos agros, nullas poſſ-

Turcorum clades.

Molitiones Manueli cõtra Fridericum Barbaroſſam.

Qui monachos Manuelus habuerit.



Ayuntamiento de Madrid

las poſſeßiones adſignauit: ſed ex fiſco tantũ pendi iußit, quantũ ad uictũ cultũq; corporis ſatis eſſet. Videtur nimirũ cupiditatẽ immodicã ſtruendi monaſteria improbaſſe, ac poſteris exemplũ prodere uoluiſſe, quo pacto tẽpla cõdenda, & quæ hominib. eiuſmodi ratio uiuendi ſit præſcribenda. Tantum aũt abfuit, ut eorũ inſtitutũ probaret, qui ſolitariã uitã profeßi, & opibus adfluunt, & multitudine curarũ magis diſtrahũtur, quàm ij, qui huius uitæ delicijs occupantur: ut ſanctionẽ Nicephori Phocæ, fortißimi & cordatißimi imꝑatoris, olim abolitã, de nõ augẽdis monaſteriorũ latifundijs, quaſi poſtliminio reuocarit. Mortuus eſt tãdẽ, parũ cõſtitutis ordinatisq; reb. imperij, quũ aſtrologis fidẽ habuiſſet, q uicturũ adhuc XIIII annos prædixerãt. Imperauit annos XXXVIII, tribus mẽſibus demtis: ad qd' imperij ſpatiũ, uetuſtũ oraculũ alludere uidetur:

Phocæ imp. l. de monach.

*Tui præbendet te poſtrema nominis.*

λ & η conficiunt XXXVIII.

Nam in græco Manueli nomine poſtrema ſyllaba tantum numerũ cõplectitur. Succeßit ei natus in purpura filius, nimirũ Alexius Comnenus: cuius pueritia reipublicæ pernicioſa fuit. Alexius enim Cõnenus, Protoſebaſtus & Protoueſtiarius, mortui Manueli patruelis imperatrice ſibi conciliata, ſummã in gubernatione potentiã ad ſe tranſtulit: imperatore per ætatẽ ad ſuſtinendã eiuſmodi molẽ prorſus inepto, ſeq; tantùm uenationib. & equitationibus oblectante, quũ etiã prauè ceteroquin educaretur. Hac impulſus occaſione Andronicus, & ipſe Manueli patruelis, (nã eodẽ patre Alexio, Ioannes Manueli, & Iſaacius Sebaſtocrator Andronici pater, nati erãt) homo longè uafirrimus pariter & crudelißimus, ſub aſtuto prætextu, quaſi rẽpublicã & imperatorẽ uindicare ueliet ab inſidijs Protoſebaſti, è Paphlagonia, quò ablegatus à Manuelo fuerat, pro

Alexius Cõnenus imp.

pius

Ayuntamiento de Madrid

pius ad urbẽ accedit: adiũctisq; ſibi uiris in adminiſtratiõne principib. redactũ in poteſtatẽ Protoſebaſtũ excæcat: imperij ꝓcurationẽ in ſe trãsfert: Contoſtephanũ cũ quatuor filijs, Baſiliũ Camaterũ, & alios illuſtres uiros oculis ſpoliat: matrẽ imperatoris necat, cõficto crimine, quaſi ea Belæ regi Hungarorũ, quo cũ nupta ſoror imperatricis erat, prodere Branizobã et Belligradũ uoluiſſet: impatorẽ ſe renuntiat, coronaq; redimit: ac tamdẽ cõſequutus id, qđ iamdudũ animo ſibi deſtinauerat, imperatorẽ Alexiũ capitis ꝑ ſummã iniuriã damnatũ, arcus neruo ſtrangulari iubet. Eius interfecti latus pede tundit, ac parentũ ipſius alterũ ut periurũ & iniuriũ, alterã ut uulgati corporis muliercula cõtumelioſè inſectatur. Hinc auulſũ à corpore caput aliquò abijcitur, trũcus in mare plũbo grauatus demergitur. Fuerat à prima ætate Andronicus inſignis ſcelerũ artifex, multaſq; facinorũ ſuorũ cauſſa perpeſſus ærũnas erat. Nam initio cõſpiratione cũ Hungaris facta, Manuelũ imperio deijcere conatus eſt: quarũ inſidiarũ cõuictus, in magni palatij cuſtodiã datus eſt. Acceſsit & alia captiuitatis huius cauſſa. Quippe Manuelo tres fuere fratres, Alexius, Andronicus, & Iſaacius: quorũ duo priores ante patrẽ obierunt. Ex ijs Andronicus tres filias ſuſcepit, Mariã, Theodorã, & Eudociã. Eudocia marito defuncto nefaria conſuetudine Andronici nõ clàm, ſed palã uſa eſt. Quoties aũt repræhendebatur ob inceſtũ Andronicus, hanc defenſionẽ per iocũ uſurpabat: ſolere ſubditos principũ mores imitari, & aquã ex eodẽ fonte petitã, eundem ſaporẽ referre. Quibus uerbis imperatorẽ Manuelũ perſtringebat, q̃ cũ fratris filia rem habebat. Ii ſales maximopere Manuelum pungebant, & mulieris cognatos in Andronicum intendebant. Itaq; compactus eſt in uincula, ceu diximus:

Andronici Comneni tyranni imperium, & flagitia.



Ayuntamiento de Madrid

Andronicus è carcere primùm elabitur.

quumq; diu quadam in turri iacuiſſet, animaduertit meatum in ea quemdam ſubterraneum, in quem ſemet abdit, obſtructo meatus foramine. Quũ deinde carcerẽ ingreßi cuſtodes hominem nuſquam reperirent, omnibusq; uijs perquiſitis comprehendi non poſſet: uxor eius in turrem, è qua maritus euaſiſſe putabatur, tamquam fugæ ipſius conſcia, conijcitur. Andronicus è cauerna ſe proripiens, & mulierem inopinato cõſpectu territam alloquutus, ex eo tempore diu cum ea uixit in carcere, Ioannemq; filium ibidem mater concepit, quem deinceps pater imperij conſortem fecit. Tamdem elabitur, cuſtodibus propter mulierem factis negligentioribus. Sed rurſus à milite quodam Nicææ captus, in cuſtodiam priore acerbiorẽ, duplicibus ferreis compedibus oneratus, conijcitur. Hoc etiam carcere ſemet eripuit, & Galizam, quæ toparchia Roſſorum eſt, ratione quadam huiuſmodi peruenit. Morbum fingit, ac puero peregrino, cuius opera in corporis miniſterijs utebatur, mandat, ut claues turris clàm ſurreptas, militibus ob largiorẽ potum meridiantibus, cera exprimat. Illarum clauiũ exemplum Manuelo Andronici filio traditur, ut quamprimũ tales fabricarentur, & in amphoras, quibus potus ad prandium ferretur, lineos funes, glomos, & fila tenuia cõijceret. Ita clauſtra noctu aperiuntur, & Andronicus egreſſus in denſo & alto palatij gramine, quo adire nemo ſolebat, ad tertium uſq; diem deliteſcit. Inde funibus per mœnia ſe demittit, & in nauiculam cõijcit. Depræhenſus à ſpeculatoribus, famuli perſonam ſimulat, ex diuturnis uinculis elapſi: de induſtria barbarè loquitur: Græca multa ſe non adſequi fingit. Interuenit & Chryſopolus nauta quidam ex compoſito, datisq; muneribus impetrat à ſpeculatoribus, ut Andronicus tamquam ſeruus

Qui Galizam peruenerit.

fugitiuus

Ayuntamiento de Madrid

fugitiuus ſibi redderetur. Ita ſuas ædes ingreſſus, compedibus ſolutis, equo conſcenſo, Anchialum rectà pergit. Quò quum ueniſſet, à Pupace familiari uiatico ſumto, uiæq; ducibus, Galizam proficiſcitur. Iam metu ſe liberatũ putans, à * Vlachis qui fugam eius ex fama cognouerãt, captus ad imperatorẽ reducitur. Verùm heic quoq; induſtria ſingulari rurſus elabitur. Simulato enim uentris profluuio, frequenter ex equo deſcendit, & alui purgandæ cauſſa ſecedit. Hoc dum noctu interdiuq; ſæpius facit, cuſtodes hac ratione decipit: ſcipionem, cui uelut æger innitebatur, in tenebris humi defigit, chlamyde ueſtit, pileum imponit, ut hominem inflexis genibus cacantem repræſentaret. Id ſimulacrum intuentibus cuſtodibus, ipſe denſum quemdam ſaltum ingreſſus aufugit. Vix tamdem illi dolo intellecto, confectam uiam repetunt, eadem & ipſum fugere arbitrati. Verùm is alio prorſus itinere Galizã peruenit. Ibi perhumaniter à præfecto excipitur, quem ita ſibi deuincit, ut & in uenatu ei adeſſet, & in Senatu adſideret, eodemq; tecto & cibo uteretur. Hanc patruelis fugam & exſilium ignominiæ ſibi eſſe ratus imperator, ac longiorẽ eius abſentiam ſuſpectam habens: (nam ingentem equitatum Scythicum cogere ferebatur, ut Romanorũ fines incurſaret) reuocandum Andronicum cenſuit. Itaq; fide data & accepta, hominẽ arceßit, & Ciliciæ præficit, adiecto Cypri tributo, ad ſumptus facilius tolerandos. Eò profectus, infeliciter rem cõtra Toruſem Armeniũ gerit, prælijs aliquot uictus. Inde ſepoſitis bellicis occupatiõibus, totus amore Philippæ inflãmatur, Petebini filiæ, cuius ſororẽ Manuelus imperator nõ ita pridẽ duxerat. Hac fama imperator attonitus, Andronicũ ob inceſtos amores puniturus erat. Is uerò Manueli minas ueritus, Hieroſolyma ſe confert: & ut

*h.e. Valachis.

Amor Philippæ.



Ayuntamiento de Madrid

Inceſtus cũ Theodora.

homo luxurioſißimus, Theodoram Iſaacij Sebaſtocratoris filiam inceſtat, Balduini Franci, qui Palæſtinæ nuper imperarat, uiduam. Altera hac plaga Manuelus accepta, miſſa ad Cœleſyriæ toparchas aurea bulla, mandat ut Andronicum, hominem inceſtum & ſeditioſum, capiant, uiſuq; priuent. Eæ literæ Theodoræ reddũtur, quibus illa lectis, chartam Andronico tradit. Is cognitis inſidijs Theodoram fraude pellectam, ut ſe non longè comitaretur, ſeu uolentem ſeu inuitam ſecũ abducit. Quum uarias regiones & regulos adiſſet, tamdem ad Sultanum, qui Coloniam, Chaldam & finitima loca tenebat, diuertitur: ibiq; cum Theodora, & duobus ex ea ſuſceptis liberis, Alexio & Irene, ac Ioanne procreato ex coniuge legitima, commoratur: donec ad Manuelum imperatorem redijt. Is enim Theodoram capere ſtuduit, illiusq; uoti per Trapezuntis principem Nicephorum Palæologum compos factus, paullo pòſt ipſum etiam Andronicum Theodoræ amore tamquam eſca illectam, & non mediocri liberorum, quos illa ei pepererat, deſiderio flagrantem attraxit. Mißis enim ad imperatorem legatis, delictorum ueniam & fidem publicam poſtulauit: & utraq; re impetrata, non multo pòſt in urbem reuerſus eſt. Inde Oenæum ablegatur, ut iſtic habitaret, & ex longinquis erroribus ſe recrearet. Eo loco degens, quum Manueli mortem, palatina dißidia, luſus & equitationes Alexij, audiuiſſet: ad urbem reuerſus ea deſignauit facinora, quæ ſuprà commemorata ſunt, tamdemq; malis artibus imperium in ſe tranſtulit, Alexio peremto, qui annum ætatis XV nondum exegerat, trienniumq; regnauerat. Iſta uerò cæde perpetrata, ſponſam imperatoris Alexij Annam, Francorum regis filiam, matrimonio ſibi iun-

Inceſtæ Andronici nuptiæ.

Ayuntamiento de Madrid

bi iungit: nihil reueritus ſenex effœtus ac uietus, uxorem ſobrini adoleſcentulum, nondum annos XI natam per nefas amplecti. Deinde Nicæam, quæ mortuo imperatori fidem ſeruarat, totis uiribus oppugnat. Erant in ea uiri principes, Iſaacius Angelus, qui euerſo Andronico imperium occupauit, & Theodorus Cantacuzenus, cum magna manu militum Andronico infeſtorum, & Turcorum quoque nonnullis copijs. Quum autem interfecto Cantacuzeno, animi Nicænorum fracti eſſent, auctore Nicolao pontifice pax facta eſt, & urbs dedita. Iſaacium Andronicus non incolumem modò ſeruauit, ſed etiam diuina quadam impellente prouidentia collaudauit: quòd maledicentiam Cantacuzeni non fuiſſet imitatus. Pruſam & Lopadium de cauſsis ijſdem obſeſſas, per uim cepit, ac immaniſsimè in omnem ætatem ſexumq; graſſatus eſt. Poſt hæc, Cyprum quidam Iſaacius, Iſaacij Sebaſtocratoris & fratris Manueli imperatoris ex filia nepos, auertit: itémque Comnenus Alexius, eiuſdem Manueli ex fratre nepos, regem Siciliæ Gulielmum incitauit, ut Dyrrachium & Theſſalonicam occuparet: quibus ſanè captis, ingens à Siculis eſt exercita crudelitas. Hinc & Epidamnus, & Amphipolis, & Moſynopolis in hoſtium poteſtatē uenerunt: Andronico per uæcordiam & luxum ſuis non ſuccurrēte. Hiſce malis indies augeſcētibus, de ſucceſſore ſollicitus eſſe cepit Andronicus. quamobrem cognito per artes improbas ſucceſſurū ſibi quemdam, cui nomen eſſet Iſaacio: putabat ipſe quidē illum Iſaacium denotari, qui (ceu dictum eſt) Cyprum occupauerat: familiares uerò Iſaaciū Angelū metuebāt, Andronico prorſus aduerſante. Quapropter conſilio proprio

Nicææ obſidio.

Gulielmus Siciliæ rex.

H 4 Stepha-

Ayuntamiento de Madrid

*Stephanus* Hagiochriſtophorites *, immaniſſimus* An*dronici ſcelerum adminiſter, ad interficiendum* Iſaacium *ſemet accingit: qui tanquam in re deſperata,* Stephanum *anteuertens, ſua manu conficit.* Deinde *ad magnam eccleſiam ſe recipiens, populi confluentis opem implorat.* Is *uerò magis ac magis ſemet armans,* Iſaacium Angelum *imperatorem proclamat, & ad palatium deducit.* Inde *miſſi ſatellites, qui* Andronicum *fugientẽ perſequerentur.* Per*uenerat ille cum* Anna *cõiuge, ac ſcorto quodam* Chelen, *ad* Tauroſcytas *illinc traiecturus. Sed marinis tempeſtatibus aliquoties in litus eiectus, à perſequutorib. cõpræhenſus eſt.* Ad Iſaacium *perducto, poſt uarias contumelias, dextera præciditur.* Poſt *aliquot dies altero oculo effoſſo, ſcabioſo camelo impoſitus, per forum triumphi ſpecie traducitur.* Tum *uerò nonnulli clauas in caput eius impingere: alij ſtercore nares eius fœdare: alij ſpongias excrementis hominum pecudumq́; repletas in faciem eius exprimere: alij uerbis obſcœnis parentes ipſius inſectari: quidam uerubus latera pungere: ſcortũ deniq; quoddam impudẽs ollam feruenti aqua plenam in faciem eius effudit.* Hoc *modo deductus in theatrum, pedibus fune colligatis ſuſpenditur.* Interim *ipſe clamabat,* Domine *miſerere: item,* Quid *calamum contritum infringitis?* Nec *adhuc contentus erat uulgi furor,* Andronico *ſuſpenſo.* Nam *lacerata tunicula, uirilia eius uexata ſunt: & quidam longum enſem per fauces eius ad inteſtina uſq; traiecit.* Duo *quoq;* Latini *generis, enſes ambabus manibus in nates eius adegerunt, ut periculum facerent, uter eſſet acutior.* Poſt *tot ærumnas ægrè uitam abrupit, dextera cum dolore ad os admota: ut multi putarent, eum calidum ex ea ſanguinem ob recentem plagam adhuc deſtillantem, exſugere.* Imperauit

Iſaacius Angelus imp.

Andronici ſupplicia.

Ayuntamiento de Madrid

uit annos duos, quum antea quoq; rerũ potitus eſſet unius anni ſpatio, ſine purpura & diademate. Poſt eius mortem filij quoq;, Ioannes & Manuelus, cæcati perierunt. Hinc Iſaacius in profligandos Siculos intentus, qui iam Conſtantinopoli etiam imminebant, copijs ſuis Alexium Branam ducẽ præficit. Is bello feliciter adminiſtrato, præter ſpem omnium Siculos delet, urbesq́; captas recuperat. Periere Siculorum in bello ſupra CCIↃↃ, in carceribus autem frigore ac fame ad quatuor millia. Duces etiã capti ſunt, Richardus & Balduinus, unà cum Alexio Comneno, belli auctore, cui mox oculi ſunt effoßi. Secundum hæc infeliciter tentata Cyprus, & ſequuti motus * Vlachorum nationis: aduerſus quos nihil rectè geſtum à Ioanne patruo imperatoris, nec à Ioanne Cantacuzeno. Miſſus autem ad debellandos eos Alexius Branas, imperio adfectato, Conſtantinopolim reuerſus obſedit. Verùm non multo pòſt, irrito conatu, cæſus eſt per Conradũ Marchionem Montisferratenſem: cui Cæſaris honorem imperator detulerat, uiro ualde ſtrenuo & forti, maximis largitionibus ex Italia Conſtantinopolim euocato, ut Theodoram imperatoris ſororẽ matrimonio ſibi iungeret. Eiuſdem ſuprà quoq; facta eſt mentio, quòd Moguntinum prælio uictum ceperit. Mortem obijt immaturam, per fraudem à Chaſio quodam occiſus in Palæſtina, ubi præclarum uirtutis & prudentiæ ſpecimen, Ioppe (quam nunc Acconen uocant) & alijs opidis expugnatis, magno cũ terrore Sarracenorum ediderat. Durante adhuc bello contra Vlachos, Theodorus Mangaphas, quem Morotheodorum deinceps uocarunt, occupata patria ſua Philadelphia, fruſtra imperium adfectauit, in perpetuos deinceps carceres incluſus. Fridericus quoq; rex Alemanorum expeditionem ſuſcepit, ad

Siculorum clades.

* qui nunc Valachi dicuntur.

Conradus Montisferratenſis, uir egregius.



Ayuntamiento de Madrid

Expeditio Friderici Barbaroſſæ in Paleſtinam.

Hoſpitalitas Laodicenſiũ.

eripiendam Saracenis Aegyptijs Palæſtinã. Hoc eius iter Iſaacius contra fidem datam impedire conabatur, ſed quũ nihil efficere ſe uideret, tamdem liberũ Alemanis tranſitũ conceßit. Enituit tum erga peregrinos inſignis Laodicenſiũ hoſpitalitas. quapropter ijs Alemani fauſtißima quæq; ſunt à Deo precati, & Fridericus ipſe manibus oculiſq; ſublatis in cælum, genibus humi flexis, orauit, ut quidquid uitæ prodeſſet, quidquid animis ſalutem adferret, à Deo gubernatore huius uniuerſitatis impetrarent. Adiecit hoc quoque, ſi reliquæ prouinciæ Romanorum tam benignè Chriſti milites excepiſſent, ſe illis & opes ſecũ allatas perlubenter fuiſſe daturos, commeatu pacatè accepto, & fines Romanos iampridem fuiſſe tranſituros, haſtis nullius Chriſtiani ſanguine contaminatis. Quũ autẽ Fridericus ingreſſus agrum Iconienſis Sultani, qui & ipſe pacatũ ei tranſitũ conceſſerat, contra fidẽ datam uiolaretur, duob. prælijs Turcos, ad Philomelium, & Cingularium ſic proſtrauit, ut & celebris & formidabilis apud orientales nationes euaderet: præſertim poſteaquàm non longo tẽporis interiecto ſpatio conſimilibus eoſdem cladibus apud ipſum Iconium adfeciſſet, quod ei ſe mox dedidit. Vrbe potiti Alemani, tectis ſuburbanis contenti, & commeatu ſaltem ablato, citra maleficium diſceſſerunt. Hinc ab Armenijs honorificè ſuſceptus, Antiochiam ire in animo habebat: augeſcente indies uiri gloria, & nomine illuſtrato, tum ob prudentiam, tum propter inuictum exercitum, ita ut nullus hoſtis cũ eo cõgredi auderet. Quũ aũt ad fluuiũ quemdam perueniſſet, uorticibus aquarũ ſuffocatur, uir honeſta & perpetua memoria dignus, & iudicio prudentiũ uel in tali obitu felix: nõ eo tantũ, quòd nobili ortus genere, auitũ imperiũ in multas gẽtes obtinuit: ſed ob illud

Turci à Friderico cæſi.

Friderici mors, & elogiũ è Niceta Greco promtum.

potius,

Ayuntamiento de Madrid

potius, quòd ultra omnes omnium gentiū Chriſtianarum principes Chriſti deſiderio flagrãs, patria, delicijs regijs, tranquillitate, beata domi ſuperbaq; cum cariſsimis uita deſpectis, cum Chriſtianis Palæſtinæ incolis ærumnas tolerare maluit. Patre mortuo, filius Laodiceã in Cœleſyria, Berytum, aliasq; ciuitates Syriæ ſubegit, ac pluribus pro Chriſti nomine laboribus exhauſtis, extremum ad Acconem, quam obſidebat, uitæ diem clauſit. Exercitus reliquus nauibus ſuorum Tyri conſcenſis, incolumis ad ſuos redijt. Nec Alemani duntaxat hoc tempore Saracenis, qui Palæſtinam occuparant, arma intulerunt: ſed etiam Francorum * Anglorumq; reges magnis claſsibus Tyrum appulerunt. Quumq; Saracenos nec ipſi urbe ſancta pellere poſſent, infectis rebus domum reuerterunt. In itinere tamen Anglus Cyprum occupauit, capto Iſaacio Comneno Tyranno, de quo ſuprà diximus: inſulamq; pro ſua Hieroſolymitano regi donauit, ut ibi amiſſo regno habitaret. Cæterùm non crebræ tantùm ſeditiones multorum, qui adfectabant imperium, Iſaacium exercebant: ſed etiam Vlachorum natio progreſſa, munitas urbes inuadebat. Anchialum enim uaſtabant, Varnam ſubigebant, Triaditzam ſiue Sardicã delebãt, Stumpio ciues eijciebãt. Tamdẽ in expeditione cõtra Vlachos, magnifico cū apparatu ſuſcepta, quū uenationi eſſet intẽtus Iſaacius: ab Alexio fratre, de quo nõ tantum nihil mali ſuſpicabatur, ſed etiã ſummã ſibi caritatem obſeruantiamq; policebatur: & oculis, et imperio ſpoliatus eſt. Imperauit annos IX, mẽſes VIII, nondū annos XL natus, quū regnū amitteret. Alexius imperator in caſtris deſignatus, omiſſo cõtra Vlachos bello, Conſtãtinopolim redit: ubi quū inaugurat⁹ eſſet, qddã memorabile cõtigit.

Frãcus & Anglus in Palæſtinã abeũt.

*al. Inglorũ.

Cyprum Anglus occupat, & alteri donat.

Alexius Cõnenus imp.

Templo

Ayuntamiento de Madrid

Templo enim egreſſus, quũ conſcẽſurus eſſet equum Ara-bicum: ſeſſorem ille nõ uoluit admittere, ſed oculis ſangui-ne ſuffuſis, auribus erectis, crebrò ſolum pulſans, & ante-rioribus ungulis cum fremitu ſublatis, indicium præbuit, quaſi Alexiũ tergo recipere dedignaretur. Vbi uerò poſt multos poppyſmos & ceruicis palpationes placatus, cre-bros illos gyros & calcitrationes omiſſurus uidebatur: imperator in eũ inſilijt, & habenas præhẽdit. Nihilo mi-nus ille ferocit, nec prius importunè ſaltare deſiſtit, quàm gemmata corona capite imperatoris excuſſa, & ex parte comminuta, ipſum quoq; deieciſſet. Alio equo adducto, fracta corona inauſpicatũ omen uiſa eſt imperij cladium non expertis, & imminentis ruinæ, noxæq; hoſtilis. Poſt hæc imperator Angeli cognomẽto, ſiue ut humiliore, ſiue ut abolendo cum fratre, repudiato: Comnenus appellari uoluit. Tota eius uita mollis fuit, & perpetuò ſecors inge-nium. Omnia de imperatricis ſententia ferè gerebantur, cuius & uirilis erat animus, & prouidẽtia ſingularis: ſed impudica planè uita, quæ ſanè infamia maritum quoq; de-honeſtabat. Hoc tẽpore rex Alemanorum * Ammerigus, Friderici filius, paterno principatu ſuſcepto, Sicilia, & Italia ſubactis, Græcos laceſſebat: quamquam ab aduerſa-rio ſuo, Papa Romæ ueteris, ab inſtituto retraheretur. Po-ſtulabat autem ſibi per legatos reſtitui Romanas prouin-cias ab Epidamno Theſſalonicam uſq;, tamquam belli iu-re nuper à Siciliæ rege ſubactas, cui nunc ipſe ſucceſſiſſet. Addebat offenſas paternas, quòd imperator Manuelus Papam Romæ ueteris contra Fridericũ concitaſſet & ar-maſſet. Itaq; denũtiabat, Romanis aut pacem maxima pe-cunia redimendam, aut bellum ſtatim tolerandum. Quæ autẽ pecunia pacis nomine quotannis pendi deberet, auri

Omen infelicis imperij.

Mutatio nominis.

* al. Henricus Friderici F.

cente-

Ayuntamiento de Madrid

centenarijs L principio æſtimata, poſtremum ad centenarios XVI redacta eſt: quos ut Alexius exſolueret, imperatorum ſepulcris ſpoliatis, ad LXX centenarios a' genti, & auri nonnihil corraſit. Verùm antè, quàm pecunia mitteretur, Alemaniæ rex naturæ debitũ perſoluit: quum grauiſsimè in Siculos, qui ſeditionem cõcitarant, animaduertiſſet. Factionis quidem principem & regem delectum corona iuſsit ahenea redimiri, quæ quũ haberet quatuor foramina, per ea totidẽ clauis capiti eius eſt adfixa. Quod ubi factum fuiſſet: Habes, ait Ammerigus, coronam quam uenatus es: nemo tibi hanc inuidet. Ille uerò mox oborta uertigine, humi prolapſus, exſpirauit. Capta Sicilia, cum ceteris Irene Iſaacij imperatoris filia captiua eſt abducta, & deſponſa fratri regis Alemaniæ Philippo, amiſſo priore coniuge, qui poſt obitum Tancredi patris Siciliæ regnũ obtinuerat. Sequutæ ſunt deinceps grauiſsimæ Conſtantinopolis clades. Nam Iſaacius pridem imperator cum Latinis arcana conſilia de ulciſcendis iniurijs, & euertendo fratre Alexio conferebat, litteris ad Irenen filiam miſsis, Philippi Alemanorũ regis coniugẽ, quibus eam ad opem ſibi ferendam inſtigabat, atq; indè litteras recipiebat, quibus quid agendum eſſet, monebatur. Deinde filius quoq; ipſius Alexius, cuſtodia eductus, liberè quo libuit ambulauit. quapropter de conſilio paterno, Piſani cuiuſdam ope, perductus in Siciliã, ſorori indicatur: quæ iuſto præſidio miſſo, fratrem amplexa, maritum Philippum orat, ut patre ſuo pro uirili opem ferat, & fratrem quoq; iuuet, exſulem & extorrem. Acciderunt & alia mala. nam quum Venetis mercatoribus ex auaricia miniſtrorum imperatoris & cognatorum adimerentur priſca quædam priuilegia, Piſaniq; ipſis præferrentur: à Græcis paullatim ab-

Qui ſeditiõnis auctor punitus.

Molitiones Iſaaci excæcati.



Ayuntamiento de Madrid

alienati, ſe uiciſſim eis per occaſionẽ ægrè facturos oſten-
Dandulus Venetorum Dux. debant. Itaq; Dux eorum Ericus Dandulus, uir prudens, ac prouectæ admodum ætatis, de auxilijs aliorum adſci-
ſcendis cogitat, quos norat à Græcis diſſidere. Quumq; tempus ipſum nobiles quoſdam toparchas, qui Palæſtinã uiſere cupiebant, ſponte obtuliſſet: ſocietatem & fœdus contra Græcos coit. Erant ij, Montisferrati Marchio Bonifacius, Flandriæ Comes Balduinus, Comes S. Pauli Eri-
* Lodoicus. cus, Pleæ Comes * Doloicus, & alij complures audaces bellatores. Claſſe per integrum triennium fabricata, Alexius Iſaacij Angeli F. litteris ueteris Romæ pontificis, & Alemaniæ regis inſtructus, cũ alijs ſe cõiungit, & pecuniarum aceruis ipſorum animos expleturũ ſe policetur, ſi paternum imperium ſibi reſtituerent. Idem ſacramento promittit auxilium contra Saracenos, Latinorumq; religionem amplexus, priuilegiorum papalium renouationem, & Græcorum inſtitutorum mutationem policetur. Hoc
Byzãtij obſeſsio. modo factum, ut Byzantium obſideretur, Alexius fruſtrà tentatis armis Debeltum profugeret, poſt VIII imperij annũ, Iſaacio & eius filio Alexio imperiũ deferretur; Latini rapinis, incendijs, ferro in Byzantinos captos crudeliſſimè graſſarentur. Inter magnas autẽ ſeditiones urbanæ
Alexius Ducas Murzuflus imp. plebis, imperio rurſum Angelis erepto, Alexius Ducas, cognomento Murzuflus ſiue ſuperciliosſus, Nicolaum Canabum imperatorem à populo deſignatum capit, itemq; redacto in poteſtatem ſuam Alexio Iſaacij F. ſibi uindicat imperium. Quum bis Alexio uenenum propinaſſet, quod ille tum ætatis robore, tum antidotis clàm ſumtis uicerat: laqueo tandem ei guttur elidit, menſe imperij ſexto, die octauo. Verùm ne Murzuflus quidem ultra duos menſes & XVI dies imperio potitus eſt, expugnata rurſum à

Latinis

Ayuntamiento de Madrid

Latinis urbe: qui ea capta, de ſuorum procerum numero Balduinum Flandriæ Comitem communibus ſuffragijs imperatorem deſignarunt, agentẽ annum ætatis XXXII, uirum pium, modeſtum, adeò pudicum, ut mulierem inuerecundè nõ adſpiceret, quamdiu à coniuge aberat, & bis qualibet hebdomade ueſperi proclamari iuberet, ne quis in ſuo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigiſſet. Murzuflum hoc imperante Alexius Iſaacij frater, quem Cõſtãtinopoli relicto imperio profugiſſe diximus, dolo cõpræhenſum luminibus orbauit: neq; multo poſt excæcationem idem Murzuflus in Latinorum manus delatus, Byzantiũ reducitur, & ob Dominũ imperatoremq́; ſuũ Alexiũ Iſaacij F. laqueo ſtrangulatũ, in iudiciũ uocatus, capitis dãnatur, nouoq́; ſupplicij genere adficitur. Nã in altiſſimã columnã perductus, inde præcipitatur: & aliquãdiu in pedes deſcendens, deinde in caput ſubuerſus, & humi alliſus, miſerabiliter interijt. Adrianopolim quum obſideret Balduinus, Ioannes Vlachorũ princeps Latinis in inſidias pellectis, egregia potitus eſt uictoria, cæſo Lodoico Bleæ comite, Balduino capto, Dandulo et Herrico Balduini fratre propter acceptã cladem fuga ſibi conſulentibus. Hinc factũ Cõſtãtinopoli decretũ, quo Latini promulgarũt, ſe nemini populariũ ſuorũ inaugurationẽ regni cõceſſuros, niſi morte Balduini prius explorata. Quumq́; hoc modo annũ unũ et mẽſes quatuor rempub. ſine imperatore adminiſtraſſent, audito eius interitu, Herricũ fratrem imperatorem declarant. Eſt autem Balduinus ab Ioanne Myſo crudeliſſimè necatus, quum pedibus & manibus amputatis, reliquum truncum in Vallem profundã abijci iuberet, ubi tertio demũ die uolucrũ eſca miſerabiliter exſpirauit. Herricus imperio potitus, quũ ex ſuis Oreſtiade relictis,

Balduinũ Flãder. imp.

Murzufli pœnæ.

Balduinus à Vlachis capitur.

Herricus imp.

Ayuntamiento de Madrid

relictis, Scytharum & Vlachorum exercitus denuo egredi audiſſet: non hoſtium multitudine territus, nec ſuperiorum bellorum cladibus conſternatus, exire non dubitauit; ut & ſuos conſeruaret, & Græcorum reliquijs ſubueniret. Igitur Adrianopolim profectus, quum Vlachos Latinorum conſpectu, audaciam uſitatam & rei militaris habitum etiam poſt illas ſtrages retinentium, territos uidiſſet: uſq; ad Crenum & Boream eos eſt perſequutus. Inde per Agathopolim, Anchialum uſq; progreſſus, ibiq; caſtris poſitis, & multis rebus geſtis, unde pecunias, homines, pecudum greges, & armenta cepit, ſaluus Conſtantinopolim rediit. Interea uerò, dum Conſtantinopoli regnāt Latini, Theodorus Laſcaris, Alexij Comneni imp. gener, in Aſia ſibi uſurpat imperiū, quam occupare Latini propter Vlachorum bella nō poterant. Quum autem Alexius Theodori ſocer ex Europa in Aſiā profugiſſet, ad Iathatinem Sultanum, Attaliæ principem ſeſe contulit, ut eius ope genero pulſo, rerū ipſe potiretur. Sed irritus hic conatus fuit, Iathatine manu Theodori fortiter præliātis interemto. Quum annis XVIII Theodorus imperaſſet, naturæ debitū perſoluit: Ioanne Duca, qui filiam eius Irenen in matrimonio habebat, ſucceſſore deſignato. Herrico autem imperatore mortuo, Robertus imperio potitus eſt; eius ex Iolanta ſorore nepos: qui fruſtra Ioannem oppugnauit, traiectis in Aſiam copijs Laſcarum duorū cauſſa; qui ſe Ioanni putabant omnino præferendos eſſe. Paullatim uerò potētia Ioannis creuit, in Europam Thraciamq; Roberto parentem traijcientis: unde factum, ut è Bulgaria legati ad eum mitterentur, tam pacis expetendæ cauſſa; quàm ut Imperatoris filio Theodoro, Helenæ Aſanis iunioris, Bulgarorum principis, filiæ nuptias offerrent. Ea

Herricus Vlachos fugat.

Theodorus Laſcaris imp.

Ioannes Ducas imp.

Robertus Imp.

legatio

Ayuntamiento de Madrid

legatio rata fuit, & congreſsi circa Cherſoneſum Imperator & Aſan, Helenam Aſanis F decem annos natam, Imperatoris filio impuberi adhuc, Theodoro Laſcari iuniori, deſpondent. Is deinceps mortuo patri, qui XXXIII annis regnauit, in imperio ſuffectus eſt: neq; diu rerum potitus, Ioanne filio ſex annos nato, hærede relicto, uiuendi finem fecit. Michaelus autem Palæologus, qui iamdudum etiam uiuo Theodoro res nouas molitus fuerat, in ſe rerũ ſumma translata, Ioannẽ oculis ſpoliat. Recuperauit idem Conſtantinopolim, cui tum quartus ex Flandris imperator præerat, Balduinus ſecundus, Roberti iam mortui frater. Itaq; rurſus imperij forma quædã per Michaelum eſt conſtituta, Latinis prorſus ex Græcorum ditione pulſis, præter exiles reliquias, in Peloponeſo adhuc hærentes. Quumq; non tutum, nec paci accommodatum eſſe uideretur Michaelo, turbam opificum & mercatorum ex Venetis, Piſanisq; conſtantẽ, quæ pulſis Latinis remanſerat, intra urbem unà cum Genuenſibus, perpetuis ipſorum hoſtibus, degere: Galatã Genuenſibus adſignauit, e regione ſitam, merciũ immunitate conceſſa, quã antea quoq; promiſerat, urbe nondum potitus, ſi per eos in illa recuperanda iuuaretur. Mittebantur his magiſtratus domo certis temporibus, qui ius dicerent, ſuisq; præeſſent. Ac Veneti quidem ſuum appellabant Baliuum ſiue curatorem, Piſani Conſulem, Genuenſes poteſtatem. Balduinus Flander, periculo Conſtantinopolitano liberatus & elapſus, in Italiam quum perueniſſet: cum rege Neapolitano Carolo, Gallorum regis fratre, qui Conradinum Sueuum legitimum eius hæredem regni trucidarat, adfinitatem iunxit: illius filia filio ſuo deſponſa, ſperans eius opibus ſe Conſtantinopolim recuperaturum. Sed ea cupiditas atq; conaltim

Theodorus Laſcaris iunior imp.

Michaelus Palæologus imp.

Cõſtantinopolis recuperatio.

Ayuntamiento de Madrid

*tus irritus omnino fuit.* Imperante Palæologo, XXV die Maij, anni IↃↃ CIↃ IↃ CCLXXV, *ſub horā ante meridiem tertiam, luna ſolem obſcurauit, fuitq́; tota eclipſis punctorum ferè* XII. *Tantæ autem ſub eius medium ortæ ſunt tenebræ, ut multæ ſtellæ apparerent: quæ nimirum maximas* Romanorum *calamitates, à* Turcis *imminentes, portendebant. Secundum hæc imperator* Andronico *filio* Annam Pannoniam *deſpondet, ſimulq́; ipſum inſignibus imperij ornat, quum promiſiſſet dato iureiurando, ſe piè ueneraturum eccleſiam, & priuilegia ipſius inuiolata conſeruaturum: patri autem nunquam inſidiaturū. Quum aūt* Carolus *rex* Neapolis *magnos apparatus faceret in gratiā* Balduini Flandri, Palæologus *domeſtica in illum bella cōmouit, magna pecunia finitimis,* Siculo *rege ac* Venetis, *ad bellum illi faciendū concitatis.* Præterea *legatos ad* Papam *mittit, de ineunda ueteris & nouæ* Romæ *eccleſiarū concordia, modò is* Caroli *expeditionē auerteret. Ea legatione à* Papa *benignè audita, cōcordiæ rationes initæ ſunt, cuius hæc fuere capita:* Primum, *ut in ſacrorū uoluminū hymnodijs,* Papæ *cum quatuor* Patriarchis *mentio fieret.* Alterum, *ut liceret cuiuis* Romam *ueterem, quæ curia maior & perfectior eſſet, appellare.* Tertium, *ut illi principatus in omnibus deferretur.* Huic *cōcordiæ principiò* Byzantini *aduerſabantur, ſed paullatim mitius ſenſere, poſteaquàm* Ioanni Beco Chartophylaci *fuiſſent exhibiti* Blemmydæ Nicephori *libri, qui de iiſdem aduerſus* Latinos *controuerſijs* Ioanne Duca *imperante cōſultus, multa ſcripſerat.* Hoc *modo factum, ut* Becus, *qui dudum acerrimè* Latinis *aduerſabatur, mutata ſententia, uictoriam faceret ambiguam, patriarchicoq́; ſolio conſcenſo, ad intimam* Imperatoris *amicitiam admitteretur.*

Eclipſis ſolis.

Qui Carolū imperator repreſſerit.

Palæologi cū Papa concordia.

Becus qui patriarcha factus.

Ayuntamiento de Madrid

*feretur. Mortuo autẽ Michaelo, Andronicus filius in im-perio ſucceßit: quo regnante, Turcorũ principes, Carma-nus Aliſurius, Sarchanes, Calames, Ceraſus, Atman, (qui & Otomanus) Amuriiq; filij, prouincias Aſiaticas Græ-cis ademtas, inter ſe partiti ſunt. Aduerſus hos arceßiti ſunt ex Hiſpania Catelani Ronzerio Duce, magnis pro-mißis præmijs, ſi Turcos à Græcorum finibus auerte-rent. Quum autem re contra Turcos feliciter geſta, non numerarentur eis ſtipendia, de quibus conuenerat: conuer ſis in ipſos Græcos armis, Aſiã depopulati, rurſus in Eu-ropam traiecerunt. Quumq; Calliupoli occupata, Ronzé rium Cæſaris honore prius ab imperatore ornatũ, ad po-ſtulanda ſtipẽdia ſua Oreſtiadẽ, ubi Michaelus Andronici F. imp̃ator deſignatus id tẽporis agebat, ablegaſſent: iuſſu Michaeli Ronzerius ad ipſam regiam Græcis à militibus eſt interemtus. Qua cæde nuntiata, Catelani ſeſe bello pa-rare, Græcorũ bona diripere, Thraciam peruagari, Mi-chaelum aperto prælio ad Aprum (opidi hoc in Thracia nomẽ eſt) ſternere, uictoria freti Macedoniã inuadere, ſu-peratisq; montibus & conuallibus, quæ Tempe nuncu-pantur, in Theſſaliã irruere. Quũ aũt minimè laceſſendos Theſſali Catelanos ſtatuerent, datis pecunijs & uiæ duci-bus impetrãt, ut eorũ finibus excederent. Igitur in Bœotiã delati, ab Athenarũ Thebarumq; Duce tranſitũ per eius fines pacatũ petunt. Ille cum faſtu & deriſu Catelanis eo-rumq; poſtulatis ſpretis, per autumnũ & hiemẽ uires ſuas ad uer uſq; colligit. Itaq; Catelani ueris initio nõ procul à Cephiſo flumine caſtris poſitis, hoſtẽ opperiebantur. Erãt eorum equites CIↃ CIↃ CIↃ IↃ, peditum CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ. Dum hoſtium aduentum exſpectant, omnem illam terrã arant, ubi pugnare decreuerant: deinde obdu-*

Andronicus Palæologus imp.

Catelanorũ res in Aſia & Græcia geſtæ.

Catelanorũ ſtrategema.

I 2 cto uallo

Ayuntamiento de Madrid

*cto uallo, & actis flumine foßis, totam planitiem ſic irrigant, ut ſtagnaret. Vere medio regionis princeps cum magnis copijs aderat, equitum* IↃↃ. CIↃ CCCC, *peditum amplius* IↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ *ducens. Et erat ipſius opinio arrogantiaq; longè maior. Sperabat enim, ſe Catelanis uictis, omnia Byzantium uſq; ſuam in poteſtatem redacturum. Quumq; planiciem inter ſuos & hoſtes interiectam, multo gramine uirentem conſpexiſſet, nihil eorum quæ acta erãt, ſuſpicatus: cũ equitibus in eos fertur, extra campum in procinctu ſtantes. Sed priuſquã Attici mediã ad planiciem peruenirẽt, equi ueluti uinculis impediti, madefacta terra ad greſſum audaciorẽ ſubſidẽte, partim unà cum equitibus in luto uolutantur, partim ijs excußis temerè in campo ferũtur, partim pedibus demerſis ordine adſtabant. Quibus rebus animati Catelani, telis hoſtes circũuentos internecione delent, & cũ equitatu fugientes Thebas ac Athenas uſq; perſequuti, urbes ipſas cũ opibus, uxoribus, & liberis hoſtium ex improuiſo capiunt. Ceterùm mortuo filio Michaelo, Andronicus nepotẽ ex eo ſuũ, Andronicũ iuniorẽ, longè ſibi carißimũ, imperatorẽ deſignauit. Is uerò dominandi libidine ductus, auum longo tẽpore uarijs ærumnis exercere nõ deſijt: donec ei tamdem imperiũ extorqueret. Quo facto, cuſtodiebatur in Palatio ſenior Andronicus: præq; ſenio perpetuiſq; moleſtijs & lacrymis amiſſo uiſu, quorumdam aulicorũ intemperia poſtremùm habitu monaſtico induitur, mutatoq; nomine, deinceps Antonij appellationẽ accipit. Poſteaquàm ad ſe tranſtuliſſet imperiũ Andronicus iunior, intellecto, Nicæã ab Orchane Turco, Bithyniæ principe, obſideri: traiectis in Aſiam copijs, hoſtem adortus, inſigni clade adficitur, maxima ſuorũ parte amiſſa. Eodẽ Andronico imperante,*

Clades Atheníenſium ducis.

Thebis & Athenis Catelani potiuntur.

Andronicus iunior, auo detruſo, imper.

*Seruio-*

Ayuntamiento de Madrid

Seruiorũ quoq; natio Cralem (hoc eſt, regem) ſuum, qui diutiſsimè regnarat, ab adminiſtratione remouet. Deinde filio patri ſubſtituto, ſenem in carcere ſuffocat: inuito fortaſsis illo, ſed tamẽ cõniuente ac tacente. Senior aũt Andronicus anno ætatis LXXIIII, mortuus eſt: qui ab initio imperij eius quinquageſimus erat. Iunior annos XLV uiuendo nõ expleuit, mortuus anno poſt occupatam Conſtantinopolim, & ereptum auo imperium uigeſimo. Quũ autem moreretur, reliquit Ioannem filium natum annos XII: tutoremq; adſignauit ei, Cantacuzenũ, uirum opulentũ, & magna potentia ſubnixũ: ut puerũ tutaretur, & curaret ad eam uſq; ætatẽ, quæ regno gubernando idonea foret. Vbi uerò Andronicus exceſsiſſet è uiuis, non multo pòſt, urgentibus & poſtulantibus Græcis Cantacuzenus tutor ad regnũ allectus eſt, puero tamen nulla iniuria adfecto. Quumq; ſibi ad finẽ illum Cantacuzenus feciſſet, ut imbellẽ contemtui habuit: ſpem omnẽ in Græcis quantum ad regnũ retinendũ attinebat, ponens. Deinceps aũt, quũ regno pupillũ ſpoliaſſet, Orchaniq; filiã uxorẽ dediſſet: eũ & amiciſsimũ, & familiariſsimũ in poſterũ expertus eſt. Orchani, qui XXII annos regnauerat, Suleimanus filius cũ Amurate fratre ſucceſsit: quorũ ille mox cõtra Cantacuzenum arma mouit. Verùm nõ multò pòſt utrimq; pax facta eſt, & fœdus initũ, ut coniunctis copijs bellũ Bulgaris inferretur. Quod quũ aliquãdiu Suleimanus geſsiſſet, nec opidis etiã Thraciæ, quæ Græcorũ iuris erant, abſtinuiſſet mortuus, heredem regni belliq;, fratrẽ Amuratẽ relinquit. Præerat tum Bulgaris Suſmanus Alexandri F. qui legatis ad Amuratẽ miſsis, pacẽ ac fœdus impetrauit: data ei filia in matrimoniũ, quã excellenti forma præditã habebat. Ceterũ Ioannes Palæologus Andronici iunioris F. ubi

Crales à ſuis necatur.

Ioan. Cantacuz. imp.

Ioannes Palæologus imp.



Ayuntamiento de Madrid

adoleuiſſet, impio recuperato, Cantacuzenũ expulit, monaſtica ueſte induit, mutatoq́; nomine Matthæũ appellari iuſsit. Erant Cantacuzeno filij duo, quorũ natu maiorẽ pater imperio deſtinabat, minorẽ Manuelũ Mizithræ ſiue Sparthæ ducẽ fecit. Maior patre à gubernaculis ſummoto, ceu diximus, ad Rhodi principẽ, quẽ magnũ Magiſtrũ uocãt, profugit: ubi quũ fruſtra ſe recuperationẽ imperij ſperare cerneret, ad fratrẽ in Peloponeſum ꝓfectus, deinceps priuatus uixit. Ioannis Palæologi imp. filio Andronico, Suſmani filia uxor data eſt, cuius ſororẽ habebat Amurates. Andronici fratres erãt Demetrius, Manuelus, & Theodorus, q Amuratis caſtra ſequebatur. Quũ aũt in Aſia ꝑ abſentiã Amuratis mota fuiſſet ſeditio, eiusq́; cõpeſcendæ cauſſa copias illuc traieciſſet, ſumto ſecũ Ioanne imperatore: utriuſq; filius, Sauzes et Andronicus, cõmunicatis cõſilijs eripere parentib. imperiũ decreuerũt Quapropter in Europã illi reuerſi, filios in poteſtatẽ redactos excæcarũt, Ioãne feruidũ acetũ ſui oculis infundẽte. Secundũ hæc territus Ioannes Turcorũ ſucceſsibus, auxiliorũ impetrandorũ cauſſa ꝓfectus eſt Venetias: ubi quũ nihil effeciſſet, in Galliã et Angliã abijt, ſpe itidẽ irrita, q Carolus VI rex tumultib. ſuorũ diſtineretur. Itaq; reuerſum Venetias, dimittere mercatores Veneti ꝑ ſummã inſolẽtiã noluerũt, niſi pecuniã creditã ituro ad Galliæ regẽ, unà cũ uſuris reſtituiſſet. Hac de cauſſa quũ ad filiũ Andronicũ, quẽ Cõſtãtinopoli ꝑ abſentiã ſuã præfecerat, ſuos ablegaſſet, nec ab eo quidq̃ extorquere poſſet: Venetijs hærere diutius coactus fuiſſet, ni Manuelus alter filius, q Theſſalonicã adminiſtrabat, è ſua præfectura coactis numis, Venetias ad patrẽ ueniſſet, eũq; liberaſſet. quo qdẽ ille facto patrẽ arctiſſimè ſibi deuinxit, Andronico deinceps grauiſsimè ſuccẽſentem. Amurates illato Triballis, eorũq; principi, cui Lazaro no-

Supplicia filiorũ rebellium.

Imp. Cõſtantinop. in Italiam & Galliam proficiſcitur.

Manueli pietas in patrẽ.



Ayuntamiento de Madrid

plebeia filio imperatoris nupta 424
Plotini dogma 97
pluit argento ſub Aureliano imp. 343. cinere, ſub Leone magno 367. puluere, ſub Heraclio 385. tritico, ſub Probo & Floriano impp. 343
Plutarchi locus 181. de Eutelida locus 79
Poculũ & matula ex eodẽ uitro, prouerbium 334
pœnitẽtia nulla cõceſſa diabolo 146. & quare. ib. 147
Polyeuctus patriarcha 425. à quo conſecratus. ibid.
Polyeucti patriarchę & Nicephori Phocę lites 429. 430
polypus à ſaxo quõ auellatur 51. cur à Ponto abſtineat. ibid. de uentorum motu præſagium 48
polypi natura 51
populi ſeditio 450
Porphyrius cetus captus 376. 377
Porphyrij de genijs opinio 149
portentũ ſub Alexio Cõneno 471. ſub Argyropulo 439. ſub Cõſtãtino 346
portenta 411. ſub Botaniate 467. ſub Comneno 456. ſub Heraclio 365. ſub Mauricio 381. cõplura ſub

Ayuntamiento de Madrid

ra ſubDiogene 461.462.
uaria ſub Michaelo 445
Poteſtates 105.107
Poteſtatum uox quid ſignificet 107
prædici quædam poſſe 40
præfecti non facilè mutandi 326.327
precari bene, quid 262
preſterē corpora attacta adurere 42. & quare. ibi.
primigenorum cædes, decima Aegypti plaga 213
Principatus 105.108
Principatuũ uox quid denotet 107.108
Prion, ceti ſpecies 49
proboſcis elephanti 72
Probus & Florianus impp. 342. ſub his pluit tritico 343
Proclus patriarcha 363
Procopia Nicephori F. nupta Michaelo Rangabo 400.401
Procopij locus 377
Prodigium 402
Prodigium & calamitas ingens ſub Gratiano 355
Prodigiũ ſub Argyropulo 439. ſub Iuſtiniano 374. ſub Leone philoſopho 418
Prodigia cur modò nulla fiant 163. quæ Hieroſolymorum excidiũ præceſſerint 332
prodigiorum magicorũ & uerorũ diſcrimina 216
per Prodigia diuinitùs profecta, pręſentia & futura declarari & prædici 459
prodigia infidelibus, nō fidē habentib. ſeruire 164
prolepſis uſitata literis ſacris 142
Prometheus quando uixerit 227
propheta. uide Vates.
ſupra Prophetas cæteros præſtantia Moſis 215
Prote inſula 464
prouerbium 88.334
prouidētia in hominis formatione 159.160
abſq; Prouidētia in reb. humanis nihil fortuitò geri 190
à Prouidentia, non à natalicio ſidere, res humanas gubernari 36
prudētię humanę & brutorũ ſolertię diſcrimen 89
pruinarum ortus 12
Pſalmi an oēs Dauidis 250
Pſalmorũ cōcentus à quo inſtitutus 351
Pſalmorum Dauidis repurgatio 255 (250
Pſalmos pangendi occaſio
Pſelli locus 239.255
pſitac⁹ Leonē deplorat 416
Pſomtophanicus dictus à Pharaone Ioſephus 201. qd ea uox ſignificet. ibi.
Ptolemæus refutatus 185
Ptolemæus Lagi F. Alexandro defuncto, Aegyptũ ſortitus 283
Ptolemæi tredecim 283



Ayuntamiento de Madrid

ptyadis ſerpẽtis natura 80
Publio monachus 354
pudicitiam ſuã mulier quę dam egregiè tuetur 443. 444
pueri ſeruati miraculum 380
de Puerperarum pollutionis tempore, Theodoriti locus 294. item Cyrilli. ibid.
puerperarum purificationis lex 294. eiuſdem ratio. ibid.
Pulcheria uirgo 363. ſoror Theodoſij 365. fratrem corrigit. ibid.
purpuræ inuẽtor quis 194
puſtularũ exulceratio, ſexta Aegypti plaga 211
Pyronis chronographi error 113
Pythagoras quando uixerit 282

Q

Quercinus ſerpens 80
Quid cani cũ balneo? prouerbium unde 88
Quinctilis menſis, qui poſtea dictus Iulius 285
Quintilius imp. 342. eiuſdem interitus. ibid.
Quo pacto, non habere locum, ubi Deus eſt 127
Quo pacto, uox in reb. diuinis miſſa facienda 126. 127

R

Raguelus cognomento Iothorus 208
ranarum ortus 61. ex aquis ſcaturientium illuuies, plaga Aegypti ſecunda 209. 210
ranas à reptilib. uenenoſis nihil differre 210
Raphaeli appellationẽ ex Tobiæ narratiõe eſſe cognitam 239
Rapſacis blaſphemiæ 269
ratio in homine quantum operetur 71
regnum ſepultura præclara 372
regni Aegyptiaci duratio 285. finis. ibid
regnorum Iudaici & Iſraelitici duratio 277
remora piſcis 50
Renoualia Byzãtij quo anno celebrata 346
reprehenſorum magna ubertas 367
rerum humanarum uices 414
reſurrectionis beneficium quale 137. 138
reſurrectionis Chriſti hora incerta 312
poſt Reſurrectionem apparitiones Chriſti 313. Chriſtus cur non mox ad cœlos aſcenderit 312. 313
reſuſcitationes mortuorũ octo 322
Richabus & Baneas, Memphiboſeti interfectores, à Dauide morte plectuntur 247
Robertus imp. 496

Roboami

Ayuntamiento de Madrid

Roboami regnum 259
Rogerius Siciliæ rex 479
Roma ab anſerib. ſeruata 60 (ma.
Roma noua. uide NouaRo
Romę impuritas 185. origo 195. imperij finis 368
Romanus Argyropulus. uide Argyropulus.
RomanusArgyropulus imper. 438. initiò ſe rectè geſsit 439
Romanus Boilus ad dignitatis gradum ſublimem euectus 452
Romanus Conſtantini F. imp. 426
Romanus Diogenes imp. 460. uide Diogenes.
Romanus Lacapenus imp. 421. fit Conſtãtini imp. pater. ibid.
Romanus imperio ſpoliatur 424
Romani arrogantia 440. fraus 422, mors. ibi. perfidia 423
Romani Lacapeni & Symeonis Bulgari congreſſus de pace 421
Romanorum cædes 480. clades 441
Romanorũ & Græcorum concordia 508. contra eandem tumultus 509
Romanis cur Deus Iudęos ſubiecerit 310. tributarij Saraceni 441
à Romanis defectio urbiũ Syriæ 440
Romulus à quo educatus 195. Romę extructor. ibi.
Romulus & Remus fratres, ibid.
Rõzerius Catelanorũ dux 499
rores unde oriantur 12
roſarũ odor inuiſus uulturib. & ſcarabæis 69
roſis cur additæ ſpinæ 15
Roſsi religionem Chriſtianam amplexi 417. 418
Roſſorum motus 450
rotæ curruum, imago inſtabilitatis rerum humanarum 414
Rupertus Francus q̃uo ab Alexio deceptus 470. eiuſdem in Græciam traiectio. ibid.
rupicapræ natura 89
ruta q̃uo fiat acrior 18. ſerpenti Libyco inuiſa 69

S

Sabbatius monach9 402
ſabbati uiolatio prima in Hierichuntis obſidione 225
ſabbato nihil faciẽdum operis 223
Sabellius in concilio II. damnatus 378. quando uixerit 340
ſacerdotes priſci fœderis cur Leuitę: noui, Clerici appellentur 193
ſacerdotium uetus quantũ à nouo ſuperetur 188
Sadduceorum ſectæ origo 277



Ayuntamiento de Madrid

Saites dux Choſrois 385. quo ab ipſo punitus, ibi.
Salema, quæ & Hieruſalem 187
ſalſè dictum 431
Samaritanorum ſectæ origo 277
Samonas patricius 419. eiuſdem ruina 421
Samſon cur à uétre matris robuſtiſsimus 231. Dalilę Palęſtinæ amore captus 229.
Samſon & Elias uiolatores legis 233. 266
Samſon & Hercules coætanei 228. ultimus Hebreorum iudex 231. uox quid ſignificet 228
Samſonis animus uirilis 228
poſt Samſonis obitũ Iſraelicos totis annis quadraginta nullius paruiſſe imperio 239
Samſonis pblema 233. res geſtæ 228. 229. inde.
Samſoni unde ſitis maxima 229 (246
Samuéli anima an excitata
Samueli Bulgari mors 437
ſanctorum corpora multa cur reſurrexerint 322. 323
Santabarenus à Leone offenſus 416. eiuſdem præſtigiæ 415
Saporis Perſarũ regis proceritas 430
Saraceni Romanis tributarij 414
cõtra Saracenos expeditio 440
Sarbarus Perſarum rex 347
Sardanapali mollities 193. eiuſdem interitus. ibid.
Sardeca eadem cum Triaditza 348
Sardicenſe concilium. uide Concilium Sardicenſe.
Sara coniũx & ſoror Abrahami 184
Saturnus, ſiue Cronus, unde oriundus 179
Saulus rex 241. quandiu regnũ obtinuerit 247. quátum ſupereminuerit oés Iſraelitas. ibi. unde oriũdus 241. forma præditus longè præſtantiſs. ibid.
Sauli exitus 246. hiſtoria 241. 242. inde.
Saulum malus inuadit ſpiritus 243. 244
ſcarabæis roſarũ odor inuiſus 69
ſcarum inter piſces ſolum ruminare 47
Schimas gigas 225. 227
ſcientiæ lignũ, arbor. uide Lignum, Arbor ſcientię.
ſcientię lignum unde ſic dictum 141. 142
ſcorpij ſtimulus 72
ſcorpij apud Brachmanas maximi 198
Scriptura S. uide Literæ S.
Scripturã S. quot annis illuſtrârit enarrationib. Origenes 33
ſcriptorum diuerſitas 369



Ayuntamiento de Madrid

Scylitzes.uide Ioan.Scylitzes.
ſcylla planta inuiſa lupo. 84
σιβάζεσθαι quid 285
ſeculum eruditum 282
Sedecias in Babylone annos xxvj.captiuus detentus 277
ſeditio contra Alexium Comnenũ 472.contra Ioannem Comnenum 476
ſeditio Erotici,&c.uide Erotici,&c.ſeditio.
ſeditio populi 450
ſeditio Seruiana,& Romana clades 449
ſeditionis author quomodo punitus 493
Sela & Ada uxores Lamechi 169
Seleucea à quo cõdita 283. unde dicta. ibid.
Seleucus Nicanor, Alexandro defuncto, Syria & Palæſtina potitus 283
Seleuci poſteri. ibid.
Semeius homo planè ſeditioſus 251
Semiramis nupta Nino F. 179
Semiramidẽ mœnibus cinxiſſe Niniuen 180
Senacheribus à proprijs filijs interfectus 259
Senacheribi per Rapſacen blaſphemiæ 269
ſenſuũ uis in animalibus. 69
Senuphius uir ſanctus 358.
eiuſdem baculo & pallio uincuntur hoſtes. 359
ſepiæ obſcurandi ſemet artificium 75
ſeptimanæ dies ſextus cur Paſchæ præparatio ab Euangeliſta dicatur 302. 303
Septimanarũ inuentor Sethus 168
de Septimanis annorum apud Danielum 286
ſepultura Chriſti cur triduum complexa 312
ſepulturæ Chriſti dierum cõputatio 310.311. inde.
Seraphi 105.107
Seraphorum nomen quid ſignificet 107
Serapidis fanum 349. euerſum 358
Serapio mathematicus. 340
ſericum apud Romanos fieri cœptum 377
ſerpens infeſtus pelecano. 61. qũo iuueneſcat 179. qũo ad fontem accedat. ibid.quî uulnera ſua ſanet 68
ſerpentis aſtutia quæ imitabilis 78
ſerpentis & murænæ coitus 53
ſerpentis irati effigies 144. natura qualis 82
ſerpenti Libyco inuiſa ruta 64
ſerpentes cur graui odore extin-



Ayuntamiento de Madrid

extinguantur 65. cur hyeme terram ſubeant 82
ſerpentum coitus. ibi. genera uaria 79. 80. pugna 347
ſerpentib. infeſta ibis 207
ſerpentes à ceruis deuorari 76. cornu ceruino exanimari 66
de Serpentibus 78
Seruchus à Noa octauus. 180. 181. ſimulacrorũ formandorũ inuentor 180
Sethus pro Deo habitus 168. quid inuenerit. ibid. quo ætatis anno mortuus. ibid.
Setho nupta Aſua 162
Seueriani locus 92
Seuerus Acephalus 379
Seuerus imp. 338. Zeuxippum balneũ extruit. ibi.
Seueri de angelorum creatione opinio 111
Sextilis menſis, pòſt Auguſtus dictus 285
ſexum fœmineum dimidia parte uirorum indoli cedere 161
ſexuum nullũ fuiſſe diſcrimen, ſi homo uita angelica non excidiſſet 144
Sibylla Aethiopum regina 256. quõ Solomoné tentârit. ibid. quid Solomoni donârit. ibid.
ſiccitas magna ſub Michaelo 444
Sichemus Emoris filius Dinam Iacobi filiam ſtuprat 201
Siculorum clades 489
Sidon à quo condita 187
ſideri natalicio cunctæ eſſe ſubiecta dicere, conuicium in Deum 36. 37
ſidera num hominum mentes regant 156. 157
per Siderum commiſtioné & diſtantiam an res humanæ omnes adminiſtrẽtur & regantur 36. 37
de Siderum magnitudine, uariæ Philoſophorũ opiniones 28. 29
de Siderum motu cognoſci, terram in medio uniuerſi eſſe ſitam 7. 8
ſiderum motus cur cognoſcendi 34
de Siderum natura, Anaxagoræ, Diogenis, Anaximãdri, Xenophanis, Philolai deliria 27. 28. obſeruationibus, Baſilius 34
ſiderum reſpectus nautis neceſſarius 35
ſideribus nomina indidiſſe Sethum 168
ad Sidera referendáne ſit cauſa illorum, quæ pueris præter naturam accidunt 158. 159
ſignorum cœleſtium inuentor Sethus 168
Silueſter 345
ſimile 25. 78. 79. 84. 115
ſimile ab anatomia illuſtre 214
Simon Lazari pater 298

Simo

Ayuntamiento de Madrid

Simo magus in aera ſubuolat 329. Petri precibus deijcitur. ibid. quando uixerit. ibid.
Simonis magi canis. ibid. præſtigiæ 216
cum Simone mago diſputatio Petri 329
ſimulacrũ qd Origeni 226
ſimulacra, piaculum & offendiculum in Scripturis appellata 257
ſimulacrorum cultus origo 180
Sinæus mons 217. bis à Moſe adſcenſus. ibid.
ſiphon uentus unde dictus 9
Sirachides quando uixerit 284
Sirenes ſub Mauricio conſpectæ 381
in Sirido monte poſt diluuium columna lapidea reperta 179
Siſaræ interitus 227
Smerdis magus rex 282
Sodoma ubi ſita 185
per Sodomorum incendiũ cuius admoneamur 173
Sodomitarum conſuetudo uiuendi flagitioſiſsima 184
ſol abſq; radijs ſub Iuſtiniano 376. an terrã ſubtercurrat 43.44. inde. Chriſti imago 33. cur die quarto conditus 25. cur ſubſtiterit 271.272
ſol & luna quomodo luminaria dicãtur magna 29
ſol, omnium quę motus & cauſas naturales habẽt, author 22. quomodo diei & noctis cauſa 26. quomodo diei habeat imperium 25
ſolis eclipſis ſub Baſilio 435. ſub Michaelo Palæologo 498. ſub Phoca 432
de Solis magnitudine, diſcrepantes ſententiæ 28. 29
ſolis miraculum Ioſuę præſtitum 225
ſoli obſcurationem, non defectum accidere 33
ſolem & lunam cur deficere uelit Deus 33.34
ſolem pari interuallo ad quaſuis terræ partes inhabitantes accedere 7. quomodo Scripturę magnum appellent 29
Solomon an in ſenecta pœnitentia ſit ductus 259. interfector fratris Orniæ 251. quid à Deo poſtulârit. ibid. 252. quo pacto genijs impauerit 255
Solomonis ad ſimulacra deflexio 257. liber de genijs 255. libri de gẽmis. ibid. libri qdã exuſti 254
de Solomonis magicis, Ioſepi locus 255
Solomonis pietas & religio initiò ſumma 252
ex Solomonis præſcripto




Ayuntamiento de Madrid

expulſus genius 255
Solomonis regnum 251. 252.regni duratio 258
Solomonis ſententiarum tria, odarũ quinq; millia 254. ſolium 259. ſtatua à Iuſtiniano in templo à ſe extructo collocata 375 uxores & concubinæ quot 258
Solomoni coætaneus Homerus 257. nationes omnes ab Euphrate ad Nilum uſq; quamdiu tributariæ 256. 257
Solomonem omnes omnibus rebus ſuperaſſe 254
à Solomone multa didiciſſe medicos. ibid.
ſomnum quid conciliet 16
Sophiæ uirtus 380
Sophocles quando uixerit 282
ſpectrum ſub Cõneno 456
ſpinæ cur roſis additæ 15. quando natæ. ibid.
Spiritus S. cur decimo die poſt aſſumptionẽ Chriſti datus 314. cur quinquageſimo die miſſus. ibid. cur deſcenderit in Chriſtũ 295. cur in Apoſtolis conſediſſe dicatur 315
à Spyridone uictus Eulogius 348
ſtatua imperatricis ab Antiochenis deiecta 358. ob magnetem penſilis. ibi.
Stauracius imp. 400. eiuſdem exitus. ibid.
ſtella, productis Magis ad Chriſtum, cur deinceps conſpici deſierit 292
ſtellam Magis quæ apparuit, fuiſſe angelum. ibi.
ſtellis erraticis nomina indidiſſe Sethum 168
Stephanus quando martyrium ſubierit 317
de Stratonico narratio Dioſcoridis 77
ſtrutocamelus cur non uolet 64
ſturnos cicuta ueſci 16
ſubditorum in Auguſtum amor 287. in Phocam odium 430
ſubſtantiæ identitas in Trinitate indiuidua 288
ſues ſilueſtres in anno ſemel cicures bis parere 86
Sultanus à Francis captus 414. eiuſdem ſapiens dictum. ibid.
Sultani dictũ prȩclarũ 463
Sultani & Diogenis colloquium. ibid. modeſtia. ibid. uictoria 462
ſupplicationes à Mauricio inſtitutæ 382
Suſes gigas 225. 227
ſuturas capitis cur plures uir habeat 161
Symeon Metaphraſtes 343. Stylites 367
Symeoni Bulgaro uita magicè adimitur 422
Symmachus quando uixerit 338

ſynodus.

Ayuntamiento de Madrid

ſynodus. uide Concilium.
ſynodus Chalcedonenſis quarta 367. τοπικὴ 366. ληστρικὴ. ibid.
Syriæ urbes à Romanis deficiunt 440

T

TAbanus auis 64
Tacitus imp. 342
talentum quid 256
talionis pœna 226.263. 389.390
Tamberlanes Scytha 504
Tarſus unde dicta 194
Tatianorum error 167
tauros ad ficum domari 18
à Tauris cur lunæ currus trahatur 30
Tempe 499
temperamentorum in corporibus diuerſitatis ratio 101.102
temperantia quid 102
tempeſtatis indicia 48
templum ſecundũ ſub Dario Hyſtaſpis F. perfectũ 282
templum uetus, imago cœli 253.254
templi Solomonici extructio 252.253. quo tempore facta. ibid. quot annis abſoluta 278. ſecundi quot. ibidem. & per quos. ibid.
templi ſtructura magnificentiſsima per Iuſtinianum 372.373. perfecta 374
tẽporis mẽſura à nocte 27
tenebræ tactiles, nona Aegypti plaga 212.213
de Tenebris, terrã uniuerſam occupantibus, Chriſto patiente 305.306
terra cur particulatim ornata 20. cur poſterius à Deo creata 23. in uniuerſi loco medio quaſi ſuſpẽſa 7.8. parẽs & altrix hominum 20. quomodo à nobis cõpleatur 115. quõ de fundamento ſuo non fuerit mota, cœlo non agitato 3
terræmotus cauſæ 8
terremotus ſub Alexio Comneno 471. ſub Baſilio 435.436. ſub Conſtantino Duce 459. ſub Iuſtiniano 376. ſub Iuſtino 371. ſub Michaele Paphlagone 444. ſub Theodoſio Calligrapho 362. ſub Tiberio 326
terræ mugitus ſub Arcadio 359
Tertullianus 328
teſtibus quæ animalia careant 53
teſtudo quomodo ſeipſam curet 68
teuthis, tempeſtatis indicium 48. piſcis cuiuſmodi. ibid. etiam malaciũ dictus. ibid.
Thabor mõs ubi ſitus 299
à Tharbide Aethiopum regina Moſes adamatus 207

N 7 Thebis

Ayuntamiento de Madrid

Thebis & Athenis potiti Catelani 500
Theodora imperatrix 453. eiuſdem interitus 454. à filio Michaelo reiecta 410
Theodora Paphlagonia nupta Theophilo imp. 404
Theodora Iuſtiniani coniunx 375
Theodoræ animus magnus 372. imperatricis nauis cremata 404. eiuſdem dolus 405
Theodoræ ſtructura 375
cũ Theodora inceſtus Andronici 486
Theodoriti & Gẽnadij de angelorum creatione opinio peculiaris 110
Theodoriti locus 25.45. 110. 147. 183. 246. 250. 260.264.269.277.321. locus de puerperarum pollutionis tempore 294
Theodoriti Therapeutice 110
Theodorus in exilium actus 400. reuocatur 403. Laſcaris imp. 496. iunior imp. 497
Theodorus quando uixerit 342. eiuſdem dogma hæreticum. ibid.
Theodori & Ioan. imp. fratrum diſcordia 510
Theodoſius Calligraphus imp. 362. eiuſdem interitus. ibid.
Theodoſius magnus imp. 355
Theodoſius III. imp. 391
Theodoſij de liberorũ educatione cura 356. factum egregium. ib. indoles fraudis expers 365. liberi 356. ꝓceritas 355. 356. uirtutes occultæ, & priuata exercitia 364
inter Theodoſium & Eudociam diſcidij occaſio 363.364
Theophanes pontifex Nicænus 407
Theophanis uerſutia 422
Theophanonis & reliquorũ paricidarũ pœna 433. perfidia 432. uirtus 419
Theophilitzes herus Baſilij Macedonis 413
Theophilus imp. 404. imagines auerſatus 405
Theophili imp. fides 404. mors 408
à Theophilo imp. organũ muſicum repertum 405
Theophobi cædes 408
Theophylactus Romani F. 422
Theophylacti locus explicatus 292.293. patriarchæ ſtudia ꝓphana 425
theriaca ad ſerpentũ morſus ſanandos imprimis conducibilis 82
theriacæ confectio 81. inuentor quis 82
ad Theriacas uſus uiperarum unde cognitus 81.82

theſ-

Ayuntamiento de Madrid

thermarum diſcrimina 23
de Thermis, Patricij ex Pionio locus. ibid.
Thermutis Pharaonis filia 206
Theſſalonica à quo condita 195
Theſſalonicæ ciuium cædes 357
Tholmeus gigas 225.227
Thomas impij affectator 403. eiuſdem uires. ibi. interitus, ibid. 404
Throni 105.107
Thronorum uox quid ſignificet 107
Thucydides quando uixerit 282
thyella uentus 9. eiuſdem cauſa. ibid.
Tiberias à quo cõdita 326
Tiberi9 Apſimar9 imp. 390
Tiberius Cęſar 326. eiuſdẽ regni duratio. ibid.
Tiberius quot annos imperauerit 318
Tiberius Thrax imp. 381
Titus imp. 333. leporis marini eſu à Domitiano fratre necatus 334
Titi beneficentia. ibid. erga hoſtes Iudæos commiſeratio. ibid.
Titi & Domitiani fratrum diſsimilitudo. ibid.
ſub Tito Iudæorũ natio in poteſtatem redacta 333
Tityi fabula 155
Tobæi ætas 239
Tobiæ ætas. ibid. hiſtoria 237.238
tonitru quomodo fiat 43
tonitrų cur prius fulgur percipiatur 43
tonitrua horrenda ſub Iuſtiniano 376
torpedinis natura 50.51
torpedinem piſcatores lædere 51
Traianus imp. 335. iuſticiæ amans. ibid.
Traiani humanitas 335. 336
traiectionum ortus 41
transformatio Chriſti in monte Thabore quãdo facta 299
cum Triaditza eadem Sardica 348
tributũ iniuſtiſsimũ ab Anaſtaſio ſublatum 370
Trinitatis indicatio 95
in Trinitate identitas ſubſtantiæ indiuidua 288
trullæ ruina 381
Trypho patriarchatu deiectus 423
tunicis pelliceis à Deo induti Adam & Eua 151
turbo uentus 9. eiuſdem cauſa. ibid.
Turci à Frider. Barbaroſſa cæſi 490. necem Diogenis ulciſcuntur 465. ſub Ioanne Comneno uicti 476
Turcorũ clades 481. excurſiones ſub Alexio Comneno 474. incurſio 470. prædationes 452

turris

Ayuntamiento de Madrid

turris Babylonica quo tempore extructa 177. quot annis in eadem laboratum. ibid.
turturis natura 57
turtures elleboro ueſci 16
typhon uentus 9. eiuſdem cauſa. ibid.

V

Valens aſtronomus 346
Valentis crudelitas 354. eiuſdem interitus. ibid.
Valentinianus imp. ibid.
Valentiniani ad Valentem fratrẽ pium reſponſum. ibid. aquæductus. ibid.
Valẽtini & Manis error 154
Valerianus imp. 341
uates non omnia ſciuiſſe 249
uaticinatio per peluim 195
uaticinium 414.419.420
uentriculi cerebri 161.162
ueneris præpoſteræ cauſa luxus 185
uentus quid 8
uenti anniuerſarij 9. principales quatuor 8. qui uehementiſsimi. ibid. uehementes ſub Alexio Comneno 474
ueritas uino, rege, femina fortior 277.278
Veſpaſianus imp. 333
ueſpertilio quadrupes & uolucris 60. ſola auium habet dentes. ibid.
ueſpertiliões cur noctu acrius uideant 84
ueſtimẽtorum amictus cuius nos admoneat 118
ueſtes de lanis ouium cur primis hominibus fieri uoluerit Deus 118
uictoriæ omen 285
uiperarum natura 78. ad theriacas uſus unde cognitus 81.82
uiragines in expeditione Conradi Cæſaris 478
uir cur plures habeat capitis ſuturas 161
uiri boni imago ceruus 75
uirorum indoli cedere dimidia parte ſexum femineum 161
uirtus res præclara 174. in ipſis etiam barbaris 328
uirtutis & glorię comes inuidia 372
non uirtutẽ animi, ſed corporis proceritatem admirari homines 247
uirtutum loco non eſſe habita patrib. naturalem mãſuetudinem, prudentiam, &c. ſed naturalis cuiuſdam beneficij 102
uiſum ſolitario oblatum 394
uitæ conſentanea mors 425
uitæ cuiuſq; duratio unde 153
Vitellius imp. 333
uitis folium cur ſectum 17
Vlachorũ irruptio 491
Vngarorum partes ſequuti Græci 510
de Vnicornu 85

in Vni-

Ayuntamiento de Madrid

in Vniuerſi medio quaſi ſuſpenſa terra 7.8
uolucres cur aquis gaudeant 55. quo differant à piſcibus. ibid.
uolucrum aliæ liberæ, aliæ duci ſubiectæ. ibid. 56. cũ natatilibus cognatio 55. quæ κακόποδες. ibid.
uolucres non eſſe ἄποδας. ibid.
uoluptas ad quid naturæ indita 153.154
Voluſianus & Gallus imperat. 341
Vriæ interfecti ultor Deus 249
Vrieli angeli ſtatio inter aſtra 167. appellationem nec priſci nec noui fœderis libris contineri 239
urſus quî uulnera ſua ſanet 68
urſorum natura 88. urſæ partus. ibid.
uulpes quomodo ſeſe curet 68
uulpeculæ aſtutia 84.89
uultur triennium prægnãs 58
uultures tantùm feminæ. ibid.
uulturum procreatio. ibi. ſenecta. ibid.
uulturibus roſarum odor inuiſus 69
uultures è uento concipere 58. exercitus comitari 60. unguento roſaceo necari 59
Vzica natio uerſus Occidentem 458

X

XEnophanis de natura ſiderum deliria 28
Xiphias cometes 421

Z

ZAcharias Barachiæ F. 268. Ioiadæ pontificis F. lapidibus obrutus 267.
Zambres 216
Zebedæi, filiorumq́; eius inopia 297
de Zebedæo, eiusq́; filijs diſcrepantes ſentẽtiæ 296. 297
Zeno Iſaurus imp. 368
de Zenone exemplum 394
Zeuxippum balneũ à quo extructum 338
Zimiſches imperator 433. à Polyeucto patriarcha ab ingreſſu Eccleſiæ prohibitus. ibid. in Orientem pergit 434. in palatium per corbem attractus 433
Zimiſchis imperat. mortis occaſio 434. eiuſdẽ interitus 435
ad Zimiſchem Ioſephi literæ 429
Zoe Argyropulo nupta 439. mulier ſalax marito inſidiatur 442
ex Zoe Carbonopſia Leoni philoſopho filius natus

Ayuntamiento de Madrid

tus 419
Zonaræ locus 195.400.
412.416
Zoroaſter Perſarum aſtronomus 179
Zorobabelus Salathieli F. ex Iudaica tribu regnũ occupat 278.279
Zorobabeli hiſtoria 277.
278
Zunaites Smyrnę princeps 506
Zygenæ, ceti ſpecies 50

*INDICVM FINIS.*

## ERRATA TYPOGRAPHICA ſic emendabis.

*Pagina* 12, *linea* 17 *ſuperna* 19.13 *ſint.* 22.27 *aurus* 35.
19 *portendunt.* 49.20 *eos* 63. *ult. propter* 66.25.
*terra* 69.13 *ut &* 97.19 *adfectionum* 98.1 *brutam.*
102.11 *hic* 137.3 *non tantùm non corp.* 141.10 *ne qũi*
*rat.* *ibid.*12 *Eamdem in ſent.* 142.1 *nuncupatus,* 187.
17 *parte* 195.28 *Philippus* 216.7 *permiſit* 219.10 *tam*
*quam homicidam* 281.10 *Baltaſarus* 282.22 *Zorobabe*
*lus* 283.26 *cui* 286.13 LXIII *ſeptimanarum comp.*
287.29 *marmoreani* 291.27 *Magis* *ibid.*28 *eis* 292.
4 *inſtitionem* 299.3 *aduertito, quòd mul.* 346.21 *Ab*
*ſoluta* 371.16 *Vandilorum* [*& ſic deinceps quoq;.*]
373.*penult.* *protomaiſtoris* 374.7 *illinc* 377.2 *mari*
387.*penult.* *Moamethi* 401.17 *uaccæ leonisq;* 432.18
*ſubruebat.* 453.2 *capeſſum iret.* 460.20 *enim nubes*
*te* 486.18 *illectum* 501.16 *adfinem*

Ayuntamiento de Madrid

BASILEÆ,

EX OFFICINA EPISCOPIANA,
per Euſebium Epiſcopium & Nicolai Fr.
hæredes. Anno Salutis humanæ
M. D. LXXII. Menſe
Septembri.

Ayuntamiento de Madrid




Ayuntamiento de Madrid

# ANNALES
# CONSTANTINI
## MANASSIS:

NVNC primùm in lucem prolati, & de Græcis Latini facti, per

IO. LEVVENCLAIVM.

EX IO. SAMBVCI V. C. bibliotheca.

*Acceßit* INDEX *Rerum & uerborum locupletiß.*




Cum Cæſ. Maieſt. priuilegio ad annos X.

BASILEAE,
EX OFFICINA EPISCOPIANA.
M. D. LXXIII.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

IO. LEVVENCLAII

# AD ILLVSTREM
## ET GENEROSVM COMITEM
*Arnoldum, Benthemium, Tecleburgicum, & Stenfurtenſem, Redæ ac Vueuelichauæ dominum, in annales Conſtantini Manaſsis,*

## PRAEFATIO.

QVEM ante menſes aliquot, domine, quū publice Glycanis annalibus adiuncturū me pollicebar, tum peculiariter honori famæq́; tuæ nuncupaturum: eum nunc tamdem, ut promiſſo meo ſatisfiat, in lucem extrudo: Conſtantinum inquam Manaſſem, qui hactenus in tenebris bibliothecarū delituit, nec inuenire quemquam potuit, cuius opera iucundæ lucis uſuram reciperet, ac libere per hominum ora uolitaret. Erit fortaſſe non nemo, qui tot iam ſcriptores annalium Græcos, ex eorum numero, qui poſterioribus ſæculis uixere, publicatos dicet, Zonaras, Nicephoros, Nicetas, Cedrenos, Scylitzas,

Ayuntamiento de Madrid

Laonicos, Gregoras, ceteros, ut de pluribus laborare non debeamus: ſed ego uel unam ob cauſſam dignum Manaſſem iudicaui, qui poſt alios indicatos modo, & ipſe cum ſtudioſis litterarum & hiſtoriarum hominibus communicaretur. Nam quod alijs eſt in more policeri prima fronte librorum, tradituros ſe uia quadam, rationeq́ue compendiaria, ſeriem hiſtoriarũ integram: id equidem uere dicere poſſum, à nemine Græcorum eſſe præſtitum, quorum quidem ad nos monumenta peruenerint, ſi ſolum hunc Conſtantinum excipias. Nihil enim hoc eius commentariolo reperiri breuius poſsit, quo pagellis ſane quam paucis uniuerſa rerum ab orbe condito maximis in imperijs geſtarum ſeries ſuccincte admodum eſt cõpræhenſa. Sunt autẽ omnia Græce perſcripta uerſibus, quos de more politicos ſiue ciuiles uocant, nõ ijs illigatos legibus, quibus priſci poetæ ſunt uſi: quæ me cauſſa perpulit, ut adſentiente Sambuco, v. c. qui exemplaria duo ſuppeditauit, oratione ſoluta & perſpicua noſtrum hunc auctorem annalium interpretarer: præſertim quum id carminum genus Latinis in litteris

teris

Ayuntamiento de Madrid

teris antehac nemo tentarit, atq; etiam dubitari non abs re poſsit, an operæ ſit pretium, illorũ uſurpatione Latinos numeros uelut ampliari. Quo tempore Conſtantinus uixerit, de prooemij lemmate colligi poteſt, deq; iunioris Theodoſij uitæ deſcriptione. Facit enim mentionem Manueli Comneni Auguſti, Ioannis Pulcri F. qui præter alios, Andronicum fratrem habuit, ante patrem mortuum, quo cum nupta fuit iſthæc Irene, cui libellum hunc ſuum Manaſſes inſcripſit. Itaque noſtram hanc ætatem annis plus minus CCCC anteceſsit. Et fuiſſe uidetur aulicus, ac fortunę mutationem expertus, æmulorum inuidia: de qua peſte, aulis uſitata, quodam in loco peracerbe queritur, ſeq; tentatum ab ea grauiter ſignificat. Cur autem Conſtantinum hunc meum & pridem tibi mittendum ſtatuerim, & nunc offeram: cauſſas habeo, domine, quæ ubi me recenſente cognitæ fuerint, ſpero nõ te modo meũ hoc inſtitutum probaturum, qui nullo merito meo magna me beneuolentia complecteris: uerumetiam alios exiſtimaturos, neminis rectius, quam tuo nomini, ſcriptorem hunc annalium dicari debuiſſe.


Ayuntamiento de Madrid

debuiſſe. Primum communis utriq; natio, communis eſt patria: quo uinculo, ſecundum propinquitatis gentilitatisq́; iura, uix eſſe aliud arctius poteſt. Et in hac communi patria tantum inter reliquas illuſtres familias caput (ut poetæ uerbis utar) extulit ea, quæ ortum tibi præbuit,

*quantũ lenta ſolent inter uiburna cupreſſi.*

Nam ſiue ſpectemus antiquitatẽ, à multis repetitam ſeculis, quę inter ornamenta familiarum poni ſolet: ſiue uirtutem maiorum, quæ ueram æmulis auitæ gloriæ poſteris laudem conciliat: ſiue religioſam erga Deum pietatem, quæ una totius rerum uniuerſitatis bona ſuperat: quam gentem ex non paucis, ceteroqui nobiliſsimis, in occidentali uetereq́; Saxonia noſtra, cum Benthemia & Stenfurtenſi, (quæ paterna) & Tecleburgica (quæ materna tibi eſt) comparemus, nullam equidem uideo. Quod ſi propiora libet intueri, ueteribus & remotis à memoria noſtra ſilẽtio præteritis, tanta fuit Conradi Tecleburgici, aui tui, erga homines uirtus, erga Deum religio: ut Aemilij Probi de priſco illo Thraſybulo, quo cum ei nomẽ in lingua noſtra com-

munc

Ayuntamiento de Madrid

mune fuit, elogium ipſi rectiſsime tribuendum exiſtimem: nimirum ſine dubio neminem ei fide, conſtantia, magnitudine animi, & amore in patriam, præferendum. Nam & primus apud nos ueritatis, ex longo interuallo mortalibus æterni numinis beneficio reſtitutæ, profeſsionem egregia cum iudicij acrimonia, & magnitudine animi prope ſingulari, ſuſcepit: & in ea propugnanda tam conſtanter ſeſe geſsit, ut fortunarum adire diſcrimen maluerit, quam ab ſemel agnita cæleſti ſapientia, doctrinaque, uel latum unguē diſcedere. Nota eſt agri Lingiani, & longe munitiſsimi caſtelli auerſio, quod hodieque per uim, armata manu, retinetur ab inuaſoris herede: quam quidem ille iacturam forti & æquo tulit animo, paratus etiam ceteras ditiones potius in periculum conijcere, quā deſerta ſentētia ueritatis ad errores abſurdos redire. Quum huius immortalem tu gloriam in cultu uirtutis, & propagatione religionis ſacroſanctæ, ceu nepotem frugi decet, æmulandam magno tibi ſtudio propoſueris: non abs re captandam mihi putaui occaſionē compellandi te publice, quam me commo-


Ayuntamiento de Madrid

diorem ea, quæ nunc ſemet offerret, nõ facile deinceps habiturũ uerebar. Nam tametſi fortaſsis aliquando futurum ſpe rem, ſi uitam mihi longiorem Deus optimus maximus conceſſerit, ut à me tibi munus aliquod illuſtrius, teq́; dignius, exhibeatur: tamẽ hoc nunc promendum duxi, ut non ita pridem declaratæ erga me humanitatis memoriam me ſingulari cum ueneratione retinere perſpiceres. Præterea feci hoc eo quoque lubentius, quod Falkeburgius ille tuus, idemq́ue meus, ſe prædem obtulerit, omninoq́ue futurum promiſerit, ut ſtudium in dicando tibi Manaſſe meo gratum & acceptum haberes. Denique nequaquam committendum putabam, ut hac ætate tua, qua litterarum ſtudijs totus occupatus es, non aliquid etiam adiumenti tuum ad inſtitutum ex me caperes: qui maximopere optarem, generoſam illam indolem tuam ad eam educationis perfectionẽ peruenire, de qua patriæ quidem fructus amplißimus, tibi uero preclara exiſtimatio ad optimos quoſque, ac poſteritatem in primis, famaq́ue perpetua ſit exſpectanda. Nam quum duæ potißimum res ſint, quæ res



Ayuntamiento de Madrid

& magno principibus in republica uiris ornamento ſunt, & à primis annis curæ debent omnibus eſſe, quotquot loco ſupra mortales ceteros excelſo ſunt orti, liberalis doctrinæ cognitio, & rei equeſtris ac militaris uſus: earum hanc alteram ſuo tempore ſatis mature de magnorum & excellentium domi uirorum conſuetudine præceptisq́ue percipies: illam ut hac potiſsimum ætate maximo conatu tibi comparares, ab illuſtri generoſiſsimaq́ue matre, ANNA Teclebur gica, procul à paternis ſedibus ablegatus es, & ijs commendatus uiris, qui felix ingenium tuum informando deducere ad optatum illum, deſtinatumq́ue uotis tuorum finem, compendio quaſi quodam poſsint. Debes autem perſuadere omnino tibi, ſemper magnos & claros homines has duas artes coniunxiſſe: nec ad parandam ſolidam gloriā hac certiorem ullam, magis'ue directam uiam eſſe. Dionem mihi Syracuſanum uide, qui à Platone percepta gubernandæ reipublicæ, atque omnis officij ratione, profectus in patriam, non tyrannum imperio tantum deiecit: uerumetiam alias res inſignes tam domi, quam militiæ, gesſit.



Ayuntamiento de Madrid

geſsit. Epaminondas Thebanũs ex Lyſiæ Pythagorici ſchola prodijt ad capeſſendam rempublicam, & eam nactus eſt è re militari gloriam: ut fractis Laconũ uiribus, obſcuræ prius patriæ principatũ Græciẹ totius adquireret. Exſtant etiam hodie Xenophontis Athenienſis libri, qui uir à Socrate philoſophiæ præceptis imbutus, ampliſsimas deinceps copias duxit, & præter alia, cõmentarium quoque de re equeſtri nobis reliquit, abunde probantem, quantum in illis exercitationibus prẹſtiterit. Alexander Macedo, cui ob rerum geſtarum amplitudinem Magni cognomẽ datum eſt, à prima pueritia præceptore uſus Ariſtotele, de Philippi patris conſilio, pœne adoleſcens Perſicum imperium euertit, & uictricibus armis ad eas uſque nationes penetrauit, quas uel recenſere commemorãdo difficile fuerit. Mitto C. Iulium, mitto Germaniæ noſtræ decus, Carulum illum magnum, mitto Fridericum II: uixere nõ impares illis patrum noſtrorum memoria, Tarraconenſis Alfonſus, Maximilianus Cæſar, Franciſcus Galliæ rex: qui & ipſi de duabus ijs rebus, quas aiebam modo, non exiguam ad omnẽ poſteri-



Ayuntamiento de Madrid

ſteritatem gloriam conſequuti ſunt. Magnus Megalburgiorũ princeps ante non multos annos extinctus eſt in ipſo ætatis flore, qui ab Arnoldo Burenio, uiro clariſsimo, & tua in ditione nato, ſic inſtitutus erat, ut etiam ad Ciceronianę dictionis puritatem feliciter accederet: ac nihilo minus eam equeſtris diſciplinæ noticiam haberet, ut eximia quędam de præclaro iuuene patria ſibi policeretur. De his exemplis, domine, ſatis opinor perſpicis, quam laudabilis ſit in hominibus magnis, & magna ſpectantibus, Muſarum (ut ita dicam) Martisque coniunctio. Sicut autem accuratam omnium rerum doctrinam in tui ſimilibus nõ requiro, ita plane uelim tibi perſuadeas, nihil æque uobis rempublicam aliquando geſturis eſſe neceſſarium, atque noticiam hiſtoriarum: ad quas percipiendas uti uiam tibi quamdam munirem, Conſtantino te meo donare uolui, qui craſſiore (quod aiunt) Minerua, & ſuccincta breuitate ſeriem rerum ab initio mundi ad ſuam ætatem uſque geſtarum apud nationes præcipuas, contexuit. Eum ut benigne excipias, oro: ſimulque uelim cogites, eſſe tibi dandam operam, ut ali-



Ayuntamiento de Madrid

quando maiorum uirtuti reſpondeas, & exſpectationi laudatiſſimæ matris, matris dico? immo tuorum, immo totius patriæ ſatisfacias. Non enim dubitare debes, coniectos eſſe in te noſtræ nationis oculos; qui unus in ijs locis & auorum gloria, & relictarũ ab eis ditionum amplitudine, & ipſius indolis bonitate, complures ordinis ætatisq́; tuæ ſuperas. Vt autem omnia feliciter & ex animi ſententia cedant, opto tibi diuinitus donari mentem, quæ agenda perſpiciat: & uoluntatem, quæ recte animaduerſa, decretaq́ue, perficere conſtanti ſtudio conetur.

Ayuntamiento de Madrid

# NOTATIONES LOCORVM quorumdam, in quibus nonnulla deſunt in aliquibus Manaſsis exemplaribus. Nam ea, quæ Sambucus miſit, non parum ab integritate Italici noſtri multis in locis ſuperantur.

PAg.13.linea 17.Poſt illa uerba, Cum ipſo filij filiæq; nauigabant:additur in quibuſdam exēplaribus, Itemq; uxor, & uxores filiorum,& filiarum ſponſi. Quod poſtremū ſane ſacris in litteris non eſt traditū, ſicut & alterum illud, quod ait,filiorum uxores,ſuperfluum eſt: quia dixerat,filij filiæq;: ubi filiarum nomine nurus accipiuntur. Hac de cauſſa nos iſthæc uerba maluimus omittere.

Pag.15.l.23.Poſt hæc uerba, Ipſi potādo & ſaltando dies totos conſumebant:in nonnullis ſubijcitur, Quūq; inſanus idolorum cultus incrementa ſumeret, uniuerſa natio in errorem extremum prolapſa fuit.

Pag.19.l.11.Poſt hæc,fugitiuus euadebat,ſequūtur in nōnullis talia:Fortuna hic uſus proſpera, uniuerſis in Aſia gentibus cum imperio poteſtateq; præfuit.

Ibid.l.13.Poſt uocem Babylonios, hæc adijciuntur in alijs: Et obœdientes dicto reddidit etiam Iudæos, eorumq; metropolim longe celeberrimam, nimirum Hieroſolymam, in ſeruitutem redegit,ac primum reges Iudaicos uectigales fecit.quū autem ab eo defeciſſent,reuerſus infinitis cum copijs,(quippe ſuperabat arenam hic Nabuchodonoſoris exercitus) urbem felicē beatāq; de fundamētis euertit,& omnes ſanguinis,etc.

Pag.65.l.3.Poſt illa uerba de Valentiniano,In prœlijs animoſus & fortis,ſequitur in quibuſdam: Quum duodecim annos imperaſſet.

Ibid.l.21. Poſt, Gratiani fratri tradidit, addendum ex alijs: Qui tribus tantum annis Romæ ueteri præfuerat.

Pag.76.l.2 .Poſt uocem,Nemus,addendum ex alijs: Vbi præcla-

Ayuntamiento de Madrid

præclare ſex annis potitus ſceptris fuiſſet, terram terræ, animam Domino redidit.

Pag.78.l.28. Ad illa, filiam ſuam, ſubijcito: Cui nomen erat Areadna.

Ibid.l.ult. Poſt iſthæc, Auus imperium tradidit, ſequuntur in alijs exemplaribus talia: Atq; inde correptus inteſtinorum morbo, uitam amiſit, imperio Romanorum duobus de uiginti annis adminiſtrato.

Pag.80.l.13. Hæc ita legũtur integrius quibuſdã in libris: Quippe Zeno XVI annis regno potitus, uiuendi finem fecit. Quum autem is uitam cum corona reliquiſſet, &c.

Pag.81.l.17. Hæc etiã ſic ſupplenda ſunt: Fulmine tactus, uiuendi finem fecit, annis in imperio XXVII exactis.

Pag.83.l.8. Poſt illa uerba, Deliria ſectabantur, addendum: Hoc modo nouem annis imperio potitur.

Pag.93.l.10. Poſt, extinctus eſt, adijce: Adminiſtrato quatuor annis imperio.

Pag.97.l.25. Poſt, Amicus dirarum, hæc addito: Quum tyrannidem totis annis octo per uim obtinuiſſet.

Pag.101.l.17. Leguntur hæc in alijs hoc modo ſolidius: Secundum hæc Heraclius annis XXX imperio adminiſtrato, uitã cum corona reliquit. Coacto aũt à natura Heraclio, etc.

Pag.103.l.12. Addendũ heic quoq; tẽpus imperij Conſtantini IIII de alijs exemplaribus, hoc modo: Vbi XVII annis imperio præfuiſſet, iam moriturus, Iuſtinianum, &c.

Pag.109.l.4. Interſerenda ſunt heic tempora imperij tam Apſimari, quàm Iuſtiniani Rinotmeti, quæ ſic nonnullis in exemplaribus ſunt expreſſa: Ceterùm Apſimarus ſeptẽ annis intermedijs regnauit, Iuſtinianus autem alijs XVI annis.

Ibid.l.9. Poſt illa uerba, Ex quo deiectus imperio fuerat, hæc adijcito: Quippe duob. tantũ annis regni guſtũ percepit.

P.111.l.1. Supplebis hũc locũ ita: Quũ labra tantũ imperij melle madefeciſſet, palatũ uerò eius dulcedine perluere nõ potuiſſet: quod nimirũ biẽnio ſolũ deguſtaſſet. Reb. Romanis, etc.

Pag.

Ayuntamiento de Madrid

Pag.116.l.14.Poſt illa uerba, Boum oſsibus canumq́; per-miſta concremauit,adijcienda ſunt hæc: In hunc modum an-nis ubi XXXIIII regnaſſet,ad orci ſupplicia iuſto iudicio detruſus eſt.Quum uero tamdem,&c.

Ibid.l.17.Poſt uerbum,relinquit,addito: Poſt annum im-perij quintum,Irene,&c.

Pag.120.l.21.Poſt illa uerba,mercedem tribuit,ſequuntur hæc alijs in exemplaribus:Contigit aũt ipſi longo tẽpore tam ſoli, quam cum filio Conſtantino imperio frui, nimirum ad XVII annos.Igitur imperij rota,&c.

Pag.124.l.27.Poſt hæc uerba,Nec flagris eorum corpora uiolabat,deſunt non pauci uerſus,quos latine cõuerſos adſcri-bemus. Prœlijs aliquot infeliciter cõmiſsis,cepit Agarenis ri-diculus uideri,qui Romanorum phalanges ſæpius perrumpen-tes,& earum duces captiuos abducentes,imperatorem formi-doloſum & mollis animi uirũ nuncupabant.Ea res Michae-lo magnos animi dolores,ærumnas,adflictionesq́; peperit. Ni mirũ horrendæ ſceleratæq́; impietatis morbo laborabat, qui eum ab oculis Dei ſecludebat.Quum igitur alijs poſt alia ma-lis premeretur, maris inſtar cum ſtrepitu irruentibus, etiam grauior quædam tempeſtas incubuit, eiusq́; cor ueluti nauim onerariã ſuccuſsit.Thomas enim ille,cuius antea mẽtionẽ,etc.

Pag.125.l.14. Supplenda ſunt hæc in hunc modum: Mi-chaelus aũt exceſſurus è uita,quum annis octo Romanis præ-fuiſſet,Theophilo filio,&c.

Pag.136.l.23.Legũtur hæc in libris integrioribus hoc mo-do:Quapropter craterem letiferum Michaelo miſcet, regno per XIIII annos potito,ac imperium occupat.

Pag.147.l.28. Addes quædam ex libris rectius deſcriptis, hoc modo: Tamdem exactis in imperio quinq; annis abſq; ſo-cio & perturbatione,uitæ finem facturus,&c.

Pag.153.l.2.Deſunt heic etiã imperij Phocæ anni. quapro-pter locus integer ex aliorũ exemplariorum erit auctoritate: Diuina quædã uerba pronũtiantẽ interficiũt,ſextũ iam annũ imperantẽ.Hoc modo iuſti,etc.



Ayuntamiento de Madrid

Atq; hæc annotare lectorũ in gratiam libuit, quæ minime nobis diſsimulanda uiderẽtur. Eſt autem maxima ceteroquin etiam uarietas exemplariũ auctoris huius, & multis in locis alij quoque uerſus deſiderantur, quorũ omiſsio quum ſententiam ſcripti non corrumpat: uiſum eſt accuratá horum indicationẽ in id tempus differre, quum poſtulari & requiri Græcam Manaſsis annalium editionẽ à lectoribus ſtudioſis animaduerterimus, quá in hoc tempore typographus, alioqui iuuandæ reipublicæ litterariæ cupidus, negauit inſtituere ſe certis de cauſsis potuiſſe. Noſtram ſane opellam, in publicatione Conſtantini, haud ſcio quàm feliciter, ſtudioſè quidẽ certè nauatá, placere lectoribus optamus, & æquis alienorum laborum æſtimatoribus non prorſus ingratam fore confidimus: quibus ſolis ſi probari ſtudium noſtrũ in eruendis è caligine bibliothecarum, latinaq; ciuitate donandis bonis & utilibus ueterum monumentis intelligamus, eſt quod gaudeamus, & illorum beneuolentia freti, ſuperbas maleuolorum cenſuras

*omnes unius æſtimemus aſsis.*

Ayuntamiento de Madrid

# PROŒMIVM

# CONSTANTINI

## MANASSIS AD DOMINAM IRENEN *coniugem* ANDRONICI *Seba-ſtocratoris,* MANVELI *Imperatoris fratriam.*

VT cupidus rerum terreſtrium animus, ijs ipſis inhiat, & omnem lapidē mouet, quo potiri ſuo deſiderio poſsit: ita tu, domina, regio animo prædita, & eruditæ doctrinæ ſtudioſiſſima, ſemper aliquid cognoſcere ac percipere geſtiens, libris incumbis, ex ſcriptis eruditorum uoluptatem percipis, totam deniq; uitā in diſciplinis liberalibus conteris. Quando igitur ut alumna doctrinæ poſtulaſti à me tuum in uſum conſcribi libellum perſpicuum & intellectu facilem, qui clarè tradat res priſcis geſtas ſęculis, & quí nam ab initio potiti rerum fuerint, quò uſque progreſsi, quibus nationibus, & quàm diu cū imperio præfuerint, exponat: ſanè onus illud in nos recipiemus, tametſi rem nos difficilem, grauem, & operoſam moliri non neſciamus. Nam labores in perficienda commentatione

a noſtros

Ayuntamiento de Madrid

noſtros munificentia & liberalitas tua recreat, & æſtum laſſitudinis ac ærumnę munera tua crebrò repetita uеluti roris cuiuſdã reſperſione mitigant. Ac de his quidem dictum hactenus eſto, ne fortè comparata uideatur ad adſentandũ oratio, néue relicto ſcopo euagari aliò perhibeatur. Quum aũt complures litteris mandarint hiſtorias ac annales, & rectè quidẽ uterq; cuncta narrare conati fuerint, diuerſa tamen id uia modoq; præſtiterint: nos eorum auctoritatẽ ſequuti, qui accurato maximè ſtudio uſi, ad ueritatẽ accedere proximè uidebuntur, exſpectationi uotoq; tuo pro uiribus ſatisfaciemus.

CONSTAN-

Ayuntamiento de Madrid

# CONSTANTINI MANASSIS
## ANNALES.

PErfectus ille Dei Sermo, rerum opifex omnium, ab initio cælum ſideribus carens, & immenſa tamen uenuſtate radiorum planè diuinorum fulgens, unà cum terra & luce condidit. Erat autē id tēporis tellus omnis ornatus expers, & cerni non poterat, incumbentibus illi craßißimis tenebris. At ubi lux orta ſe paßim dideret, ac dies exſtitiſſet: quæ prius erant inadſpectabilia, cerni ceperūt, & triſtis illa caligo per radios lucidos expulſa fuit. Hoc modo primus dies effluxit. Hinc altero illuceſcente, cælum ſecundū in orbem globumq; ſollerter redegit, quod uniuerſis terrenis rebus ceu tectum quoddam obductum, opifex ipſe firmamentum appellauit, diuerſum omnino à priore ſiderum experte globo. Tunc & fluxam aquarum naturam, & abyſſos à ſe inuicem ſeparauit, ac partim quidem surſum ad ſublimitatem mentis intelligentia nequaquā comprehenſilem ſubuexit, partim in terra reliquit: utriſq; cælo, tanquam ſepto muroq; ſolido, interiecto. Ita die ſecundo præterlapſo, tertius effulſit: quo rurſus opifex ille ſapiens alijs cōdendis intentus erat. Nam quia ſuper uniuerſam terram omnis infera liberaq; aqua diffuſa, ſuperficiem eius quaſi reſtagnando tegebat: repente liquidam hanc naturam integram non aliter coegit, ac ſi quis lac coaguli ui conſtringens, caſeum ex eo conficiat. In hunc modum ea re detracta, quæ prius terræ quaſi luminibus officiebat, ſuperficies eius atq; forma conſpecta fuit, unà

Cœlum ἄναστρον.

Cœlum ſecundum.

Aquarū ſegregatio.



Ayuntamiento de Madrid

cum rupibus, montibus, & præruptis collibus. Inde totum illud aquarum corpus & compagem mare nuncupauit: ſiccam uerò naturã, ſiue lapideam, ſiue glebosãm, terram appellauit. Simul eximiam uim poteſtatemq́; ſuã declarans, tametſi necdũ ſolis ſplendor exiſteret, omnis generis herbã nihilo minus è terra prouenire iußit, partim ſolius uoluptatis, & oculorũ delectationis cauſſa, partim ad animaliũ paſtum, & terram incolentiũ utilitatẽ. Tunc primũ terra ſuis eſt ornamentis condecorata ſplendidius, quàm puella tenera, primumq́; uiro deſponſa, quæ auro & unionibus intertexta ueſte fulget. Renidebãt uenuſtæ uiolæ diuerſorũ colorũ, nimirũ aliæ cæruleæ, aliæ purpureæ, aliæ ſubfuluæ: itidẽ aliæ roſæ purpureæ conſpiciebantur, aliæ ſubalbi coloris. Nec niuea deerant lilia, nec anagallides, nec hyacinthus, nec narciſſus, nec quidquã eorũ omnium, primo quæ uere proueniũt. Spicas erat cernere quaſi ſtriatas, & onuſtas frumẽto: hedera ſerpebat, nigris prædita folijs, corymbos quatiens: omnia perpulcra, rorida, ſplendida erant, terramq́; tẽperatis odoribus fragrantem reddebãt. Herba paßim mollis ac uiridis humi ſtrata, boum, equorũ, animalium cæterorũ uſibus ſeruiebat. Præter huiuſmodi telluris ornatũ, quaſiq́; ueſtem elegantißimã, aderat etiam plantarũ copia, ramiq́; arborũ uenuſtis onuſti folijs atq́; fructibus. Erat uidere pulcram ceraſum, melleam palmã, fecundam malũ, florentes oliuas, dulceſcẽtes ficos, pinus pingues, abietes, quercus, ulmos. Ventus in ramos pineos delatus, ſuauißimũ quoddã murmur in folijs efficiebat. Erat cernere uitẽ racemorũ matrẽ, & palmitũ ordines. Vua ſuccũ nectareũ continens palmitibus adhærebat. Omnia fructus maturos habebãt, omnia perfecta erant. Non extabat quippiã expers gratiæ uenuſtatisq́;

Ayuntamiento de Madrid

ſtatiſq; ſuæ, non quidquã imperfectum. Secundũ hæc diei tertij lux óccidit, & quartus poſt eũ exortus eſt. Itaq; rurſus opera iuſſaq; ſua Deus inſtituit, mandans ut cælũ ſtellis, quaſi corona quadã, cingeretur. Quapropter illud ſiderũ pulcritudine fuit excrnatũ, inſtar pepli margaritis diſtincti, ueſtis auro intertextæ, panni lucidis gẽmis decorati. Tunc primũ illuxit ocellus ille diei ſol, magnus ille gigas, lucerna uitã nutriens, fons lucis inexhauſtus ignis, materiei expertis domiciliũ. Tunc primũ face quaſi quadam cæruleus ille globus lunæ, integro lucens circulo, noctem colluſtrare cepit. Tunc primũ deniq; in cælo erat uidere ſidera magna, pulcris orbibus incluſa, ſecũ inuicẽ certantia, cælũ ipſum ſic exornantia, ut pratis flores ornamẽto ſunt. Saturnus nigricabat, colore plũbeo: Iupiter ut argentũ ſplendebat: Mars flãmeus cõſpiciebatur: ſol inſtar auri puri puti lucebat: globus Veneris ſtãni fulgorẽ referebat: Mercurius inſtar æris rubebat: Luna in morẽ glaciei pellucida ſuã & ipſa lucẽ emittebat. Ita diuerſi coloris peplo cælum obductũ cernebatur. Saturnus cæruleus erat, qualis hyacinthi color eſt: Iupiter ut liliũ ſplẽdebat: Mars ut uiola: Sol aureus ut roſa purpurea: Lucifer ut albi floris anagallis: Mercurius ut tinctus rubedine flos: Luna ut pulcris cõſpicuus folijs narciſſus. Eiuſmodi quædã uarietas cælũ exornabat, & tam florida, tam elegãs, tam ſplendida iucunditas in cæli ſpectaculo ſemet offerebat, efficiẽs hortũ ex eo ſideribus conſitũ, cuius ipſemet Deus auctor & cultor erat. Ipſæ ſiderũ faces plantas, germina, flores infiniti propè coloris referebant. Tunc primũ ſol fulgẽs & lucẽ ſuã emittens, conſpectuſq; tanquã ornamentũ cæli, & diei pulcritudo, illius imperio ſeruijt, à quo conditus fuerat, & oculo quaſi clauſo diem quartũ abſoluit. Sic

Siderum creatio.



Ayuntamiento de Madrid

igitur ſidera perfecta fuerũt, ac ſol quidẽ ordinatus eſt ue lut imperator diei, luna uerò tãquã noctis colluſtratrix.
Animalium ortus.
Necdũ in amplis terræ ſpatijs animal quoddam uerſabatur, nõ quod uel aquã penetraret, uel pedes incederet, uel aëra permearet. Enimuero perficiens ille cuncta Deus aquarũ naturæ indita ui animante, ac facultate procreatrice, iuſsit ut anima inde uiua ſcateret, tamquã fetus recens è parturiente, iamq; partu infantis abſoluti onerato uentre. Nam Dei mandatum ueluti ſemẽ quoddam incidens, aquas admodum fecundas reddebat. Hinc ortæ uolucres aëra libero uolatu permeantes, quarum aliæ magnis ſunt alis præditæ, & aduncis unguibus, quos armorum nactæ ſunt loco: aliæ roſtrum habent acutius nouacula, quibus ſcilicet carnes pro cibis ſunt deſtinatæ: quarum è genere ſunt, aquila uolucrum imperatrix, crudiuori accipitres, aues ceteræ, quæcumq; non coctis ueſcuntur. Hinc & auiculæ garrulæ, herbis uictitantes, alis exiguis præditæ, uitæ breuis, uariè cantillabant, in luſtris garriebãt, arbores perſtrepebant, nimirũ muſicæ cardueles, alaudæ, ſpinni, ſturni, aliæq; uolucres omnes, quæ agrorum herbas circumuolitant, & uictum inde facilem conquirunt. Tunc etiã in terra beſtiæ conſpectæ ſunt horribiles, leones hirſutas ac uilloſas ceruices habentes, urſi, pardalides, tigrides, apri bronci, elephas lato pectore, canes dentibus ſerratis inſtructi, ueloces lepores: omnes deniq; tam uolatiles, quàm pedeſtres beſtiæ, quæ uel in amnibus, uel mari, uel montibus degũt. Tot animalibus dum terras, & aquas, & aëra complet Deus, eum inquã aëra, quem ueſti manibus haud elaboratæ conſimilem ſuis ipſemet digitis opere ſubtili contexuit: iamq; uelut urbem quamdam munitam & amplam carniuoris ac herbiuoris animalibus,
&
Ayuntamiento de Madrid

& uolucribus aperuiſſet: dies quintus curſum ſuũ abſol- uit. Quum ſextus autem appetijſſet, hortum pulcerrimis arboribus inſignem Deus condidit, non fodiendo, non ter ram colendo, nõ conſerendo, ſed uerbo & ſermone ſolo: cuius imperio quæuis eo loco proueniebant arbores ſua- uiter redolentes, umbriferæ, uireſcentes. Quiſnã obſecro uenuſtatẽ Edenis poßit oculis ſubijcere? Iſtic arborũ fru- ctiferarum ordines erant, heic plantarum fragrantiũ & perpetuò uirentium non exigua copia: rurſus ab alia par te cælum æquantes arbores uoluptatis cauſſa conditæ flo rebant, platanus irrigua, ſublimis abies, excelſæ pinus, cupreßi, ulmi. Rami arborũ mutuo ſe contingebant, & folia ſeſe uelut amabili complexu excipere uidebantur. Etiã fructus dulcißimi proueniebant, ſole in arbores inci dente, ac ſenſim per rimas ſoliorum penetrante. Fulgebãt paßim roſæ cum lilijs, & quidem eo tempore ſpinis roſæ tam purpureæ, quàm albæ radiantis ſideris inſtar è terra germinantes carebant. Heic terræ ſuperficies uiridi gra- mine ornata erat, illic herbæ nõ purpureæ tantũ, ſed ua- riorũ quoq; colorũ conſpiciebantur. Vndiquaq; lenis ille fauonius adflabat, & aëra florum flagrantia complebat. Inter hæc omnia uitæ lignum germinabat, ornatum ſin- gulari gratia, pulcris folijs & fructibus: Ac fons aquam emittens è terra profluebat, arboreumq; locum Edenis irrigabat, plantarum radices ac ſtipites aqua ſua po- tans, itemq; florum teneros ordines fouens. Poſtea qua- tuor in principia diuiſus, fit amplißimorum fluminum parens. Ea uerò flumina lingua Syrorum uocantur Phi- ſon, & Geon, & Phorad, & Eddekel: Græcorum au- tem lingua Ganges, Nilus, Euphrates, Tigris. Et Ganges quidem ambit terræ Euilatæ fines, ubi reperitur aurum,

Paradiſus à Deo conſti- tuitur.

Origo qua- tuor flumi- num.



Ayuntamiento de Madrid

& uiridi colore lapis. Aurum ipſum natiuum eſt, ſplendidum, rutilans. Nilus autem albifluus Aethiopum terram cingit, & pingues Aegyptiorum agros fecundis aquis irrigat, redditq́; fructiferos. Tigris tamquam telum quoddam cum ſtrepitu ruens, efficiensq́; ſonos ac gyros horriſonos, è regione finium terræ Aſſyriorum currit. Tam iucundum tabernaculum quum exſtruxiſſet, ac arboribus ornaſſet, finxit & hominem manibus omnia perficientibus, de puluiſculo miſero, & ex luto commiſto pondere. Quumq́; terrenæ illi carunculæ uitæ ſpiritum indidiſſet, perfectumq́; hominem, & ſpiraculo præditum condidiſſet, ex animo & corpore compoſitum, donatum uoluntate ſpontanea, ſuam ad ſimilitudinem imaginemq́; formatum: incolam eum facit Edenis, loci pulcris arboribus conſiti, quaſi collocans marmor in thalamo, & alium in mundo mundum: paruum quidem illum, quod magnitudinem attinebat, ſed pretio longè mundo ipſo præſtantiorem. Hunc ex rubro puluere formatum, Adamum appellauit figulus ille naturæ luteæ. Quumq́; collocaſſet eum in pulcro Edene primum ciuem, iuſsit ut fructibus omnium arborum ueſceretur: ſaltē arbori cognitionis manus non admoueret. Tunc & manſuetū quodlibet animal, quamlibet item belluam, quæ euagatur in ſiluoſa latibula, deduxit ad Adamum, quidquid pedes incedit, & in cælo uolat: ut acciperent appellationes ab ipſo, naturis conſentaneas. Adducebatur cruentus, iubatus, tauri necator leo: urſi toruum tuentes: pardi maculoſi: ceruus pelle uaria: caudata uulpecula: elephas fronte lata, proboſcidem quatiens: lepus mutilata cauda: cornibus feriens taurus. Adducebatur perdix, habens & pedes & roſtrum rubrum: cū

Hominis creatio.

[…]malibus […]ellatio[…] […]indita.

Ayuntamiento de Madrid

ſturnis, alas habentibus nigras, qui pennas quatiebant, & albas notas inſtar grandinis ferebant. Pulcritudinem ſuã oſtentabat pauo, alas habens aureas: lucebat colorib. multis, & aurum in plumis referebat. Fulgebat in eodem & purpureus color, auro interſperſo, ſplendentis inſtar oculi. Cingebant Adamum omnia, ſicut mancipia dominũ: adulabantur, accurrebant, noſtri generis auctori blandiebantur. Ille uerò demulcebat manibus inexpugnabiles beſtias, tanquam recens editos agnos, qui lacte ueſcuntur: neq; quidquã ab ipſis periculi formidabat. Nam procax, mala, & audax uitioſitas nondum in ipſius corde locum habebat. Sic nihil eſt, quod in animum adfectionum expertem ius habeat: non ignis, non fera, non flumen impetuoſum. Si rex eris adfectionum animi, peccatiq; Dominus: ſuper baſiliſcos & truculentas feras incedes, leonem humiliabis, manſuefacies tigrim. Secundum hæc, Adamus ſomno acerbiſſimo ſopitus eſt: ſomno, qui fuit initium euerſionis, & omnia perdentis inuidiæ. Coſtam eius dormientis attigit ipſe conditor: accepit hanc: formauit inde mulierem. Itaq; de puluere conditus Adamus, homo ille princeps, Euæ matris primæ pater, reſpectu coſtæ, factus eſt. Viuebant ambo in deliciarum prædio, ut infecundi, qui rerum craſſarum ſtudio nullo tangerentur: quiq; corporis nullo pondere grauati eſſent. Vtriſq; uerò legem præſcripſit Deus. O' terra (inquit) editi, & huius Edenis primi ciues: hæc omnia ueſtræ utilitatis cauſſa ꝑducta ſunt. Veſtræ fruitionis gratia fructus arbores ferunt. Itaq; ſatiamini omnibus, ex omnibus delicias quærite. Saltẽ pernicioſum hoc cognitionis lignum, ſolum inquam hoc fugite: ne illud mihi attigeritis. Eius contactus interitũ, & guſtus fel merum adfert. Iccirco ſi de hoc guſtaueritis, ruetis

Innocentia tuta.

Euæ formatio.



Ayuntamiento de Madrid

ingentem ruinam. Idem ſi uitaueritis, ſtimulum mortis effugietis: & amplitudinem uitæ non finiendæ lucrabimini. Fert enim fructum amarum, & mortem ipſam. Eueniebāt hæc ita: reuerebantur hanc orationem auctores noſtri generis: arborem iſtam, uelut infeſtiſsimam, ex animo oderant. Verùm inuidebat Satanas: fremebat dentibus: inſtar apri ſpumantis & efferati excandeſcebat: uidere nō poterat, ut angelorū more uiuerent. Itaq; ſceleratæ machinationis ſuæ inſtrumentū, ſerpentem fraudulentum & tortuoſum inuenit. Adulatur primæ hominum matri: fructū demonſtrat adſpectu iucūdum: guſtatu ſuauem: nectareū. Intuetur fructum illa, qui maturus erat: gratus adſpectui: bonus ad ueſcendum. Arridebat is oculis: cor demulcebat: uidebatur dulcedinē quamdā cordi gratā ſtillare. Oſtēdit & Satanas eis poculū fraudis, atq; illud dulci adſentationis melle inunxit. Serpebat ille draco ingenioſus, ſibilabat molliter. Si de hoc, ait, ligno pulcrū habente fructū guſtaueritis, ſi ſaltem fructū eius ori admoueritis: orbes oculorū ueſtrorū aperientur, eritisq; Dij, & cūcta cognoſcetis. Audijt hæc mulier: animū adſentationi aduertit: uicta eſt per dulcitudinem: uicta propter elegantiā. Trāſgreſſa eſt interdictū, edit de ligno: ſumſit ex eo: guſtauit: cōiugi dedit. Ambo de fructu comederunt, eiusq; participes facti ſunt. Sed mox ipſos malū comitabatur: aperti ſunt eis oculi: uiderūt turpitudinem: nuditatē dedecusq; ſuū agnouerūt. Hinc ſubibant umbroſas latebras, currebant ſub dēſas ac frequētes arbores, obligacula de craſsis folijs cōſuebāt, ſub arborē cōfugiebant, & ſub tegmen. Optabāt ut terra ipſis ore lato dehiſceret, ac prius eos uiuos reciperet, quàm morerētur. Animaduertit hoc conſitor ille pulcrarū arborū: acceſsit ad fugiētes noſtri generis auctores: ex-

Inuidia Diaboli & fraudes.

pro-

Ayuntamiento de Madrid

probrauit dementiã:errorem eſt inſectatus. Quid multis uerbis opus eſt? abegit illos inde,multauitq́; laborioſis ac grauibus operis:minatus terram,animalium altricē,productură ſpinas pungentes,ac tribulos ſtimulis acutis præditos.Parturigenes imprecatus eſt graues ac difficiles Euæ matri primæ,quæ illas princeps eſt experta. Quãobrem calamitoſiſſimus & miſer ille generis auctor, quum aduerſo caſu illinc expulſus eſſet:habitauit e regionē fundi deliciarum,ac pellicea ueſte indutus,quæ figura carnis erat,Euaq́; cognita,non ſine uitioſitate Abelum Cainúmque genuit. Cainus agrorum culturæ intentus erat,& terram magno ſtudio boum opera inuertebat: Abelus autem iunior paſtoriciam exercebat. Itaque ſinguli Deo laborum primitias offerebant: qui Abeli quidem acceptabat munera, ueluti qui rectè illa obtuliſſet, ac debito cultu:uerùm ijs,quæ Cainus offerebat, animũ non aduertebat. Ex ea re factũ,ut Cainus uultũ ſuum demitteret,Abelumq́; fratrem oculis infeſtis adſpectaret. Deniq; illi, qui nulla re ipſum læſerat,adferre manus paricidiales cogitabat. Etenim in corde caminũ inuidiæ feruentem habebat. Atq; hoc quidem etiam auſus eſt facere. O' mentem inhumanam. Non reueritus ea uincula, quæ belluæ reuerentur, fratrem intra mortis mandibulas demiſit. Deus autem fratricidam iracundè adſpexit, eum que ſubiecit exſecrationibus maximè diris. Secundum id Cainus à ſedibus primis eiectus,quum magnam terræ partem peruagatus eſſet:tabernacula fixit,ubi commodum maximè ipſi uidebatur:primusq́; munitas turribus ciuitates excogitauit. Quum autem genus humanũ ualde diffuſum eſſet, uiatores Cainus aggrediebatur: latrocinijs intentus erat: prædas agebat:rapiebat: cædibus inquinabat manus. Interim

Cainus homicida princeps.

Cainus auctor munitionum & latrociniorũ.

Ayuntamiento de Madrid

terim quum generis auctores luctu adficerentur inconſolabili, Abelo perdito per manus parricidiales: Deus eis iuſtum illum Sethum uiciſsim donat, qui nomina cæleſtibus aſtris impoſuit. Hinc mortalium natura, tamquam arbor altas radices agens, magis atque magis aucta & amplificata, omnia circumcurſitans totam terram replebat, perq; ſuperficiem eius omnem diſperſa erat. Verum deinceps exorbitans ad improba facinora, quoduis ad malum, uelut equus in campum, ferebatur: quaſiq; rota præceps, per decliuia ruens in aquas: donec ad imum erroris impij gradum prolapſa, diuos cepit facere, ac elementa colere, creatisq; honorem Dei loco deferre. Erat autem iuſtus quidam uir Noa, de Sethi poſteritate, nonus ex Adami ſemine, qui primus fuerat conditus. Is uirtutis & legitimarum actionum ſtudioſus, quum odio uitia toto pectore haberet, ac fugeret: improbè agentes & impios corrigere conabatur. Vbi uerò perſuadere non poterat, ut à ſceleribus abſtinerent: translatus eſt de terra, in qua prius erat natus, factusq; alijs in finibus inquilinus, celebrem illam arcam iuſſus eſt exſtruere, ac in illam animal omne terrenum & aquatile includere, ut generis ſui ſemen ac fomes quidam eſſet. Obœdijt Noa Deo, quod imperatum erat, faciebat: de lignis arcæ capacitatem exſtruebat: quæ interius habebat infinitos amfractus, labyrintho conſimiles. Deinde Noa imponebat in arcam omnis generis animalia, terrena, uolucria, pedeſtria. Deus autem adapertis cælorum tectis, tota inde pluuiarum maria demiſit: abſcondidit uertices præcipitium collium: occultauit terræ ſuperficiem: abdidit arua. Vniuerſa & confuſa erant, & commiſta. Immerſi aquis erant arborum trunci: piſces ad montes uſq; ſublimes accedebant: leo mergebatur aquis:

De Noa.

Diluuium.

Ayuntamiento de Madrid

quis: thynus erat in terra. Omne animal in aqua tum fe-rebatur, ſiue aera permearet, ſiue terram: ſiue uolaret, ſiue incederet. Omnia obruebãtur ab impetuoſis pluuijs, & in aquis animas exſpirabant, miſereq; mortem obibãt. Vt ſimpliciter & breuiter dicam, tamquam ſub tenebris rurſum terræ facies abdita conſpici deſijt: rurſum chaos illud inualeſcebat, antiquius luce: rurſum aquis altrix a-nimalium terra merſabatur. Beſtiæ ferebantur mortuæ, mariq; obrutæ. Hominum genus illud priſcum, ortorum ex luto, immenſam aquam quum hauſiſſet, ac merſum eſ-ſet: tanquam nauis aquas penetrans, ut nauigans mari ſcapha, ut leuis quidam puluis ſuper aquarum terga na-tabat, & multis pluuiarum reciprocis fluctibus agitaba-tur. Noa uerò ſolus tectum illud ſalutiferum ingreſſus, in-ſtar ſecuri nautæ in eo nauigabat: ſemen humani generis exiguo in ligno conſeruans, neque remos adhibens ullos, nec ulla uela. Cum ipſo filij filiæq; nauigabant. Et filijs e-rant hæc nomina, Semus, Chamus, Iaphetus. Poſteaquam uerò ceſsit ac remiſit priſtinus ille pluuiarum impetus, rurſumq; conſpecti ſunt prius ab aquis operti campi: ex-ſilijt de arca cum liberis ſuis Noa, & omne animal eadem contectum unà cum ipſo exijt. Iamq; mundus hic alter e-rat, alter generis princeps: rurſum omnis incrementum anima ſumebat. A' prima quidem formatione Adami, primi hominis, uſque ad diluuium, quod accidit ſub Noa, elapſi ſunt anni bis mille, ducenti, & quadra-ginta duo. Nepotes autem iuſti huius Noæ fuerunt, in-ter alios eximios nepotes & abnepotes, Meſremus ſe-cundogenitus filius Chami, Noæ filij: itemq; Nebrodus gi-gas ille, manuum robore præſtans. Ac Meſremus qui-dem habitabilem fecit Aegypti terram, à quo Aegyptum Meſremus.

appella-

Ayuntamiento de Madrid

appellatam eſſe tradũt. Nam Meſrem hebraicè ſonat Ae-
Nebrodus. gyptum. Nebrodus autem ſeceßit ad regionẽ aquilonalẽ, quæ ab Aſſuro Semi F. appellata eſt Aſſuria. Atq; hic au-ctor fuit hominibus reijciendi creatorẽ, primusq; fremuit aduerſus Deũ uiuum, & honorem Deo (ceu fas eſt) conuenientem ad ſeipſum transferre ſtolidè uoluit. Dedit & conſilium exſtruendæ turris, ut contra Deum ſe defenderet, ſi rurſum uellet humano generi diluuium immittere. Quapropter illi perſuaſi uanis eius conſilijs, turrim
Turris Babylonia. Chalanes, ſupra nubes euectam, ingenti excelſitate, ad ipſam propè lunarem ſphæram accedentem, exſtruere ceperunt. Verùm opus hoc uani laboris non perfecerunt. Nam Deus linguas exſtruentum confudit. Solus Eber ab ea pœna immunis euaſit, quòd uana molientibus non adſentiretur. Secũdũ hoc diſperſi ſunt mortales, alius aliũ in locũ. Ipſe autem locus hic ab eo, quod acciderat, nomẽ accepit: ut appellaretur Babylon, id eſt, confuſa. Nã illic cõfuſæ ſunt linguæ turrim exſtruentum. Et Babel Hebraica
Princeps apud Aegyptios regnũ. lingua confuſionem ſignificat. Quum autem genus humanum ad amplitudinem perueniſſet, non multo pòſt Aegyptij regem acceperunt: adeoq; primi mortalium regium imperium pati ceperunt Aegyptij, tributúmque pendere. Principium eius regni exſtitit, poſteaquam ſeptem modò generationes à diluuio præterijſſent, quo uniuerſa perierunt. Ab eo tempore genus humanũ improbè ſe geſſit, & ad nefandas actiones abominationesq; reſpexit. Rapinis gaudebant, delectabantur adulterijs, omnium uitiorum excogitationi prorſus intenti erant. Prædabantur, rapiebant, furabantur, mœchabantur. Ad extremum ſe de-
Seruchus auctor idolorum. aſtrorum cultui dabant. Primus autem Seruchus uti ſculptilibus & ſtatuis cepit, octauus è iuſti Noæ poſteris. Nimirum

Ayuntamiento de Madrid

mirum hic Seruchus honorem priſcis deferens, tamquam rerum præclararum inuentoribus, tamquam in prælian-do fortibus, tamquam principibus ſapientiæ, tamquam belli peritis: imagines, ſimulacra, columnas exſtruxit, ue-lut ad memoriam beneficiorum ab ijs profectorũ. Quod non intelligentes poſterorum plerique, non rectè accepta Seruchi ſententia: ſtatuas inanimas ceu Deos coluerunt, & ſculptilia mortalium facta manibus adorarunt. In-de peregrinum ad cultum quum deflexiſſent, alij Deos alios excogitarunt, quos uenerarentur. Magis au-tem, quàm ceteri omnes, exorbitarunt Aegyptij, & uſque ad ridiculas res ſuperſtitioſi eſſe perrexerunt. Hinc factum, ut feles, & ſimias coluerint, ibes, hir-cos, boues, canes, crocodilos, abominationes alias ab errore mentis profectas. Longè uerò ſtudioſiſsime in-ter alios cultus Apim uenerabantur, qui uarij coloris bos erat. Nam quum apud ipſos eiuſmodi bos naſceba-tur, qui in lingua & cauda ſigna certa ferret, itemque lunam in fronte dimidiatam repræſentaret: choreas a-gitabant, feſtos dies celebrabant, conueniebant, tam-quam ſi nouus ad ipſos Deus acceſsiſſet. Ac illum qui-dem omnis generis eſculentis paſcebant, ipſi uerò po-tando & ſaltando dies totos conſumebant. At enim repe-tenda mihi ſunt, de regno quæ dixi. Apud Aegyptios primus omnium rex fuit. Id eſſe uerum, oracula ſacrarum litterarum teſtantur. Nam quum fames terram Chaldæo-rum inuaſiſſet, diuinus ac celebris ille Abramus exſul fa-ctus eſt: relictaq; cognatione ſua, in Aegyptum migrauit, ut pernicioſum famis ab ſe forcipem abigeret, alimenta iſtic largiora conſequutus. Comes erat illi etiam uxor ad ſolum peregrinum, eleganti prædita facie Sarra, lon-

Aegyptij mal de ſuperſti-tioſi.

Apis Deus Aegyptius.

Abrami ex-ilium.

geq;

Ayuntamiento de Madrid

geq́; uenuſtiſsima. Miniſtri ergo regis Aegyptij (& erat tum rex Aegyptiorum Abimelechus) quum Sarram incomparabili forma fulgentem uiderent, tantumq́; mulierculas Aegyptias excellentem, quantum omnibus floribus roſa præſtat: ad regem amore captum illam deducunt. Quam ubi conſpexiſſet Abimelechus, totus captus eſt: forteq́; uiolaſſet hominis iuſti lectum, ni Deus honori cultoris ſui conſuluiſſet, noctúque regem plagis grauibus uulneraſſet, ne cognatis quidem ac ſatellitibus eius parcens.

Belus Aſſyriorum rex.

Ceterùm non poſt multas generationes ab initio regni Aegyptij, temporibus Abrahami, Aſſyrijs imperauit Belus uir fortis, robuſtis manibus, gigas: quem homines decepti tamquam Deum uenerabantur, Saturnumq́; nominabant.

Semiramis.

Habuit autem Saturnus hic Semiramidem uxorem, quæ Rhea nuncupabatur. Et Aegyptiorum quidem in ſubiectos poteſtas, ac regia potentia, regium imperiũ, uſque ad integros CIↃ IↃCLXIII annos durauit. Rurſus uerò regnum gentis Aſſyriorum annis CIↃCCC ad Sardanapalum uſque floruit. Saturnus aũt cum uxore ſua Rhea cohabitans, inter multos alios liberos & Ninyam procreauit, quem claræ Nineues conditorem fuiſſe ferunt. Aliquanto pòſt tempore Saturnus Aſſyria relicta, in Aphrorum regionem auſtralem excurrit.

Semiramidis cum filio coniugium inceſtum.

Ninyas uerò matrem ſuam ex amore ueſano, fœdo, naturæ ipſi repugnante, quo correptus erat, Semiramide in hoc illi adſentiente, uxorem & cohabitatricem accepit. Ex quo lex apud Aſſyrios ſequuta eſt de matrũ liberorumq́; nuptijs, & legum naturalium confuſione. Res autem hæc nefanda & exſecrabilis, ab Aſſyrijs profecta, etiam ad Perſas tranſijt.

Seſoſtris rex.

Ceterùm id temporis Aegypti rex Seſoſtris, auctus magnitudine potentiæ ſupra reges ceteros

priores,

Ayuntamiento de Madrid

priores, non ſatis arbitrabatur eſſe ſoli Aegypto imperare. Quamobrem coacto de tota natione ſua exercitu, in quo erant haſtati, cetrati, ſagittarij, loricati prælatores, uiri mauortij: adſumtisq; belli ſocijs ex Vnnorum gente, quam muneribus ſibi totam adiunxerat: terram uniuerſam, Aſiam maximè, percurrit: & omnes, ut tributa ſibi penderent, ui coegit. Sublatis etiam ubique nationum principibus & ſatrapis, ſub iugum ſuæ poteſtatis eas redegit. Vnnis autem Aſſyriorum regionem dono dedit, & pro Vnnis ſiue Scythis Parthos appellauit. Hoc modo uictor reuerſus eſt intra nouem annos, uniuerſa imperio ſuo Aſia ſubiecta. Sub eodem regium Aſſyriorum imperium potentiam, quam habuerat, exiguum ad tempus amiſit. Poſteaquam uerò mors etiam Seſòſtri uitam eripuit, rurſus apud Aſſyrios regnum arboris inſtar, ab hieme acri læſæ, floruit: quæ arbor & emarcuit, & mortua uitam recepit, poſtquam hiberni temporis ſæuicia præterijt. Itaque rurſus Aſſyriorum imperium ad priorem fortunæ proſperitatem redijt, donec Sardanapalus apud Aſſyrios regnauit: homo guloſus, uoluptarius, ſalax, effeminatus. Qui quum ſeipſum euiraſſet, ac inter feminas occluſiſſet: pingebat uultum, ſupercilia colorabat, radebat barbam uſque ad cutem extimam, oſtendebat & genas ceruſſa fucatas, totam denique faciem mutatam à forma uirili habebat. Secors erat, mollis, libidinoſus, femineus: ſola ipſi uoluptas, ſola menſa delicata curæ erat. Veſcebatur, potabat cum eunuchis & ſcortis. Tota eius uita erat intemperantiæ plena. Et ipſe quidem concluſus erat apud impudicas feminas, neque uel à præfectis, uel priuatis hominibus cernebatur, calidis ſe lauacris & ueſtimentis oblectans mollibus: regni uerò

Vnnorum gens, qui & Parthi.

Sardanapalus.



Ayuntamiento de Madrid

negotia duces urbium, nationum, locorum adminiſtrabāt. Itaq; dux Arbaces ſæpius obſecrans, ut Sardanapalum cerneret, & coram ipſo ſtaret, (numquam enim uiderat hominem, ne quidem per ſomnium) quum aliquoties deſiderio excidiſſet, uixq; nactus eſſet conſpectum huius, tamquam rem fauſtam: ubi uidit, ubi fucatum ceruſſa conſpexit, carentem pilis, imberbem, facie muliebri, pectentem purpuram inter puellas, mollem, prorſus indignum imperio: excandeſcens, pugione improbum uulnerat, gladiumq; ad ipſa uſque inteſtina adigit, mortis interitusq; poculo illi propinato, qui poculis ad auroram uſq; delectabatur. Sic iſtum occidit Arbaces imperator, grauiter ferens, ſe uiri talis amicum appellari. Ceterum alij de Sardanapali rebus ita non ſcribunt, ſed aiunt poſtea, quàm audiſſent Chaldæorum uicini, Aſſyriorum regem Sardanapalum, Anacyndaraxi F. eſſe hominem eiuſmodi, qui porcorum iumentorumq; more uiueret, ſaltationum & ludorum ſtudioſus eſſet, mulieres imitaretur: ipſos eo contemto, tamquam molli corde prædito, expeditione ſuſcepta forti cum exercitu ueniſſe, manuq; cum Sardanapali milite cōſerta, in fugam uertiſſe ducem, ac ui de aduerſario uictoria potitos eſſe. Quod quū miſer intellexiſſet, deſtitutus ab omnibus, pinguē rogū incendit, copioſa materie nutritū, collectisq; lectulis aureis & gēmatis, itēq; uarijs indumētis, & talētis auri, omni deniq; ſupellectile regia ueſtiū, uaſorum aureorū, gemmarū, unionū: cuncta in rogū de lignis multis exſtructū abiecit, ac tamdē ſeipſum ijs impoſuit. Deinceps Chaldæi citra omnē metū Aſſyrijs imperabant, ac regnū poteſtatemq; in ſe trāsferebant. Atq; hoc modo poſt Aſſyrios Chaldæi rebus potiti ſunt, & fortunæ ludibriū, rerūq; alea quū alijs ſatis illuſiſſet, ad alios inclinauit.

Arbaces Sardanapalum interficit.

Alia narratio de Sardanapali morte.

Sardanapalus ſe cū opib. exurit.

Chaldæorū regni principium.

Ayuntamiento de Madrid

nauit. Quo autem tempore Aſſyrijs hæc accidebant, Hebræis Ozias rex imperabat, à Dauide maximo uate ſeptimus. Chaldæis inter alios reges Senacherib9 præfuit, itẽq; regioni Aſſyriorũ, genti Babyloniorũ, & nationi Medorũ. Qui ſuperba expeditione cõtra Iudæã ſuſcepta, & per amentiã Deo cõtumelijs adfecto, quũ uerbis arrogãtiorib. uſus eſſet: inſaniæ ſuæ præmia cõſequutus eſt. Angelus enim à Deo noctu miſſus exercitũ omnẽ abſq; gladio conciſum perdidit, qui centũ & octoginta quinq; hominũ millia cõtinebat. Itaq; is, qui prius ſuperbus et elatus erat, inſtar leporis pedibus celer & fugitiuus euadebat. Secundũ hæc erat rex Nabuchodonoſor, qui oẽs adegit ad annua tributa, Chaldæos, Aſſyrios, Medos, Babylonios, ipſamq; metropolim Iudæorũ totã, infinitis cũ copijs ueniẽs, bis euertit: & oẽs ſanguinis generisq; regij redactos in captiuitatẽ, Babylonẽ trãſtulit, ut eſſent ipſius cubicularij. Erat inter hos etiã magnus ille uates Danielus, et tres illi pueri, cũ alijs nobilib. Paullo pòſt elatus nimiũ Nabuchodonoſor, quũ fortunæ proſperitatẽ ferre nõ poſſet, atq; iccirco in furorẽ extremũ deuolutus eſſet: ſeipſum inſania quadã animi Deũ fecit. Sed horrendũ in modum humiliatus eſt à Deo, de humana forma in porci figurã cõmutatus, ſupplicium hoc propter ſuperbiã ferẽs. Verùm ut ſermonẽ ad priora reducã, Chaldæis imperauit hic Nabuchodonoſor, & poſt ipſum Merodachus: poſt quẽ Baltaſarus, ambo Nabuchodonoſoris filij. Baltaſar9 imperij magnitudine abutẽs, cõpotores accipiebat ſibi optimates, eosq; mẽſis ſplẽdidis excipiebat. Quumq; demonſtrare uellet opũ abundantiã, magni pretij uaſis utebatur, factis ex auro & gemmis: interq; cetera templi quoque ſupellẽctilem intulit, quam olim Nabuchodonoſor abſtulerat, quũ Hieroſolymæ pul-

Senacheribus rex.

Nabuchodonoſor rex.

Merodachus.

Baltaſarus rex.



Ayuntamiento de Madrid

critudinem ſpoliaret. Hanc ille quum citra metum in uſum ſuum uerteret, (quippe rerum ſucceßibus ebrius, planè nõ cogitabat, Deum moleſtè ferre ſacrorum uaſorum uiolationem) manum in pariete ſcribentem conſpexit. Litterarum hæc erant uerba: Mane, Decel, Phares. Quæ quum alius nemo declarare poſſet, Danielus perſpicuè ac uerè interpretatus eſt: Diuidens diuiſit rerum opifex imperium tuum, excîdit ac demeßuit annos regni tui. Transferetur deinceps potentia tua, ſoliúmque regium ad nationem alteram. Hæc uates ille coram Baltaſaro dicebat, nihil reueritus, nec omnino quidquam expaueſcens. Non multo pòſt, quum Darius Medus, quem Aſtyagen uocant, magnis cum copijs aduenißet: ſuſtulit è medio ſuperbum illum Baltaſarum Chaldæum, & Babylonis ceruices duras flexit, illamq; Medorum potentiæ uectigalem fecit. Ex eo tempore Medi uniuerſis regionibus potiti ſunt. Verùm nec apud illos multis annis regium imperium manſit, ſed citò defluxit. Quo autem pacto regnum à Medis auolauerit, breuiter ac dilucidè narratio noſtra exponet. Erat Aſtyagi regi Medorum filia, quam pater puellã appellauerat Mandanã. Erga hanc ille quadam ardebat inuidia, nocturnis ſomnijs infauſtis territus. Nam ſibi uidere uiſus fuerat Mandanã filiam meientem, & quidem tantam urinæ copiam: ut ea poſſet Aſiaticæ terræ ſuperficiem tegere. Hoc primum ei fuerat oblatum ſomnium, alterum habuerat huiuſmodi. Videbatur ſibi uidere de uerendis Mandanes enatam uitem, à qua tota Aſia, Medorum, Perſarumq; nationes inumbrarentur. Talibus ergo ſomnijs rex territus, aduerſus Mandanam clandeſtinas inimicitias alebat. Quumq; uariè cogitaſſet, quid faciundum eſſet: ingenio fortunam eludẽdam eſſe ſtatuit.

Darius Medus rex.

Mandana regis Aſtyagis F.

Qua-

Ayuntamiento de Madrid

Quapropter puellam uiro cuidam iungit, cui Cambyſæ nomen eſſet: (erat autem Cambyſes hic ignobilis & plebeius) ut claritatem exſpectatã imminueret, generis ſplendore per ignobilitatem uitiato. Quum autem intellexiſſet eſſe prægnatem, ſedebat obſeruans tempus, & partũ exſpectans. Paullo pòſt filius maſculus è Mandana proſilijt. Eum rex quum accepiſſet, ac inuoluiſſet: Harpago tradit, ut interficeretur. Ille uerò infantem occidendum bubulco dat, qui exponeretur, ut feris montanis eſca foret. Quid inde? quo pacto res acta? bubulcus accipit, domum ſuam puerũ deportat: reperit coniugẽ, quæ recens infantẽ mortuũ pepererat. Oſtendit infantẽ illi, quem ferebat: quid agendũ, rogat. Re deliberata inter ſe, mortuũ abijciunt: datũ genuini filij loco nutriunt. Cyrus autem (ô rem prodigioſam) quum adoleuiſſet, cum pueris colludens, rex electus eſt. Imperabat æqualibus, uti uolebat, ſingulis. Et omnes quidem imperata citò faciebãt, ſolus Artembaræ filius, Cyri colluſor, quũ dicto nõ obtemperaſſet: inobœdientiæ pœnas luit. læſus atrociter, grauiq; ſupplicio multatus. Erat aũt Artembares ingenuus & illuſtris, cuius filius lædebatur. Is patrem accedit, iniuriã acceptam narrat, rem actã indicat. Mox Artembares ira graui corripitur, quũq; regem conueniſſet, iniuriam filio factam exponit. Hoc modo Cyrus etiamnum puer arceſsitur. Quumq; curioſè rogatus eſſet, non ſine grauibus minis: ore libero rem omnẽ confitetur. Rex libertatem ipſius audaciamq; miratur, ac bubulcum adfecturus erat pœnis, qui eſſe Cyri pater exiſtimabatur: ut enuntiaret, cuius nam filius eſſet Cyrus. Eas bubulcus iſte minas non tulit, ſed regi rem totam mox indicauit. Aſtyages omnia cum ſapientibus & Magis communicat. Verùm fefellit hos (ceu credi par eſt) diuina potentia.

Harpago Cyrus necãdus traditur.

Cyri pueri regnum.

Artembares.



Ayuntamiento de Madrid

Magorũ error.

*tentia. Nã ſplendorẽ, quem prius exſpectabant ac formidabant, conſequutum eſſe puerũ ludicris in rebus perhibebant.* Hæc *quidẽ oratio cor regis deleniebat, uerùm aliud quiddam urebat.* Etenim Harpagum *infelicem tamquã hoſtem oderat, qui Cyrum ſeruaſſet, nec illum è medio ſuſtuliſſet.* Igitur Harpagum *cum filio uelut ad conuiuium acceſsit. Filium autem barbaro more inſtar agni miſerrime mactat. Quumq́; infelix* Harpagus *ad menſam acceſsiſſet: in patina ei carnes filij apponit. Ille quid actũ eſſet ignorans: ad ſatietatem edit. Statim uerò poſt cœnam & caput, & manus filij mactati ad* Harpagum *deferebantur. Hinc quid factum eſſet, intelligebat ille quidem: ſed ipſe quid ageret neſciens, apud animum excandeſcebat, &* Aſtyagem *oderat. Quum autẽ* Cyrus *ad* Perſas *è* Media *rediſſet, iamq́; uirilem attigiſſet ætatẽ: non ceſſabat infelix* Harpagus *omnia facere, omnia moliri, ac* Cyrum *iritare, ut ſe de* Aſtyage *ulciſceretur, & eum imperio deijceret: donec hominem permouit, ut & copias colligeret, & auum magna ui aggrederetur. Quid factum ſecundum hæc?* Cyrus *ſplẽdidè uincit,* Medorum *rex uincitur, capitur, imperium deinceps ad* Perſas *transfertur. Sic igitur* Cyrus *regno potitur. Præterea* Crœſum, *illũ pecunioſum* Lydorum *principem, acie congreſſus uiuum in poteſtatem accepit. Enimuerò quum huc peruenerim,* Crœſiq́; *mentionem fecerim: etiam de* Lydorum *fortuna quædam commemorabo, quamquam ea nec ampla, nec illuſtris exſtiterit, ut* Medorum, *ut* Perſarũ, *ut* Aſſyriorũ *fortuna.* Regnauit *in* Lydia Phrygiáq́; Candaules, *generis originem (ceu perhibent) ab* Hercule *ducens.* Habebàt *is uxorem, quæ eſſet eximia pulcritudine, fronte hilari, delicata, genis purpureis.* Eius *tanto deſiderio & amore flagrabat, ut aliquando mi-*

Cyrus auo capto regnũ ad Perſas transfert.

De Crœſo & Lydiæ regno.

Candaulis ſtultũ faci-

*do miniſtro ſuo (is Gyges erat) deſiderium amorem'que ſuum patefaceret, atque illum ſuæ coniugis ſpectatorem eſſe uellet, delirans (ut uidetur) ac fati gladium contra ſeipſum acuens, & ad lædendum ſe proritans. Itaque Gygem Candaules ad ianuam occultat: illa ſe exuit: Gyge de nuda pulcritudine corporis heræ ſuæ uoluptatem capiente. Videt Gygem mulier: ira muliebri accenditur: adfectam ſe iniuria putat: Gygem arceßit: dat optionem duorum: uel ut herum occideret, ipſamq; coniugem cum imperio lucrifaceret: uel interfectus mortem ipſius oppeteret. Nam turpe Lydorum uxoribus erat ab alienis uiris conſpici, quum ueſtibus indutæ non eſſent. Gyges uitam eligit: herum interficit: ſtatim ad regni ſublimitatem peruenit: qui paullo antè humilis erat, ſubitò emicat: factus ex priuato rex, herus è ſeruo. Hic Gyges (hoc enim memoriæ proditum accepimus) caſtrabat mulieres, ut eis ſemper integris & iuuenculis ad uenerem uteretur. Eius Gygis è ſtirpe Crœſus rex erat, quem Cyrus cepit, Danieli uatis admonitionibus obtemperans. Nam Cyrus Crœſum uelut opulentum metuebat, ac fugere cogitabat, proſperitatem audaciæ Crœſi reformidans. Verùm Danielus eum confirmabat, indicato uaticinio, quod ante multas ætates Eſaias protulerat. Illuſtris hic rex Cyrus Hebræis, qui erãt in captiuitate, libertatem eſt largitus: conceſſo etiã, ut ipſorũ metropolis exſtrueretur, quã à fundamẽtis Nabuchodonoſor euerterat. Cyro mortuo, filius eius Cãbyſes regnũ cũ imperij ſceptris accepit. Poſt quẽ imperauit Darius Hyſtaſpis F. Fuerit aũt operæpretium narrare, quî hoc factum ſit. Cyrus rex filiũ habebat, nomine Smerdim: animoſum, robuſtum, fortem, generoſum. Huic ſuccenſebat Cambyſes, ut homini ro*

Gyges ad regnum peruenit, hero necato.

Gyges feminas caſtrabat.

Cyrus à Danielo monitus.

Cambyſes Cyri F.

Smerdes Cyri F.



Ayuntamiento de Madrid

buſto, quòd paullulum potuiſſet arcum tendere, quem ex Aethiopia legati attulerant: aliàs etiam ipſi propter inſomnia quædam inuidens. Quippe uiſus ſibi fuerat per quietem ſolium elegans, regium, altitudine immenſa cernere: ac in eo ſedentem quemdam uirum illuſtrem, qui cæleſtia ſidera capite contingeret. Quumq; de quodam interrogaſſet, cuius eſſet hic thronus: audierat eſſe ſolium Smerdis, quod cerneret: & eum, qui ſederet in ſolio, Smerdim eſſe. Hinc ergo non optimè erga Smerdim fratrem adfectus, fraudulentam necem infelici moliebatur. Poſtquam uerò Cambyſes mortis poculũ ebibiſſet: Magi, qui regiarũ ædiũ cuſtodes erant, quorũ unus uocabatur Smerdes, alter Spathines, ad ſeipſos imperiũ & auctoritatẽ trahebant. Nam uulgo cædes Smerdis erat incognita. Et rumor quidẽ hominum ſermone ferebatur, imperij Perſici gubernacula Smerdim habere: uerùm ipſi non cernebantur, ut qui uulgus metuerent. Etenim magna lex & inuiolabilis apud Perſas ualebat, quæ ipſos ab alia familia gubernari uetaret, nec habere uellet aliũ regẽ prius, quàm morte regia familia tota exſtirpata foret. Quũ aũt hæc molitio foret à plurib. animaduerſa, & Magorũ fraus paullatim patefacta: ſeptẽ Perſarũ principes ad colloquiũ cõgreßi, req; multũ deliberata & cõſtituta: (erat aũt unus ex Septẽuiris Darius Hyſtaſpis F.) Magos adoriũtur, eosq; gladijs occidũt. Multis uerò cõſilijs de regno habitis, tamdẽ ſtatuũt, cuius ex ipſis equus ante oẽs hinnitu uti deprehẽderetur, recẽs lucente ſupra terrã ſole, lucis auctore: eum imperio Perſarum potiri debere. Probabãtur hæc pacta. Dario curator equorũ erat, idoneus ad huiuſmodi res ſollerter efficiũdas. Is quũ animaduertiſſet, quã amaret equã ſupra ceteras equus Darij: à cõgreſſu amborũ accepta equæ urina, nares

Cãbyſis ſomnium.

Smerdes & Spathines magi regnũ occupant.

Septẽ principes Perſici regẽ creant.

Darius regno potitur.

Ayuntamiento de Madrid

nares equi hac paſsim inunxit. Equitabãt iã unà, quũ primus Darij equus odore motus urinæ ab equa exceptæ, hinnitu in oculis omniũ uti cepit. Accedebat res noua & mira, quòd tonitrua fulminaq; exorta præſentes obſtupefaciebant. Qui uiſis his, ſtatim ex equis delapſi, Darium more Perſico adorabant. Itaq; regni gubernacula quum Darius accepiſſet, multas adiecit ei mari cinctas inſulas, & urbes in continenti, Aſiamq; totam. Quumq; copias infinitas etiam aduerſus Græcos emiſiſſet: damnum accepit, omnibus interfectis. Poſt Dariũ filius eius Xerxes Perſis imperauit, qui Græcos terra mariq; aggreſſus, copijs nauticis, equeſtribus, omnibus deniq; conatibus & uiribus: exercitum amiſit, & quum ſolus in nauicula uix effugiſſet, domum turpiter redijt. Poſt Xerxem imperauit Artaxerxes Longimanus, ac deinceps exſtiterũt alij multi Perſarum reges, gentiumq; nõnullas in ſeruitutẽ redegerunt: donec uenit magnus ille Macedonum rex Alexander, & euerſo Perſarum imperio regnum adminiſtrauit, quod à primo Cyro ducẽtis, ac præterea XIII. annis durauerat. Subiecit hic ſibi Perſas: imperauit Indis: obtemperabant ei Syria, Phœnicia, quæuis alia natio, totius terræ principes ac ſatrapæ, ab extremo Oriente uſq; ad occaſum ſolis. Quum autem huic etiam, qui eſſet homo natura moralis, perſoluendum foret naturæ mortalis debitũ: uenenum paratum ex his eum terris rapit. Tanta uerò magnitudo regni eius ad X uiros fortiſsimos tranſijt, qui primi fuerãt Alexandri ſatellites. Horũ unus potitus eſt Syria & Phœnice: alius imperauit in Thracia: alius in Paphlagonia: alium Aſia conſequuta eſt: Ptolemæus ſolus Aegyptũ in poteſtatem ſuam redegit. Inde rurſus imperij principium habuit Aegyptus. Hũc blandis adſpexit oculis fortuna. Itaq;

Xerxes rex.

Artaxerxes Longimanus rex.

Imperium Alexandri.

X. Alexandri ſucceſſores.

Paphlagonia

Ptolemæus Lagi F. Aegypti rex.

b 5 quum

Ayuntamiento de Madrid

*quum alias regiones, tum Palæſtinam peragrauit: & magnam uim auri opumq́; nactus eſt. Quo factum, ut ij, qui poſt ipſum Aegypto imperarunt, fortunam ac gloriã eius expetentes, uocari oẽs ab ipſo Ptolemæi uoluerint.*

Ptolemæus Philadelphus.

*Quum aũt primus ille Ptolemæus mortuus eſſet: Ptolemæũ cognomento Philadelphũ principem Aegyptus habuit, qui regũ*

Bibliotheca Alexãdrina.

*primus ex Alexandria multorũ librorum matrẽ fecit. Infinitos enim libros aiunt ipſum collegiſſe, ad quater nimirũ » centena millia. Verùm nihil erat (uti uidetur) in uita du» rabile: non opes, non regium imperiũ, non potentia. Nam*

Cleopatra regnum amiſit.

*præter alios Aegypti principes, quum etiam Cleopatra regina facta eſſet: manu ei Romana imperium eſt ademptum, poſtquam Auguſtus Cæſar eam cepiſſet. Ex eo tempore defluxerunt Aegypti ſceptra, quæ ad ſummum peruenerant, & annis totis ducentis ac nonaginta floruerant. Neq; tantùm Romanæ manus Aegyptum ceperunt, ſed omnem præterea terram lunæ ſubiectã. Atq; hæc quidem omnia narratione complexi ſumus breui ac dilucida, ſicut equidem mihi perſuadeo. Conuenire autem mihi uidetur, nec artis expers eſſe, ut pauliſper obliti rerum Græ-*

Res Hebrææ.

*carum, loquamur de ijs, quæ apud Hebræos acta ſunt. Inuaſit aliquando fames Chananæam grauis, eaq́; calamitas in omnes pariter ſæuiebat, ac præter alios Iacobi familiam urgebat. Itaq; diuinus hic Iſraëlus (ſic enim deinceps uocabatur) partim audiens Ioſephum, ſuum è Rachele filium, præfectum Pharaonis in Aegypto eſſe: partim illo ſe malo liberare ſtudens: decreuit relinquere patriam, & illuc commigrare. Quamobrem collectis ſuis mancipijs, liberis, nepotibus, qui omnes erãt animæ ſeptuaginta quinque, rect. pergit in Aegyptum. adſpicitur amanter à Pharaone ac ſubditis, ſupraq́; ceteros omnes magnus ille Ioſephus*

Ayuntamiento de Madrid

phus eum ſuauiter intuetur. in terram Geſem collocatur, quæ erat Arabiæ regio. Fruitur bonis, ad ſatietatem paſcitur, letalemq́; famis dentem euadit. Quid inde factũ? admodum ſenex moritur, duodecim liberûm pater, quũ ſenium extremũ attigiſſet. Moritur & Ioſephus, & cũ his Pharao quoq;: pro quo ſurgit alius, imperans Aegyptijs acerbè, qui & ipſe Pharao nuncupabatur. Nã Aegyptiorum principibus glorioſum erat Pharaonũ nomen, quòd Pharaonis gloriã ſibi uindicarẽt, eius qui hoc nomine primus Aegyptijs imperârat: ſicut Romanorũ imperatores poſteriorib. ſæculis oẽs ſe Cæſares appellari uolebãt, quòd in Cæſaris, qui primus rerum potitus eſt, familiam fortunamq́; ſe uellent inſinuare. Hic igitur Pharao nationem Hebræorum ualde auctã cernens, magisq́; adhuc creſcere, florum inſtar, qui ſunt in arboribus, & inſtar arenæ maris: infeſtus erga ipſos fraudes nectebat. Ac primò quidem mandabat obſtetricibus, ut fetus primùm è maternis aluis prodeuntes occiderent. Hæc molitio quum ex animi ſententia non ſuccederet, aliud conſiliũ capit, & Hebræos conficere lateres, ac urbes munitas exſtruere ſibi cogit. Dictum, factum. Laborabant, adfligebantur, conficiebant lateres, opus faciebant, urbes exſtruebant. Habebant & ſæuos operum exactores, qui grauabant, intendebant, augebant adflictiones. Vt ſimpliciter dicam, hoſtium loco miſeros habebãt. Quapropter ærumnoſiſſimi & infelices Hebræi miſerabilibus Deũ uiuũ uocibus implorabant, eumq́; rogabãt, ut in his neceſſitatibus eos liberaret. Flectitur ergo gemitibus ipſorũ Deus. Adſpicit laborem grauem, miſeretur, adficitur, Moſem mittit eis, uirum magnũ, Dei ſpectatorẽ, qui de neceſſitatibus eos liberaret, laboribus leuaret, ex acerba & triſti Aegypto educeret. Itaq; deſcen-

dit Mo-

Ayuntamiento de Madrid

dit Moſes, indicat Pharaoni quod imperatum eſſet à Deo: utq; dimitteret Iſraelicos, nec amplius detineret, hortatur. Nihil ſermone uatis Pharao cõmouetur, non Dei manus omnipotẽtis formidat: ſed quoties id promiſiſſet, toties fidem fallit. Inde factum, ut Dei ſpectator uates de mandato diuino pœnas irrogare cogeretur. Verùm uipereus ille Pharao alumnus improbitatis, quũ acerba flagella ipſi admouebantur: abiecto erat animo, & Moſem ſuppliciter orabat, ut ad calamitatis grauiumq; dolorum leuationem annueret. Obſecrabat etiam Deum, lamentisq; placabat, ſeq; conceſſurum Hebræis libertatem policebatur. At ubi plagæ ceſſaſſent, homo duræ ceruicis erat. Tamdem graui flagello, ceterisq; ſæuiore, primogeniorũ uidelicet morte commotus: libertatem Hebræorum nationi cõcedit. Sed rurſus eoſdem ab itinere reuocat, armiſtaq; ualidis copijs, ipſe uectus aurea in quadriga, perſequitur abeuntes à tergo, tamquam fugitiuos. Inde rubri maris accidit uerberatio, & noua inuſitataq; diuiſio, populiq; trãſitus, tamquã media in terra, & ſuperbi Pharaonis ducum demerſio, armatarumq; copiarum in aquis ſtratum ſepulcrum. Facti ſunt eſca piſcibus in mari uiuentibus. Etenim ne nuntius quidem cladis ſuperſtes fuit. Hinc inſtitutæ ſunt triumphales Deo choreæ. Prædicabatur Deus, ac Moſes celebrabatur: Hebræis læticiæ ſplendor illuceſcebat, quum Aegyptij caligine denſa opprimerentur. Qui autem id temporis ex Aegypto fugiebant, erant numero ſexcenta uirûm millia, ſine feminis, infantibus, imberbibus pueris. Tantæ multitudinis dux erat Moſes, & murmurationes ſeditioſæ turbæ tolerabat, acerbitatesq; profectas ab ipſis miti corde ferebat. Ducebat autem eos per ſolitudines inuias, quemadmodum mandarat Deus, & expedire ſtatuerat. Aquam ex-

Aegyptiorũ ſubmerſio.

cuſsit

Ayuntamiento de Madrid

cuſsit è ſaxo, carnibus uolucrũ pluit, manna dedit eis, angelorum cibo ſuos pauit. Totis uerò ſolitudinẽ annis quadraginta peragrarunt, omnemq; nationem bellicoſam ac terribilem funditus demeſſuerunt, ut ſegetem meſſores reſecare cõſueuerunt. Tamdem diuinus ille Moſes è uita migrat, magno nationi deſiderio ſui relicto: dataq; illis lege diuinitus tabulis inſcripta, diurni ſideris inſtar ſub terrã eſt occultatus. Poſt Moſem Ieſus Nauæ F. confirmatur, ut tribunus ac præfectus Hebræorum nationis eſſet. Hic per ſortem eis terram Palæſtinam diſtribuit, quam Deus ipſorum maioribus promiſerat. Conceſsit autem ſingulis tribubus partẽ ſuam, excepta Leuia tribu. Nam illis ſortis ſuæ loco res diuinæ unà cum ipſo Deo obtigerũt. Hic & principes Chananæos, & omnes finitimos, ab ipſis uſq; radicibus, forti brachio euulſit. Quum autem & ipſe uitæ huius mare traieciſſet, iudices populum habebant in poteſtate, omniaq; gubernabãt, uſq; ad Elium & Samuelum uatẽ maximum. Quàm quidem diu diuinis legibus conſtanter inhærebant, Deumq; cordibus non ambiguis uenerabantur: quauis gente ac natione ſuperiores erãt, uitamq; uniuerſam ex animi ſententia tranſigebant. Quoties autẽ ad deaſtrorũ cultum exorbitabant, & mentem ad inanimes uanosq; Deos adijciebant: ſtatim aduerſarijs in ſeruitutẽ tradebantur. Igitur uſq; ad Samuelum iudices imperarũt. Deinceps eis rex datus eſt, uti petierant, Saulus Ciſi F. de Beniamine tribu. Poſt Saulum Dauides, magnus ille uates, gentis fit princeps, dum oues paſceret. Succeſſerunt ordine tredecim reges, ad Iechoniam uſq;: cuius tempore quũ Nabuchodonoſor ter ueniſſet, urbem cum diuino templo exuſsit, & populum in Babyloniam regionem tranſtulit. Dauide autem nationi ſuæ imperante, Græci bellum aduerſus

De Ieſu Nauæ F.

Regnũ Iſraelicum.

uerſus

Ayuntamiento de Madrid

uerſus Troianos mouerunt, Helenæ cauſſa, quæ Menelai coniux erat. Hoc bellum equidem memoriæ proditurus, quemadmodũ ab ijs deſcribitur, qui illud uiderunt, adeoq́; dicturus, ab Homero non rectè deſcriptũ eſſe: ueniam à beneuolis lectoribus poſtulabo. Nam Homerus lingua mellitus & illecebroſus, narrationes quidẽ ſuas inſtituit, narrationib. doctis utens: uerùm alicubi quædã flectit & inuertit. At enim ipſa res mihi cõmemoranda uenit. Filio Laomedontis, Troianæ gentis principi, coniux erat Hecuba, Ciſſei filia, multorũ è marito ſuo liberûm mater. Hæc quũ prægnas eſſet, ac partui uicina: nocturnorum ſomniorum terriculamentis percellebatur. Nam uidere ſibi uidebatur facem flammeã carbonariã, prodeuntẽ è uerendis ſuis, & exurentẽ igne urbem uniuerſam, unà cũ Idæ ſiluis. Audit hoc Priamus, cum uatibus cõmunicat. Intelligit tam ſibi, quàm urbi utile futurũ, ſi fetus ille feris beſtijs exponatur, uel ad interitum, ardentẽ in ignem cõijciatur. Paullo pòſt Alexander in lucem prodijt, infans uenuſtus, formoſus, facie lepida. Debebat heic Priamus, nulla eius habita ratione, prodeuntẽ ex aluo infantem ſtatim perdere: uerùm uictus à natura, in lucẽ edito parcit. Quumq́; ſe putaret aſtutiam fortunæ decepturum: exponit eum in agrum, ab alijs educandũ, qui ager ab ipſo Paride, Parius eſt appellatus. Abiectus erat negligenter: reperitur à paſtoribus: miſerti ſunt: tollunt: curam infantis habent: Paridemq́; uocatum, infantum more educant. Quumq́; iam acceſsiſſet ad annos adoleſcẽtiæ, Priamus eum ſuas in ædes recipit: arbitratus, ſe iam uitaſſe damnum, ab ipſo imminens. Verùm telæ fortunæ reuolui non poterant, quodq́; ſemel conſtitutũ erat, non poterat diſſolui. Nam quum Alexander cognatum quemdam occidiſſet, non ille quidem ex animi propoſito, cæde

De bello Troiano uera, nõ Homerica narratio.

Hecubæ ſomnium.

Caſus infelices Alexandri.

Ayuntamiento de Madrid

cæde tamẽ perpetrata: Troia Spartam ad Menelaum diſ-
cedit. Excipit is hominem benignè, uelut amicum: comple-
ctitur: omne beneuolentiæ genus exhibet. Heic ludus tuus
conſpicitur, tyranne liuor: heic ludus tuus, & ſemen ini-
micitiæ, de quo claram belli caminum excitaſti. Abit pere
grè Menelaus, Paris ſolus relinquitur. Videt in ædib. Me-
nelai coniugẽ. Erat ea mulier perpulcra, uenuſtis ſuperci
lijs et colore, pulcris genis & facie, grandib. oculis, colore
niueo, rotundis oculis, tenera, nemus quaſi quoddam gra
tijs abundans, brachijs albis, delicata, planè uiua quædam
elegantia, facie candida, genis roſei coloris, facie uenuſta,
formoſis oculis, pulcritudine nõ adſciticia, colore natiuo.
Tingebat albedinem color roſeus, rubens, ac ſi quis ebur
ſplendente purpura tingat. Collũ prælongum, candidũ. un
de ficta eſt fabula: formoſam Helenam à cygno fuiſſe pro-
creatam. Adſpicit hanc Alexander: à forma capitur: &
quid multa uel dicenda ſunt? uel ſcribenda? Rapit hanc uo
lentem: fugitiuus abſcedit. Quumq; fuga rectè inſtitui alio
modo non poſſet, nauem ingreſſus maritimam, in Phœni-
cen abit: omiſſo itinere, quod Troiam uerſus duceret. Su-
ſpicabatur enim fore, ut eum læſi perſequerentur. Exce-
ptus autem à uentis uehementibus ac turbulentis, ad ur-
bem applicuit, quæ ſita erat ad unum ex oſtijs Nili, quod
poſterioribus ſæculis Canobicum eſt appellatum: ubi Her
culis herois fanum erat exſtructum, quod hominibus eò
confugientibus ſecuritatem concedebat. In hoc fanum
præ metu quum ſe recepiſſent, quotquot unà cum Pari-
de aufugerant, domoqúe nauigarant: multas in ipſum
contumelias ac probra effundebant, exaggerantes tra-
gicè grauia ipſius facinora: iniuriam & impietatem
aduerſus hoſpitem: raptum non ſolummodò coniugis,
ſed

Occaſiones adulterij Paridis.

Helenæ deſcriptio.

Helenæ raptus.

Paris & Helena in Aegyptũ ueniunt.

Ayuntamiento de Madrid

ſed etiam opum. Audit hæc dux, qui iſti loco præerat: audit & Proteus rex Aegyptiorum. Itaq; Paris ad ipſum arceſſitur cum muliere, cum opibus, cum comitibus. Quærebat rex, quæ nam & cuias eſſet hæc mulier: cui nam hac ademta ſic oberraret. Alexander orationem falſam comminiſcitur. Verùm Proteus edoctus omnia de Helena, huiuſmodi ad Alexandrum uerbis uſus eſt: Niſi conſtitutum à me ſanctè foret, neminem hoſpitum occidere, qui à tempeſtate grauiter iactantur, & huc appellunt: magnis ac grauibus te pœnis adficerem, qui erga bene meritum ingratum te præſtitiſti, mutuiq; amoris uincula pedibus conculcaſti. Nunc autem tibi opes has & mulierem non reddam, etiamſi multis adſentationibus utare: ſed Græco abs te læſo ea ſeruabo. Tu autem ex Aegypto fuga diſcedito. Sic Proteus cum minis Paridem abegit, qui cum manibus uacuis in patriam reuerſus eſt: quum uoluptatē extremo tantùm digito guſtaſſet, & rogum accendiſſet, cælum ipſum attingentem. Hoc modo fuga Paridis è Sparta, Helenæq; raptus accidit. Reuertitur ex peregrinatione Menelaus: quid eueniſſet, accipit: ueſtem lacerat: & cum ipſo Tyndareus Helenæ pater idem facit. Vnà principum Græcorum cœtum adeunt, denigratis uultibus, ueſteſq; pullas induti. Iuriſiurandi illius horrendi commonefaciūt, quod Græci omnes ſimul iurauerant: ut ſi contingeret Helenam ab aliquo rapi, omnes ſuis cum corporibus pro ea pugnarent. Multum ergo quum ſupplicaſſent, ac pudorē inieciſſent: perſuadent Græcis, ut bellum Troianis facerēt. Itaq; multi de inſulis ac terris continentibus concurrunt: maritimi, & longè à mari diſtantes: Athenis Athenienſes, itemq; de tota Eubœa: ex Theſſalia: ex Achaia: ex tota Græcia. Erant & inſulæ ſociæ, Rhodus, Ithaca, Scyrus, Salamis,

Proteus rex Aegyptius.

Tyndareus & Menelaus bellū in Paridem concitant.

Quæ copiæ bello Troiano coiuerint.

Ayuntamiento de Madrid

Salamis, & cũ his maxima illa Creta. Ibant unà Corinthij: ſocij erant Argiui: mille nauium claßis eſt ab ipſis coacta. Aderat Meneſtheus Athenienſis, Neſtor Pylius, Vlyſſes ex Ithaca, ex Salamine Aiax, Idomeneus è Creta, è Rhodo Triptolemus: omnes originẽ generis habentes è nobili ſanguine, inſignes, orti Ioue, Mauortij, fortes, generoſi, leoninis animis præditi. Supra oẽs Achilles è Phthio lucebat, uir bellicoſus, fortis, robuſtis manib. Enimuerò inſtructa mille nauiũ claſſe, Agamemnonẽ claßis & exercitus imperatorẽ conſtituunt, uirũ generoſum ac bonũ, heroa robuſtum, præſtantẽ forma & ui brachiorum. Diſcedunt à patria, & amicis, & parentibus: animoq; forti uerſus hoſticum ſolum claſſem dirigunt. Re cõmuniter deliberata, ſtatuunt eſſe neceſſariũ, ut diriperent ac exſcinderent Troiæ uiciniam: ut ipſi copiam commeatus adquirerent, & Troianis ſociorum uires frangerentur. Itaq; mittitur Achilles cum alijs uiris præſtantißimis, qui inſulas inuadunt, & continentes deprædantur, ac tamdem res hoſtium prorſus atterunt. Audierant quidem Græci, de Helena quid factum eſſet, nimirum Protea regem Paridi eam ademiſſe, ac ab illo res ipſius omnes cuſtodiri: uerùm omni ſtudio conabantur (ceu fertur) occupare Troiam, quum fama conſtans eſſet, quòd auri theſauris abundaret, ac magnis opibus eſſet referta. Volebant etiam ulciſci eos, qui prius læſerant. Etenim uiris indignum, mollis deiectiq; animi putabant eſſe, illatæ iniuriæ pœnas debitas non exigere. Quum igitur tantam claſſem Troiani cernerent, coramq; multitudinem intuerentur, quæ aduenerat: collectis undiq; ſuis bellorum ſocijs, Caribus, Lycijs, Myſis, Mæonibus, Phrygibus, adiuncta itidem ſibi quauis Aſiæ natione, quotquot erant mediterranei, quotquot maritimi: contra

Agamẽnon imperator.



Ayuntamiento de Madrid

Græcos exercitus innumeri quoddam uelut examen educebant, ita ut longum tempus in hoc bello contereretur. Erant ipſius urbis Troianæ habitatores ſupra hominum quinquaginta millia. Et initio quidem ad pugnam ſe magna ui armabant, uirilibusq; congreßibus phalanges perrumpebant: uerùm poſtea, quàm Achillis robur tamdem experti ſunt, eiusq; mobilitatē igneam & ardentem conſpexerunt, itemq; uirilem faciem, & animoſam audaciā: intra ipſa occluſi mœnia deſidebant, nec aduerſus Græcos ullo modo progredi audebant, donec omnia uertens, & omnia perturbans, omniumq; malorum mater, (inuidiam dico) impetum Achillis in rebus gerendis retudit, illoq; ira commoto Troianorum animos erexit. Doloris autem cauſſa, qui hunc exacerbârat, erat Palamedis cædes, iniuſtè necati. Dicam uerò, quî hoc factum, & quis auctor fuerit. Vlyſſes ex inſula natus, aduerſus Palamedem odium implacabile alebat, & inuidiam ex imo corde conceptam: idq; propterea, quòd apud Græcos Palamedes floreret, quodq; cuncti ad ipſum intentis animis, tamquā ad Deum, intimo pectoris amore hominem cōplecterentur. Nam præcognouerat peſtis ardentis telū, eamq; toti Græcorum exercitui prædixerat. Quumq; omnes ab hoc malo acerbè adfligerentur, ipſe Græcos illæſos à peſte ſeruauerat, partim eis conſulens, & homines oratione confirmans: partim ipſa re docens, quid potißimum cōduceret. Hinc igitur Vlyſſes inuidia flagrabat, quum Palamedem uehementer diligi cerneret: ſe uerò haberi tamquā unum de plebe. Ex eo tempore fraudes ac molitiones nectebat, conſiliaq; calumniæ plena parabat. Verùm quamdiu robuſtus Achilles aderat, nihil efficere cōſilia filij Laertis poterant, nec eorum quidquā, quæ contra Palamedem ſtruebantur.

Cædes Palamedis.

Achillis defenſor Palamedis.

Ayuntamiento de Madrid

bantur. Nam quodcumq; nectebatur, erat inſtar telæ araneæ. Verùm poſteaquã Achilles cum Ducibus ceteris miſſus fuit, bellum geſturus cum quibuſdam Troianorum defenſoribus, cuius expeditionis comitẽ ſecum habebat Palamedem: (etenim uehementer illi ſemper adeſſe cupiebat) tum uerò quiduis audẽs ille, nactus occaſionẽ periculi expertem, Agamemnonis primùm leuitatem prædatur, ſeq; ſimulans ipſius eſſe perquàm ſtudioſum: Adfectat, inquit, mi rex, Græcorum imperium Achilles ille robuſtus, à iuuenili ætate impulſus, ac Palamedem ceu dicendi & adſentandi peritum, lenonis inſtar ac ſocij ad hoc ſibi adiungit. Neq; multo pòſt, commiſſo prælio, uenient: ac tibi quidem boues adferent, & greges ouium: uerùm ipſi plena pecunijs uaſa furtim auferent, quibus & ſubijciẽt ſibi Græcorum potentiores, & contra te concitabunt, ut imperium amittas. Audijt hæc rex: perſuaſus & captus eſt: auctorem fraudis in conſilium adhibet. Statim deinde Palamedes arceſsitur, & ſolus relictus in cædis laqueos incidit: per calumniam inſimulatur, quaſi Græcos Troianis proderet: lapidibus obruitur: (heu quæ perpetras inuidia) nihil quũ dixiſſet aliud, quàm hoc uerbum: Infelix ueritas, te lugeo deploroq; gemens. Nam tu ante me perijſti, & morte adfecta es. Reuertitur inde Thetidis filius cum tropæis ſplendidis: accipit, quod acciderat: Palamedem miſeratur: indignatur: luget grauiter: iraſcitur Græcis: pugnare deſinit, atq; illos in prælijs iuuare. Hinc nata Hectori & ſocijs eius audacia. Pugnas cum Græcis ualidas conſerunt. Hinc cædes, mactationes, effuſiones ſanguinis ortæ: hinc homicidia, clamores, reſtagnationes cruoris. Inſtar ariſtarum Græcorum agmina concidunt, qui animis deiecti quum hoſtes haberent acres, pœnitentia ducti

Vlyſsis inſidiæ.

Palamedis querela & mors.



Ayuntamiento de Madrid

ſunt eorum, quæ deliquerāt: quumq; prius ſuperbè ſe extuliſſent, nunc Thetidis filium uerbis ſupplicibus orabant, ut ipſis reconciliaretur. Verùm Achilles illa non curabat, quò eis opem ferret, donec Patroclus cecidiſſet, quē ualde diligebat, interfectus ab heroicis manibus Hectoris. Tum uerò perpulerūt eum, ut aduerſus Troianos procurreret. Itaq; progreditur ad pugnā Achilles, ignē ſpirās: perrumpit phalanges: prima ſtantes in acie necat: & inter eos Hectorē ipſum, Troiæ columnā, uirum fortē, mauortium, nutritū in armis, gerentē in pectore cicatrices infinitas, quas ex conflictib. aduerſus feros tauros acceperat prius, quàm Græci ueniſſent, & cū eo depugnaſſent. Hectore peremto, qui audaci præditus fuerat corde, Priamus Amazonas ad belli ſocietatem arceßit. Itaq; rurſum pugnatur, & omnes necantur. Hoc modo ſenex ille Dardanides ab omnibus deſtitutus, ad Dauidem Iudææ regem ſuos mittit: qui ab eo manum auxiliarem poſcerēt. Verùm Dauides illam haud perrexit, ſiue id temporis bellū gerebat aduerſus nationes extraneas, ſiue abhorrens à Græcis ſimul & barbaris: ut qui Deū non cognoſcerēt, ſed deaſtros colerēt: ac ueritus, ne Iudæi ad errorē prolaberentur, ſi ab ipſo Troianis auxiliares copiæ mitterentur: quum aliàs à natura procliues ad uitium forent. Igitur regem Indorum * Tantanem Priamus ad opem ſibi ferendam ſuppliciter inuitat, & infinita cum multitudine Memnon mittitur. Exercitus erat Indicus, omnes colore nigro. Quos quum adſpexiſſent Græci, peregrino colore præditos: formam eorum & armaturam ueriti, ſimulq; beſtias illas formidantes, quas alit India, fugere noctu, Troiamq; relinquere cogitabant. Sed tamen nigris demum hominibus aciem oppoſuerunt, Indorumq; ſanguine terram tinxerunt, ut ea ruberet,

Patrocli cædem Achilles ulciſcitur.

Hectoris mors.

Amazones opem Troianis ferunt.

Cur Troianis opē Dauides negarit.

Indi à Troianis arceſſuntur.

*al. Pandanē.

Indorum clades.

Ayuntamiento de Madrid

beret, ac ipſa flumina Scamandri cruor purpurea redderet. Eo tempore feſtum donariorum appetebat, quod tam Græci, quàm barbari celebrabãt. Itaq; factæ ſunt indutiæ bellorum ac laborum. quibus durantibus, Græcorum & Troianorum copiæ oſtentabant ſe quidem mutuò, ſed nihil moliri contra ſe inuicẽ audebant. Templũ uerò quoddam erat ante Troiam pulcris ornatam turribus, in quo frequẽter uerſans Achilles, Polyxenã uidit, & ardẽti eius amore correptus eſt. Quippe cõſpexerat eam prius, quũ Hector redimeretur: ubi quum illam retinere potuiſſet, non tamen id facere uoluit. At ubi tunc eam adſpexit, adfici cepit, Priamoq; patri denuntiauit, ſe Polyxenam uxorem poſcere. Priamus adſentiri ſe ſimulabat, Deiphobo & Paride fraudes haſce machinantibus. Quare cum ingrederentur in Apollinis Alphæi fanum, iureiurando ſe obſtricturi in cauſſa Polyxenæ: Deiphobus Pelei filium cõplexus oſculabatur, caræ ſororis illum ſponſum appellando: Alexander aũt adſtãs propè, letale uulnus inflixit. Quo illato, unà cum Deiphobo in fugam ſe proripuit. Achilles collapſus, extremam agebat animam. Id Vlyſſes animaduertebat, qui comitatus eum fuerat, unà cum Aiace Telamonis filio, Ioue ſato. Quapropter in fanum uterq; ſimul quum irrupiſſent, heroem illum iacentem inuenerunt, cruore fœdatum, extremos ducentem ſpiritus, uix linguam mouentem, & iam iamq; cernendi uſum amiſſurum. Itaq; illo conſpecto ululabant, & ad pectus eius adlapſus Aiax Telamonius, cum lamento Achillem alloquutus eſt: O uir mauortie, robuſtis manibus gigas, quisnam te leonino corde præditũ occidere potuit? Ille perobſcurè cõciſeq; uocẽ hanc edidit: Fraudulentè Deiphobus atq; Paris me interfecerunt. Quæ effatus, inſignis heros ex-

Induti æ propter donariorum feſtũ.

Achilles qui perierit.



Ayuntamiento de Madrid

exſpirauit. Aiax uerò corpus Achillis humeris impoſitum acerbo cum eiulatu ad portum detulit. Mox Pyrrhum Achillis filium arceſſunt, cognomento Neoptolemum, Hippodamea matre natum. Rurſum cædes, mactationes, homicidia exoriuntur: rurſum campi Troiani cruore imbuuntur: donec uatibus oracula pronuntiantibus, fatale non eſſe, bello Troiam occupari, nec manibus, nec gladijs, ſed tantùm fraude: ligneum equum Græci fabricarunt, & in eum uiris armatis impoſitis, ſe uerſus patrium ſolum ſoluere ſimularunt. Et equum quidem iſtic iuxta portum relinquebant, ipſi uerò cum nauibus ad Tenedum inſulam appellebant. Videbant Troiani, quod acciderat: portus adſpiciebant uacuos: ſolum equum intuentes, dubitabant & obſtupeſcebant. Ac primò quidem exiſtimantes ſubeſſe fraudem, equum abolere feſtinabant, igni traditum, uel de ſcopulis in profunditatem maris abiectum. Deinde (nam ſtatutum erat diuinitus, Troiam tunc eſſe capiendam) uiſum eſt eis, equum in urbem traducendum eſſe: tamquam ſimulacrũ quoddam, & ſpolium hoſtibus ademtum. Quapropter eum in urbem cum potationibus & choreis intulerunt, ſeq; deinceps ſomno graui & inexcitabili dederunt. At illi, qui abſconditi latebant in eo per inſidias, ſilenter egreßi, magnum ignem ſuſcitarunt. Quos conſpicati Græci, qui prius diſceſſerant, dicto citius cum nauigijs ad Troiam applicuerunt. Quumq; portæ fuiſſent apertæ ab ijs, qui erant prius ingreßi: clanculum in eam infuſi ſunt, inſtar exundantis aquæ. Hoc modo quum Troia, firmis munita turribus, eſſet capta: fœminæ rapiebantur è lectis recentibus, terra per cædes cadentium ſtagnabat. Infans qui geſtabatur in ulnis, ad parietem allidebatur.

Pyrrhus à Grecis arceſſitur.

Equus Troianus.

Troia capitur.

Ayuntamiento de Madrid

tur. Vt ſimpliciter ac breuiter dicam, eiulatu cuncta replebantur: omnis calamitas, omnis acerbitas urbem inuadebat. Manus cruore ſtillabant: gladij ſanguine tincti erant: pauimentum rubedine infectum: infantes proculcabantur. Tamdem quum rapinis & cædibus eſſent ſatiati, urbem igni tradunt, & à fundamentis exurunt, prius inter alias ſplendidam, & paßim celebrem. Hoc modo bellum iſtud eſt geſtum. Ceterùm fortuna Menelao ſemel indignata, nouis alijs miſerum laboribus opprimit. Rurſum nauigare coactus eſt multo remotius: aliæ moleſtiæ iam antè infelicem excipiunt, nimirum Helleſponticam nauigationem Aegyptium mare. Nam Aegyptum uerſus ſoluit: nauigat periculoſa per loca: & à tempeſtatibus, fluctibus, uentisq; grauibus iactatus, uix ad eam appellit: adſcendit ad Proteum: inuenit ibi coniugem in urbe Memphitica: hoſpitioq; acceptus honorificè, recipit Helenam: multos deniq; poſt labores in patriam reuertitur, annum iam poſt occupationem Troiæ octauum agens in oberratione, qua ad Proteum pergebat. Inuenit tum fratrem Agamemnonem miſerè trucidatum ſceleratißimæ uxoris fraude, quæ mœcha erat & uipera. Inuenit & Oreſtem, è fratre nepotem, qui Aegyſthum occiderat, tori paterni & generis contaminatorem: quo cum ille matrem etiam impudentem Clytæmneſtram peremerat. Hactenus Menelai caſus à me commemorati ſunt, id'que curſim & perſpicuè: reſtat, ut deinceps potentem ac ualidam Romanorum felicitatem deſcribamus, unde illi exorſi, terra uniuerſa potiti ſint. Poſt occupationem Troiæ Aeneas Anchiſæ filius, ſiue fuga elapſus, ſiue dimiſſus ab hoſtibus, cum familia tota ſe confert in terram Italiam, quam alij tradi-

Menelai noua profectio.

Initia Romani imperij.



Ayuntamiento de Madrid

dere ſic appellatam eſſe ab Italo, qui partibus Heſperijs imperitauerit: alij de hac cauſſa nomen hoc habere dixerunt. Magnus heros ille Hercules Geryonis boues collectos armẽtatim ex certamine domũ ducebat. Ibi quum ex ijs unus uitulus ab armento boum (ceu memoriæ proditũ eſt) reſilijſſet: interiecto maris pelago natatu traiecto, in Italiam magna ui peruenire potuit. Hercule uerò quocũque ueniſſet interrogante, num quis uidiſſet bouem hũc, qui aberrauerat: illi, qui linguam Græcam minimè intelligerent, quod Græci damalim, uitulam more gentis appellabant. Itaq; hoc ab animali tota regio Vitulia, quam bos percurrerat, eſt appellata. Igitur Aeneas cum Troianis, qui cum ipſo nauigabant, acceptis oraculis Italiam nauigio petebat. Ea iubebant oracula uerſus occidentem ut nauigaret, donec tamdem in regionem quamdam perueniſſent, in qua menſas ipſi ſuas ciborum deuorarent, Hoc quum accidiſſet, quadrupede uterẽtur uiæ duce, atq; ibidem urbem exſtruerent, ubi animal iſtuc defatigatum curſu hæſurum eſſet. His oraculis acceptis, Laurentum perueniunt. Laurentum uerò campus eſt in Italia. Fixis ibi tabernaculis, in pauimento prandebant. Totum autem pauimentum apio conſtratum erat, quod ipſis menſarum uſum explebat. Itaque iam abſumtis, quæ erant appoſita, quidam apium guſtare cepit, ac poſt ipſum alius, inde rurſum alius conuictor, & uiciſſim illi proximus. Tum nonnulli exclamarunt: Vnà cum cibis etiam ipſæ menſæ abſumtæ ſunt. Subſequutus eſt plauſus, quaſi iam oraculi dati finis appetijſſet. Hinc ſacrificare uolentes, aram exſtruebant, ſuémque fœminam ſacrificandam ſiſtebant: quæ grauida, non iam procul à partu aberat. Quumq; ſacrifici ſuem petituri mox eſſent, manibus illa ſe tenentum elapſa,

*Vnde dicta Italia.*

*Aeneas in Italiam nauigat.*

*Oraculũ Aeneæ datum.*

*Euentus oraculo reſpondet.*

Ayuntamiento de Madrid

elapſa, quemdam ad collem procurrit. Sequebatur ſuem Aeneas lento nonnihil gradu, ſpatio inter ſe ſuemq́; non magno relicto, data opera: ne contentione uehementiaq́; curſus illa perturbaretur. Animaduertebat enim, de hac quadrupede prolatum illud oraculum fuiſſe. Quum ergo porca curſum non exiguum abſoluiſſet, nimirũ XXIIII ſtadia, tamdem conſedit: & Aeneas ea quidem, quæ prædicta fuerant, accidiſſe uidens: locum autem ipſum ad urbem condendam ineptum: auctores oraculi magnopere culpabat. Inter has querelas alicunde uox quædam ex obſcuro loco prodijt & audita eſt, quæ non ſubſiſtere tantùm iſtic iuberet: ſed etiam urbem condere. Nam in hoc quidem tempore Troianos iſtic hoſpitium habituros, deinceps uerò tot annis exactis, quot enixæ iam porcæ fetibus numero reſponderent: urbem aliam longè magnificentiorem conſequuturos. Peperit autẽ porca fetus omnino triginta. Totidem anni quum exijſſent, Aeneæ poſteri ciuitatem Albanam, ſanè ſplendidam atq; opulentam, exſtruxerunt. Id uerò temporis Aeneas diuinæ uoci obtemperans, opidum iſtic condere, quod Lauinia uocatum eſt, cepit. Acciditq́; mirum quiddam, & commemoratione dignum. Primùm ſponte ſua exortus eſt ignis in luco: deinde lupus alicunde proſiliens è campo, materiem ſiccam ore præhenſam in ignem coniecit: aquila magnis alis uibratis ignem excitauit: uulpes deniq; fraudulenta cupidè conatibus illorum obſtans, & ignem accẽdentes dolis ſuis impediens, tota in eo fuit extinguendo, petitis è flumine undis, quibus caudam madefecerat, flammã urentem reſpergens. Hoc modo fiebat, ut nonnumquam illi ſuperiores euaderent, qui flammam accendere uolebant: nonnumquã uulpes uinceret reſtinguẽdo. Tandem illis uictoria potitis.

Alba condita.

Prodigiũ ſanè mirum.

c 5

Ayuntamiento de Madrid

*tis,hæc fuga ſibi conſuluit.* Hæc Aeneas *quũ adſpexiſſet,*
*prædixit urbẽ illam inuidiæ expoſitam fore,multisq́; tur-*
*bis exagitatã uix aliquãdo magnis & continentibus labo*
*ribus conſequuturã, ut inſidiatorib. ſuis ſuperior euade-*
*ret. Atq; hæc quidẽ adhuc* Aenea *ſuperſtite contigerunt.*

Aſcanius Albæ rex.

*Quũ aũt ille debitũ naturæ perſoluiſſet,filius eius,cui no-*
*mẽ erat* Aſcanij,*de* Creuſa Priami *filia natus,urbẽ* Albam
*cum* Troianis *ſuperſtitibus cõdidit.* In *ea præter alios* A-

Amulius & Numitor reges.

*mulius quoq; regnauit, qui* Numitori *ſceptra eripuerat,*
*fratri ſuo maiori natu. Quũq; gentẽ ipſius uniuerſam abo*
*lere uellet,filio fratris interfecto,filiam fani* Veſtæ *ſacerdo*
*tem fecit.* Erat *autem præſcriptum legibus, ut eiuſmodi ſa-*
*cerdotes* Veſtales *pudicitiã caſtitatemq́; ſuam cõſeruarẽt,*

Ilia uirgo Veſtalis.

*& uirgines ueneris expertes manerent.* Igitur *accidit ali-*
*quãdo,ut illã ad lucũ* Martis *ambulantẽ quidã inuaderet,*
*uitioq́; puellæ oblato grauidam redderet.* Ea *re cognita,*
*rex puellæ patruus illam cuſtodiri curauit, donec pariẽ-*
*di tempus appetijſſet.* Id *quũ de naturæ præſcripto adeſ-*

Romuli Remiq́; natiuitas.

*ſet,gemellos illa peperit. Quo facto,neptẽ ſuã rex inclu-*
*ſam arcta in cuſtodia detinuit,infantibus ad mortẽ deſti-*
*natis,mandans,ut in aquas abiecti necarentur.* Itaq; *miſelli*
*quamdã in ſcapham impoſiti abijciuntur.* Sed *diuina heic*
*prouidẽtia conſpecta eſt,eiusq́; manus & efficax omnino*
*uis declarata. Nã euerſa ſcapha,pueri quoq; fuerũt eiecti.*

Lupa infantes alit.

*Quũq; roderet eos humor & cœnũ,in quo iacebãt: acci-*
*dit ut alicũde ueniẽs lupa lacte turgens,quæ nõ ita pridem*
*pepererat,ideoq́; lactis copia grauabatur, ubera infantũ*
*orib. admoueret,ipſumq́; lutũ perbenignè ablingeret,quo*

A' paſtore ſeruantur.

*erant illorũ ora deformata & óblita.* Fortè *paſtor quidã*
*hac re cõſpecta,infantũ ſaluti cõſuluit,ad uxorẽ eos ſuã de-*
*fert,quã ægro adfectã animo reperit,quòd infantẽ mortuũ*
*edi-*

Ayuntamiento de Madrid

edidiſſet. Hãc ei⁹ calamitatẽ infantib. hiſce oblatis ſolatur, quos ſuorũ liberûm loco educaret. Illa uerò materna quadã illos pietate cõplexa deinceps aluit, quũ præter ſpẽ gemellorũ facta parẽs fuiſſet, quæ nõ multo antè hoc nominis ne in uno quidẽ cõſequi potuerat. Alij tradũt, nõ lupã hos infantes nutriuiſſe, ſed ipſam Fauſtuli paſtoris coniugẽ: quæ propterea, quòd corporis ſui formã uulgo proſtitueret, paterna gentib. illis lingua Lupa fuerit appellata, qua uoce ſcorta nũcupari cõſueuerint, & lupæ ſimiliter, ambigua nimirũ ſignificatione. Nõnulli, quòd feminæ petulantiã cognitã habuiſſent, Lupã uberib. ſuis infantes hos aluiſſe prodiderũt. Poſteaquã educati nõnihil adoleuiſſẽt, indita ſunt eis Remi Romuliq; nomina, uitã ſubulcorũ & bubulcorũ agreſtẽ agentibus. Quũq; per ignorantiã Numitoris caulas adfeciſſẽt detrimẽto, quẽ iam rumor erat, ipſorũ auũ maternũ eſſe: in illis latrocinijs capti ſunt à nõnullis, qui eis inſidias ſtruxerãt. Ad auũ perducti, & ultrò citroq; cogniti, Amuliũ nõ tantùm Albano regno ſpoliãt, ſed etiã ferro deſtitutum à ſatellitib. obtruncant: ſuoq; auo materno ſceptra reſtituũt. Is uerò quum magnas eis opes atq; pecunias largitus fuiſſet, inſtructos cũctis reb. neceſſarijs ad deducendã coloniã ablegat. Quare delatus ad opidulũ quoddã Romulus, cui Palatij nomen eſſet, ab auctore Palãte: figurã urbis ibi delineat, iunctis mare tauro, & iuuenca. Taurus foras, campũ uerſus, ſpectabat: iuuẽca uerò, ſub unũ cũ eo iugũ redacta, reſpiciebat urbẽ: qua pictura, ceu notis quibuſdã, innuebat optare ſe Romulus, ut extraneis uiri formidabiles eſſẽt: feminæ uerò domi fecũdæ forẽt, ſuis maritis fidæ, obſeruatrices ædiũ, earũq; rerũ cuſtodes, q̃ res in ædib. exiſtũt. Poſt hæc glebã extrinſec⁹ iacẽtẽ in manũ ſumtã in urbẽ cõiecit, uoto cõcepto, ut ex alienis

Alia narratio.

Amulij cædes.

Romuli pictura & uotum.

hæc

Ayuntamiento de Madrid

*hæc reſpublica incrementum ſumeret. Quibus ita peractis, ſigno tuba dato, nomen urbis edidit, ut Roma nuncuparetur. Quumq; de finitimis regionibus hominũ turbã, uirorum ſcilicet, mulierum, adoleſcentum, ſenum, iuuenũq; collegiſſet: omnes eodem ciuitatis uti iure permiſit, & in coloniam recepit.* Hoc modo primus Romulus rex Romanorũ fuit. Ei Numas ſucceßit, Numæ Tullus, Tullo Marcius, Ancus cognomento, quòd curuaturã pedis (quæ ancyle Græcis eſt) mutilatã haberet. Poſt hũc regnauit quintus à Romulo Tarquinius, potitus imperio nihil ad ſe pertinente. Nam Marcij liberis illud debebatur. Tarquinio ſucceßit gener Tullius, qui à puero (ceu perhibent) ac prima ætate Seruij nomen habuit: tamquã è ſerua natus. quippe mancipia Serui apud Romanos dicuntur. Filias ſuas L. Tarquinij regis nepotibus nuptum dedit. Earum unius inſidijs & cruento conſilio miſer uitam cum regno amiſit. Sequutus eſt eũ Tarquinius Superbus in imperio, qui cognomẽtũ hoc Superbi tulit ex eo, quòd crudeliter et ſuperbè tã erga Senatũ, quã plebem ſeſe gereret. Nam Superbi apud Romanos appellantur, qui ſunt arrogãtes. Acceßit hunc aliquando mulier quædam, nouem libros Sibyllinorum oraculorum adferens, quos regi ſe uendituram diceret. Quum autem ille pretium ab ea poſtulatum non daret, igne tribus exuſtis, rurſum rege conuento, priori æſtimatos pretio reliquos eidem offerebat. Quumq; parum mentis compos eſſe uideretur ijs, qui aderant: altera uice tres ex ijs in ignem coniectos abſumſit. Hoc modo tertium regem adit, & tres ſolos reliquos ei pro eodem pretio uenum exponit. Ea res quum regi admirationi eſſet, probatos uates ſequutus, aurũ adnumerari mulieri iubet. Quo illa recepto, quum monuiſſet, eos libros diligenter adſeruandos

Reges Romani poſt Romulum.

Numas.

Tullus.

Ancus Marcius.

Tarquinius.

Seruius Tullius.

Tarquinius Superbus.

Libri Sibyllinorum oraculorum exuſti.



Ayuntamiento de Madrid

nandos eſſe:deinceps à nemine mortalium conſpecta eſt. Libri autem iſti ſalutares urbi fuerunt. Idem Tarquinius quum exſtruere templum Romæ uellet, iamq́ pro ſubterraneis fundamentis magnam ad profunditatem fodiendo peruentum foret: ſub terra caput hominis recens interfecti repertum eſt, in quo calidus iamq́ primùm effuſus ſanguis conſpiceretur, & facies uiuæ ſimilis. Hoc quum prodigiator apud Tyrrhenos celebris accepiſſet, urbem Romam caput multarum gentium futuram prædixit, ſed non niſi per gladios, cædes, & ſanguinis effuſiones. Hinc factum, ut collis, qui antea Tarpeius dicebatur, ab illo capite deinceps Capitolium uocaretur. Fuit autem ingens hæc Romanorum urbs longo tempore ſub regum dominatu.

Prodigium capitis humani.

Poſteaquam uerò Tarquinij filius improbè ſe geſſit, & caſtiſſimam illam Lucretiam, Collatini, nobiliſſimi uiri coniugem, uiolauit: Romani coactis omnium ordinum hominibus, regibus ſuam poteſtatem abrogarunt, decreto facto, ut in annos ſingulos Conſules ab eo tempore deſignarentur. Ea uox tantum ualet, ac ſi conſultores uel prouiſores dicas. Græci quidem illos deinceps Hypatos, hoc eſt, ſupremos uocarunt: amplitudine dignitatis eorum conſiderata. Pulſis igitur ex urbe tyrannis, primi conſularem dignitatem conſequuti ſunt, L. Tarquinius, Lucretiæ maritus, & L. Iunius, cognomento Brutus: de quo mihi quædam commemoranda ſunt. Marcius quidam Romæ uir nobilis erat, tam opibus quàm dignitate præſtans. Ei quum acer ille Tarquinius ob facultatum amplitudinem inuideret, hominem unà cum filio perimit, iuuene generoſo, pulcro, apud omnes amabili, iamq́ fortitudinis animi certa quædam indicia de ſe præbente: quæ ipſa res ei mortem attulerat, metuente Tarquinio, ne, ſi ſuperſtes relinquere-

Regibus abrogatur poteſtas.

Cõſules unde dicti.

Primi conſules.

tur,

Ayuntamiento de Madrid

tur, haudquaquam ſibi temperaret, quo minus ſe de patris interfectoribus ulciſceretur. Hoc pacto quum Marcium Tarquinius è medio ſuſtuliſſet, opes eius in ædes regias transfert. Habebat autem Marcius alterum quoque filium Brutum, qui cæde patris iniuſtiſſima conſiderata, ſimúlque ſapienter animaduerſo, futurum ut idem cum patre ac fratre mortis periculum adiret, conſilium longè pulcerrimum capit. Nam ſtulticia ueſaniaq; ſimulata, quod imminebat malum, euadit. Hinc apud ignaros Brutus appellabatur, quæ uox ſtultum & amentem ſignificat. Eum Tarquinius in regiam ad ſe tranſtulit, ſimulans quidem ſe Bruti curam gerere, cuius ipſum miſereſceret, ob generis propinquitatem: (erant enim eodem orti ſanguine) reapſe uerò cupiebat eum filijs ſuis colluſorem dare, de cuius conſuetudine uoluptatem caperent. Itaq; uerſabatur inter liberos regios, eiſq; ludendi & ridendi materiē ſuppeditabat. Quum autē aliquando filij Tarquinij Delphos ablegarentur à patre, ſciſcitatum Apollinis oraculum de morbo peſtilente, qui tum graſſabatur: etiā Brutus eis adiunctus eſt, qui ridiculis ipſos exhilararet. Illi Delphos ingreßi, muneribus Apollinem ſibi conciliabant. Brutus autem ligneo baculo perforato, uirgam in ea prorſus auream tibiæ in modum abdebat, eamq; Phœbo tamquam donarium dicabat & offerebat. Aſtutam hanc callidamq; Bruti ſapientiam, ſolidi plenam ingenij, quum illi nequaquam animaduerterent: hominem irridebant, inſectabantur, exagitabant, ſubſannabant: qui munus eiuſmodi oraculorum auctori obtuliſſet. Inde iam è templo Delphico diſceſſuri, Apollinem interrogabant, quisnam ex ijs Romanorum imperio potiturus eſſet. Ad ea reſpōdebat Apollo perſpicuè, futurum ut hoc illi cōtingeret, qui

Bruti calliditas, amentiā ſimulantis.

Bruti donarium.

Oraculum Tarquinijs datum.

Ayuntamiento de Madrid

qui prior matrem complexus fuiſſet. Mox Brutus animaduertere, quid hoc oraculum ſibi uellet: illis rem totã ignorantibus. Quumq; placuiſſet, ut æqua poteſtate imperium adminiſtrarent: decreuerunt omnes ſimul matrem amplecti, ſicut etiam fecerunt. At Brutus, ubi primùm è naui fuiſſet egreſſus, pronus in terram cecidit, & eam exoſculatus eſt. Hoc modo Brutus data opera ſtultus erat. Verùm poſteaquam de eo rumor fuiſſet diditus, quod acciderat Lucretiæ: primus rempublicam capeſſebat, populum excitabat, conuocabat, perorando armabat, efficere deniq; poterat, ut imperium tyrãnis, Tarquinio nimirum, eiusq; liberis, abrogaretur. Poſt hanc abrogationem, primi apud Romanos conſules creati ſunt Brutus atque Collatinus. Hos alij ſequuti ſunt omnis generis, Caßij, Cicerones, Luculli, Catuli, Catones, Scipiones, Pompeij, Scauri. Ac tanta ſanè potentia, tãtumq; imperium CCCCLXIIII annis hoc pacto adminiſtratum eſt, ad Caium uſq; Cæſarẽ: qui conſulatum in regnum dominatumq; peculiarem conuertit. Quòd ſi aliquando rerum inſtabilitas, & iniquitas fortunæ, ſic poſtularet: conueniente Senatu & cõſulibus, Dictator unus ſumma cum poteſtate creabatur, qua quidem uoce ſignificatur imperiũ rationibus reddendis haud obnoxium, & adminiſtratio rerum omnium imperatoria. Deinde hac tempeſtate ſedata, Dictator ſe magiſtratu abdicabat. Caius autem Cæſar, quum Dictator creatus, ſummam hanc poteſtatem accepiſſet, de ſexcentis nationibus uictis tropæa ſtatuiſſet, Romanorũ potentiam ad ipſa uſq; Gadira ſolemq; orientem prolataſſet: poſt tot uictorias & tropæa petitus inuidia quorundam, & intellecto de indicijs ſuorũ, (proh qualia tu moliris inuidia) ſentẽtiã longè iniquißimã contra ſe latam: reb. ipſis ita cogẽtibus, ad ty-

Tarquinios Brutus ante uertit.

Quamdiu conſulũ adminiſtratio durarit.

Dictatoris poteſtas.

Cæſar ſolus fit rerum dominus.

ad tyrannidem occupandam animum adiecit. Quũq; manum cum ijs conſeruiſſet, qui magnis freti uiribus eum inuadebant, omneſq; deuictos in poteſtatem redegiſſet: dominatum imperatorium in ſe translatum uſurpauit. Quo tempore puerilem adhuc ætatem agebat, uiſus eſt ſibi per quietem aliquid uidere, quo ſequuturus hic euentus indicaretur: nimirum ſe citra pudorem ullum matris amplexibus uſum fuiſſe. Præterea natum eſt in eius equili prodigium, uidelicet equus, cuius pedes ungulæ bubulæ munirent, & qui ſolum Cæſarem uectorem acciperet: quemadmodum Bucephalas ſolum Alexandrum admittebat. Eidē Cæſari nouum quiddam huiuſmodi accidit. Erat uenuſta mulier * Iulia cum marito Nerone nupta, cui poſteaquam liberos aliquos peperiſſet, ac rurſus uterum ſexto iam mēſe ferret: Cæſar eam ſibi coniugem poſcebat, & Neronem urgebat, ut uxorem ſuam ipſi, tamquam ſi pater eſſet, deſponderet. Paret inuitus Cæſari Nero, coniugem ei ſuam tradit: quæ ubi pariendi tempus appetijſſet, filium marem edidit. Vnde uulgo tritum illud prouerbium natum eſt: Nobilibus & ſplendidis etiam menſe tertio liberi naſcuntur. Licet autem his de Cæſare proditis illud etiam adiungere, unde Cæſaris nomen habuerit. Sunt qui tradant, eius matrem grauidam eniti non potuiſſe, ſed fuiſſe ante partum extinctam: quo factum ſit, ut eius propinqui iuberent uterum aperiri. de quo quum fetus uiuus prodijſſet, Cæſarem dixere, tamquam exciſum. Alij uolũt comam capitis apud Romanos cæſariem appellari, Caiumq; Cæſaris nomen habuiſſe, quòd pulcra denſaq; cæſarie præditus eſſet. Denique nonnulli ſunt rerum Romanorum ſcriptores, qui memoriæ prodiderunt, fuiſſe quemdam Caij Cæſaris gentilem, qui præclaris facinoribus editis eo tempore, quo Romani

Somniũ Cæſaris pueri.

Equus Cæſaris.

Hæc ad Auguſtum referri debēt.

* Liuia.

Prouerbiũ.

Cæſaris nomen unde.

Cæſar à Cæſarie.

Ayuntamiento de Madrid

mani & Carthaginẽſes bellũ inter ſe gerebant, etiã letali haſtæ uulnere aduerſariũ elephãto inſidentẽ unà cũ ipſa bellua in terrã proſtrauerit: indeq; glorioſum Cæſaris co-

> Cæſar elephantus lingua Punica.

gnomentũ acceperit. Nam eo uocabulo Pœnis elephantos appellari. Ab hoc igitur ceteros gentiles atq; poſteros ipſius Cæſares fuiſſe dictos, honoris ab eodẽ nõ parũ cõſequutos. Ac de his quidẽ dictũ ſatis: nũc ad orationis ſeriẽ redeamus. Quũ morti uicinus eſſet uictorioſus ille fortiſq;

> Somniũ Calpurniæ de cæde Cæſaris.

Cæſar, uxor eius per quietẽ uidere uiſa eſt gladiũ, in caput ipſius delabentẽ: maritũ uerò ſanguine perfuſum in ſinum uxoris miſerrimè ſe demittentẽ. Secundũ hæc in medio foro miſerabiliter cæſus eſt, inſidijs à Caßio Brutoq; ſtructis. Hoc modo quũ C. Cæſar interijſſet, filius eius adopti-

> Cæſar Auguſtus Octauianus imp.

uus, Auguſtus Cæſar è Caij ſorore natus, in imperio ſucceſſit: qui quũ à puero nomẽ Octauij, tamquã ſibi proprium habuiſſet, deinceps Auguſtus dictus eſt, uelut auctus. Solus dominatu potitus eſt in uita lõgæua, & imperio ad extremos terræ fines prorogato. Quũ mater eo grauida foret,

> Quæ Auguſto imperiũ portenderint.

uidit in ſomnis uiſcus ſuũ in cælũ raptũ ſubuolare. Deinde illo ipſo mométo, quo ex aluo materna prodibat, pater uidere uiſus eſt, è ſinu coniugis ſolẽ ortũ lucere. Quũq; tar-

> Aſtrologi prædictio.

dius illo die domo exiret, quidã aſtrologus obuiã factus, cur ſerius prodiret interrogabat: quo indicante, natũ eſſe ſibi filiũ, grauiter ſuſpirãs aſtrologus, artis ſuæ peritia celebris: Quid hoc rei eſt? exclamat. Dominũ atq; regẽ no-

> Aquilæ augurium.

bis genuiſti. Iam quũ puer adoleuiſſet, ac in prædijs paternis degẽs, meſſorib. & manipulorũ colligatorib. oblectaretur, forteq; panẽ aliquãdo manib. geſtaret, eoq; ueſceretur: ſupernè delata in ipſum magno cũ ſtrepitu aquila, panẽ eripuit, moxq; cõploſis alis in aera ſublimis auolauit: deinde uiciſsim ſeſe demittẽs, panẽ ei reddidit. Ad imperiũ



Ayuntamiento de Madrid

Auguſtus ad irã pronus.

*ubi perueniſſet, iracundus admodũ erat, biloſus, & iuſto quidẽ cõcitatior: ſed rurſus ad ſeſe facilè redibat & miteſcebat. Quare quũ aliquãdo pro tribunali ſederet, cauſſasq́; cognoſceret, ac multos mortales capitis damnaret: uir quidã ſapiens, cui* Mœcenatis *eſſet nomẽ, propius accedendi poteſtatem nõ habens, ut* Cæſarẽ *moneret: (nã excludebatur ab ingenti hominũ multitudine) litteras quaſdã in chartã perſcribit, eamq́; deinceps obſignat. Eæ litteræ ſententiã huiuſmodi cõtinebant:* Deſine iudicem agere, carnifex. *Hanc chartã directò in* Cæſarẽ *eiaculatur, qua cõſpecta & reſignata, uerbisq́; perſcriptis in ea, lectis: de tribunali ſurgit, quæq́; prius erant decreta, tamquam irrita reuocat.* Habebat *idem* Cæſar *magiſtrum quemdã ſecũ, Alexandrinum patria, nomine Athenodorum, omni ſapientia & doctrina excultũ, formandorumq́; morũ longè peritiſſimũ.* Hic *quum animaduerteret,* Cæſarẽ *in libidines & ſcortationes propenſum eſſe, ac præſertim in peiori delinquere, quòd mulieres maritatas appeteret, earũq́; cõiuges cogeret, ut huic improbo facinori ſubſeruirẽt, nõ heriliter eis tãtùm imperãs, ſed etiã more tyrannico: totus in hoc erat, ut* Auguſtũ *ab eo furore uitioq́; reuocaret. Quũ aũt* Cæſar *uitã ſceleratã miſſam nõ faceret, admirãdi præceceptor ingenij quiddã tale molitur.* Fortè *plorantẽ ac lamentãtem cõſpiciebat hominem ſenatoriũ, lauta fortuna, clarũ. quippe mandatũ ei fuerat, ut in operta lectica concluſam uxorẽ imperatori mitteret.* Eũ *Athenodorus hortari, ne ploraret, néue rem illã ægro ferret animo: ſe tãtùm uxoris loco lecticæ includeret,* Cæſariq́; *pro eius imperio mitteret.* Vix *hoc quidẽ homini, ſed tamẽ perſuadet.* Quid *inde factũ?* Lecticã *Athenodorus ingreditur, gladiũ tenẽs: ſigillo obſignatus, ad* Cæſarẽ *mittitur:* Cæſar *lecticã accipit:*

Mœcenatis admonitio.

Athenodotus Auguſti magiſter.

Quĩ Auguſtũ Athenodorus ab adulterijs reuocarit.

Ayuntamiento de Madrid

pit:ſigilla reuellit:exit Athenodorus:gladiū quatiens: Cæſar eo cōſpecto nō tantùm obſtupeſcit, uerumetiā metu cōgelaſcit:ſacramētis ſemet obſtringit, quib. nihil eiuſmodi ſe deinceps commiſſurum policebatur, nec toros alienos amplius cōtaminaturum. Qūum aūt lōgo tēpore uixiſſet apud Cæſarē Athenodorus, iāq; reuerſurus in patriā eſſet: quia Cæſaris iracundiā bilēq; norat, quodq; celeriter admodū ſentētias pœnales ferret, ac uiciſsim extincto iracundiæ rogo, ad mores humaniores rediret: admoto eius aurib. capite, tāquā ipſum deoſculaturus: Auguſte Cæſar, inqt, unū modò tibi deeſt. Caue prius ſentētias tuleris, quàm XXIIII litterarū nomina tecū ipſe recitaueris. Tū ille gemitu ex imo corde ducto, Athenodorū intuitus: Adhuc, ait, tuæ præclaræ inſtitutionis egeo. Quapropter amplius apud me tibi uiuēdū, Romæq; hærēdū erit. Hic Cæſar eos ꝓfligās et eijciēs, ꝗ de reb. ſublimib. & cæleſtib. arrogāter nugātur, ſolos uiros ſapiētes ac doctos honorib. adijciebat. Tā carus aūt ſubditis erat, ut Romanus quidā in fata cōceſſurus, liberis ſuis atq; poſteris mādaret, ut gratiarū actionis ergò ſacrificia Dijs offerrēt, ꝙ moriēs Auguſtum incolumē poſt ſe relinqueret. Cæſar ipſe de uita migraturus, adſtātib. ſibi cōſulib. et plebeis: Quā luteā, inquit, inueni Romanā urbē, eā pulcris exornatā urbibus, lapideam, firmamq; reddidi. Et quoniā mihi nunc è turba rerum humanarū erit excedendū, multos in obitu meo plauſum edere uolo, ac ludos facere, tamquā in Mimi & ludionis obitu. Quæ quidē proferebat, tamquā uitæ mortaliū illudēs. Quum autem totos LVI annos imperaſſet, naturæ debitū perſoluit. Eodē Cæſare potiente rerum, coæternus ille patri Sermo, conditor mundi, caſtam incorruptæ iuuenculæ aluum ingreſſus, ex eius ſanguine carnem ſibi cōpegit, cū

Qūo compeſcuerit eiuſdem iracundiam.

Aſtrologi pulſi.

Auguſti extrema uerba.

Chriſti natiuitas.



Ayuntamiento de Madrid

*qua inter homines cõſpectus eſt, tam diuinitate, quàm hu-*
Tiberius imp. *mana natura planè perfectus.* Poſteaquàm uerò Cæſar Au*guſtus è uiuis exceßiſſet,* Tiberius *ad imperium peruenit: qui ab initio quidẽ mitis, blandus, liberalis erat: ſed deinceps ad ſanguinarios mores, improbitatẽ atq; ſordes exorbitauit.* Recẽs *aũt ad imperiũ euectus, adeò ſubditis omnibus carus erat: ut abſq; ſatellitio cuſtodiaq́; corporis, tam noctu, quàm interdiu, quocũq; uellet, iret.* Quos *urbium prætores, uel tributorũ exactores cõſtituebat, ab ijs officijs intra breue tẽpus nõ remouebat: cauſſam rei ſciſcitantibus notum illud ac peruulgatũ reſpondẽs: hominẽ uidelicet ægrotũ fuiſſe, cui pedes exhulcerati eſſent, multis humorib. fœtidis & ſanatu difficilib. referto.* In *eius hulcera muſcas inuolare ſolitas, ac putredines illas exhaurire.* Quæ *res tametſi dolorẽ ægrotãti adferret, nõ tamẽ eũ moleſtas illas & audaces admodũ muſcas abegiſſe.* Quũ *autẽ miſericordia quidã motus, ob uiri calamitatẽ, muſcas abigere uellet: ægrotũ exclamaſſe:* Miſſas *illas fac quæſo, mi homo, ne abactis ijs doloris mihi maioris auctor ſis.* Nam *iſtæ de mẽbris meis putrib. ſatiatæ, parum mihi moleſtiæ ſunt amplius exhibituræ.* Sin *aũt aliæ aduolarint, uiolentius adhærẽdo magis me cruciabũt.* Hæc *de publicanis dicere* Tiberius *ſolebat, monẽs ut diutius tolerẽtur: quò tãdem ſatiati, benignius illos tractẽt, à quib. exigẽda ſint tributa.* Quòd *ſi quẽ publicanũ accepiſſet modũ ſibi præſcriptũ exceßiſſe, ita ut grauis eſſe ſubditis phiberetur: ſupplicijs hominẽ multabat, tritũ illud prouerbiũ adijciẽs:* Volo *uos ouiũ lanas detõdere, nõ eas ad cutẽ uſq; deglubere.* Ta*lẽ igitur ab initio ſe gerebat, ſed in eo ꝓpoſito nequaquã*
Tiberij crudelitas. *perſtitit.* Nã *deinceps durior factus, acerbè puniebat etiã inſontes: citra cõmiſerationẽ ullã ſe cædib. polluens.* Vnde

*tantum*

Ayuntamiento de Madrid

tantũ cõtra ſe odiũ excitauit, ut uulgo lutũ ſanguine miſtũ appellaretur. Nõ dubitauit aliquãdo uirũ cõſularẽ & nobilẽ interficere, ac facultates eius diripere, ſolã hanc cauſam adferẽs: quòd Tiberij numos in ſinu geſtãs, acceßiſſet ad fœda ſtercoreaq; loca, ibiq; uentris onus euacuaſſet. Hoc Tiberio Romanis imperante, dulcẽ Ieſum meũ, uitæ largitorẽ, Hebræi & Pilatus cruci adfixerũt. Poſt deuictã uerò mortẽ illã exſecrabilẽ, quũ hic rerũ opifex è ſepulcro reſurrexiſſet, deq; locis inferis corpore ſuo ſublatus in cælũ eſſet: Maria Magdalena Romã uſq; currit, & ſceleratis illis accuſatis, tantopere Tiberiũ ad irã cõmouit: ut oẽs graui acerbaq; morte multaret. Quũ aũt Tiberius in fata cõceßiſſet, imperio p XXIII annos adminiſtrato, Caius rerũ potitus eſt, Tiberij Cæſaris è filia nepos: qui quũ fœdã uitã ageret, cædibusq; gauderet, etiã germanis ſororib. ſuis adhuc uirginib. uitiũ obtulit. Solebat & cũ aleatorib. ad aurorã uſq; ludere. Quũq; accideret aliquãdo in Gallijs, ut cũ quibuſdã cõuiuis aleã exerceret infelici conatu, theſauriq; præfectũ eo nomine triſtẽ uideret, exhauſtis omnib. in ærario pecunijs: de cõuiuio ſurgẽs, interfici quoſdã opulẽtos iußit, eoq; pacto tantùm nõ ſtagna quædã auri cõſequutus eſt. Quodã tẽpore lutũ Romæ in angiporto cõſpicatus, mãdauit ut illud in Veſpaſiani, qui tũ ædilis erat, ſinũ cõijceretur. Interfecto aũt in regia Caio, poſt annũ regni quartũ, Claudius ſceptris in ſe trãslatis, imperio potitus eſt. Erat is adeò formidoloſus atq; trepidus, ut accedẽtes ad ſe perquiri uellet, nũ quis fortè gladiũ in ſinu abditũ geſtaret. Quòd ſi cõuiuiũ celebrare ſui exhilarandi cauſſa uellet, armati milites & ſatellites circũſtabãt. Quũ aũt annos XIII exegiſſet in imperio, uir timidißimus ueneno ſublatus eſt. Atq; ita Claudio per ueneficiũ interẽto,

Chriſtus in crucem agitur.

C. Caligula imp.

Claudius imp.



Ayuntamiento de Madrid

Nero imp.

*Nero paricida neqßimè Romanũ imperiũ in ſe trãſtulit. Erat ille laſciuus, impurus, luxuriæ plenus, gulæ uẽtriq; deditus, uinoſus. Multos acerbißimis ſupplicijs adfecit, inter quos et mater ipſius fuit: quã fortaſſe quis nõ immeritò cæſam dixerit, q̃ tam improbũ mortalib. principẽ enixa fuerit. Paricidio cõiugis quoq; mactationẽ adiecit. Quũq; mala malis, & quidẽ fœdiorib. cumularet, cubiculariũ quẽdã ſuũ cõiugio ſibi copulauit. Delectabatur & citharœdis, ijsq; mulierculis, quæ riſum cõcitant, & cũ ſaltatoribus, ludionibus, mimis, cantoribus, omne facinus improbũ perpetrabat, nec ab ulla turpitudine abſtinebat.*

Parthi regnũ Perſicũ occupant.

*Id tẽporis etiã Parthi Perſicũ regnũ ad ſe traduxerũt, Perſis in ſeruitutẽ redactis. Quum aũt impurus hic Nero multos gladio ſuſtuliſſet, homo nimirũ porco ſimilis, & merũ intẽperanter ingurgitãs: acerrimũ omniũ ordinũ odiũ cõtra ſe cõcitauit, adeò quidẽ, ut eius cõſpectũ quoq; nemo nõ auerſaretur. Nã fœdißima quæq; media in aula deſignabat. Quapropter Romani, qui hæc amplius intueri nõ poſſent, nec aurigæ ac mimo ſeruire uellẽt, inuadunt hominẽ, tãquam interfecturi: quo ille cognito, manus ipſemet ſibi attulit, his ad extremũ uerbis pronũtiatis: Qualẽ ô Iupiter citharœdũ mortales amittũt.*

Galba, Otho, Vitellius imppp.

*Poſt Neronẽ Galba imperio potitus eſt, poſt Galbã Otho, poſt utrũq; Vitellius: qui edictis propoſitis, aſtrologos Italia iußit excedere. Illi uerò ſcriptis uicißim propoſitis, reſpõderunt: Tu uita, Cæſar, excedito. Simul ipſum diẽ indicarũt, quo interficiẽdus eſſet. Itaq; mẽſib. octo rerũ potitus, gladio cæſus perijt.*

Veſpaſianus & Titus impp.

*Poſteaq̃ hi & imperãdi & uiuẽdi finẽ feciſſent, exercitus Veſpaſianũ imperatorẽ renuntiarũt, qui tũ tẽporis Iudæã exſcindebat. Itaq; Romã ille cũ claſſe profectus eſt, magnanimo filio ſuo Tito cũ copijs ad expugnandã Hieroſolymã relicto,*

Ayuntamiento de Madrid

ᵭo, quū Cæſarē ac imperij ſucceſſorē illū deſignaſſet. Ab eo poſt magnos labores, cædes, quaſiq; maris in morē effuſos cruores, quib. cāpi Sionis rubefacti ſunt, haſtarū gladiorūq; uibrationib. reſperſi, tamdē urbs opulēta beataq; in poteſtatē redacta eſt, munita ædificia cū turrib. egregijs igne cōcremata, tēplum ipſum deletū: cuius nomine ſæpenumero Titus ingemiſcebat et illacrymabat. Hoc modo urbē pulcerrimā et populoſiſſimā in fumū atq; cineres redegit, ita ut habitatorib. antea frequēs, deinceps in miſerā triſtēq; ſolitudinē cōmutaretur. Quū aūt Veſpaſianus imperator ſenio morboq; cōfectus è reb. humanis exceſſiſſet, annis in imperio nō amplius nouē exactis: ſucceſſit ei Titus filius, uir planè diuinus, mitis, liberaliſſimus, opū diſſipator, imperio dignus: immò dignus, qui plura etiā imperia (ſiquidē exſtitiſſēt) adminiſtraret ac tutaretur. Eius eſt uox illa celebris et admirāda: Imperator hodie nō fui, qa neminē beneficio adfeci. Eiuſdē & altera uox ualde laudata, uiroq; generoſo digna, quū diceret: Eū qui faciē imperatoris intueatur, triſti uultu ab eo diſcedere non debere. Sed enim morb. letalis ante tēpus hominē elegātiſſimū abripuit, quū bienniū imperaſſet: ac inſtabilis rotæ curſus cum alea fortunæ Domitiano imperiū malè detulit. Erat is qdē natus iiſdē parētibus, quib. & Titus: ſed nihil cum Tito cōmune ac germanum habebat, quo factum, ut uerbum illud uulgo tritum in his uerum eſſet: Matula & poculum ex eodē uitro. Quippe Domitianus auarus erat, et quaſi caupo quidā pecuniarū, ſanguinis & cædium auidus, hominū coquus, citra cōmiſerationē carnib. humanis dilaniādis deditus, leonis in morē rugiēs. Prædixit ei quidā uir doctus, & curſus ſiderum peritus, quādo & quo pacto periturus eſſet, & quis ei ſucceſſurus. Ille uerò arceſſito ad ſe aſtrologo:

Hieroſolymæ excidiū.

Titus ſolus imp.

Domitianus imp.

Prouerb.



Ayuntamiento de Madrid

logo: At tibi, ait, quantũ reſtare tẽporis ad uiuendum exiſtimas, homo? quóue pacto, & quando morieris? quẽ habebis exitum uitæ? De quibus ille quũ rectè ac uerè diſſeruiſſet, ut ex aſtrorũ motu edoctus erat: imperator hominem conuincere uolens, tanquam impoſtorem, rogum ex materie pingui ſtructum accendi iubet, aſtrologumq́; firmiter colligatum conſtrictis brachijs in illum abijci. Poſteaquã rogo ſubiectus fuiſſet ignis, iamq́; ſurſum is ſe tolleret, terribile quiddã homini flãma minabatur ex lõgo etiã interuallo: formidabiliter ignis crepitabat, & aera colluſtrabat undiq;: quum interim aſtrologus ita colligatus,

Quô ſuppliciũ aſtrologus euaſerit.

ut diximus, in magna conſternatione iaceret. Quid quæſo deinceps accidit? nubes alicũde quædã orta cælũ obduxit, & aera totũ obſcurauit. Erat enim illa caliginoſa, nigra, humida, imbrẽq; ſecũ ferebat: exiſtimaſſet aliquis, eã quaſi quædã aquarũ flumina parturire. Sequuta ſunt tonitrua, et mugitus quidã auditus eſt. Tũ uerò uniuerſi ſemet in fugã cõijcere, imperator, ſpectatores, uulgus hominũ, ſatellites, ij qui caminũ materie ſuggeſta inflãmabãt, ipſi deniq; carnifices. Ad extremũ imber maximꝰ de cœlo lapſus ignẽ extinxit, canesq́; ſuꝑuenientes arroſis uinculis aſtrologũ opẽ diuinã adſiduo implorantẽ liberarũt. Eiuſmodi qddã

Domitiani ſomniũ ante mortem.

huic uiro cõtigit. Ipſa uerò bellua, leonina ferocia prædita, quũ uiuẽdi finẽ factura eſſet: ꝑ quietẽ uidere uiſa eſt, ſe ornatu imperatorio ueſtitã adſcẽdere nigrũ in equum, armis undiq; munitã: quæ quũ caſu quodã amiſiſſet, in hiatũ terræ præcipitari ſe miſerè putabat unà cũ equo & amictu, tãdẽq; ꝓrſus euaneſcere. Poſteaquã Domitianus morte

Nerua imp.

uiolẽta deceſſiſſet, exactis in imperio XV annis: Nerua ſceptris potitus eſt, uir bonꝰ, mitis, multarũ gratiarũ quaſi qdã hortus. is quũ uehemẽter odiſſet caſtrationes hominũ,

Roma-

Romanis teſtes exſcindi uetuit, et exſcindētes multatos in exſiliū egit. Sæpenumero magiſtratib. enſes nudos porrigebat, in ſpeciem quidē, ut explorarēt eorū acumē: ſed reuera, ut demonſtraret, nequaquam ſe formidare, ne ſubitò interficeretur: quum quidem diceret, nullius ſe ſibi facinoris eſſe cōſcium. Vbi mors hunc quoq; celeriter abripuiſſet, poſt annū imperij primū, & mēſes quatuor: Traianus eidem ſucceſsit, uir rei militaris peritiſsimus, ſexcentis potitus uictorijs, fortis, magnanimus, generoſus, duellis auſus cum hoſte cōgredi, incorrupta in iudicijs ſtatera iuſticiæ. Hic ceruices Celtarum, quæ antea flecti non poterant, flexit: hic bellicoſorū Parthorum impetus repreſsit, qui hoc tempore longè lateq; diffuſi, uniuerſos Aſiæ fines populabantur, excurrebant undiq;, cædes perpetrabant, flammis abſumebant omnia, caſtris ad ipſum Euphratem promotis. Ea quum ab ipſis deſignata Traianus accepiſſet, quæq; foret impetus Parthici audacia cognouiſſet: ab extremis terræ finibus ad extremitates eis oppoſitas celeriter ſeſe contulit, manum cum hoſte conſeruit, phalanges aduerſas perrupit, planicies eorum locorū cadaueribus conſtrauit, Parthos intra limites ſuos manere coëgit, eiſq; non parū arctatis, ad triumphum parta inſigni uictoria domum reuerſus eſt. Sic à natura comparatus erat, ut adflictis condoleret, ægrotantium miſerijs adficeretur, in extraneos benignus eſſet, amicos ſolaretur, toleranter quæuis conuicia ferret, quum quidem diceret, imperatorem Deo ſimilem eſſe debere, atq; oris maledici petulantiam commodè perpeti. Gladium euaginatum in Senatus & magiſtratuū præſentia Romanæ urbis præfecto cum uerbis huiuſmodi tradidit: Accipe gladium hūc, & ſiquidē iniuſtè me in imperio geſſero, cōtra meipſum illo utere, nec uitæ meæ par-

Innocentia Neruæ.

Traianus imp.

Virtutes Traiani.



Ayuntamiento de Madrid

cito:ſin legitimè,rectè, iuſteq; imperauero, pro defenſione mei traditum tibi putato. Mortuus eſt Traianus multis ornatus uictorijs,quũ imperio per annos VIIII,& VII menſes præfuiſſet, Adriano genero ſucceſſore deſignato.

Aelius Adrianus imp.

Delectabatur ille libris,ac uoluptatẽ ex doctrinarum ſtudijs percipiebat, & quoſcumq; literatos eſſe cognouiſſet, magnificis muneribus ſæpenumero donabat. Habebat etiam in comitatu ſuo uiros doctos ſecum, tam in caſtris, quàm in otio & itineribus. Eodem modo erga quoſuis alios munificentiã exercebat. Quapropter uniuerſo Senatui & plebi carus erat. Veſanos Hebræos,qui defecerant, & imperij Romani iugum excuſſerant, cum copijs aduerſus eos profectus,ad internecionẽ cæcidit,& cunctis fame, gladio,igne funditus deletis,urbem Hieroſolymã de fundamentis euerſam,deinceps Aeliam nuncupauit.Sedenim ad alios oratio trãſeat.Poſteaquàm Adrianus ex aqua intercute fuiſſet extinctus, anno imperij quarto & uigeſimo: Antonino illud delatũ eſt,cognomento Pio,propter morũ probitatẽ, & indolis manſuetudinẽ. Is quũ annis XXII imperiũ adminiſtraſſet, naturæ debitũ perſoluit.Succeßit Marcus Antoninus,qui educatus erat in omni liberali doctrina & ſapientia,uirtutũ laudibus, & quidẽ omnigenarum,ornatus. Quã ob cauſſam quoſuis ſapiẽtes ac doctos uiros honorificè tractabat, magnificisq; muneribus adficiebat. Prodiderũt de hoc memoriæ ſcriptores hiſtoriarũ priſci,uarijs bellis undiq; ingruentib.omnẽq; ditionẽ Romanã uaſtantibus,eũ pecuniæ laborantẽ inopia,quũ nullo pacto armare poſſet exercitũ,ornatum imperatoriũ in foro uænum expoſuiſſe, nimirũ ſupellectilẽ ex auro ſolido textã,amictus purpureis fimbrijs redimitos,coronã unionibus ornatã,lectulos gemmis hinc inde diſtinctos, ipſam deniq;

Excidium Iudaicũ.

Antoninus Pius imp.

M.Antoninus imp.

Imperator ſupellectilẽ ſuam uẽdit.

Ayuntamiento de Madrid

deniq; ſtolã imperatoriã ſplendidiſsimã: ſimul per publicũ præconẽ ſignificaſſe, licere cuiuis hæc uænũ expoſita citra metũ omnẽ periculi coëmere. Hoc modo factũ, ut emerent ea, qui uellẽt: pecuniãq; conflatã fuiſſe, quã ubi diſtribuiſſet in milites, mox imperatorẽ copias in hoſtẽ mouiſſe, & manu cõſerta, citra negotiũ uictoria potitum eſſe, adeoq; cõiectis in fugã omnibus, necatis, ſpoliatis, integros pecuniarum theſauros conſequutũ. Has ubi rurſus in forũ retuliſſet, indicari per præconẽ iuſsiſſe, ut qui uellet, auro recepto, quidquid prius imperatoria de ſupellectile coëmiſſet, ſi quidẽ ita placeret, reſtitueret. Idem Lucium generũ ſuũ, imperij conſortẽ, aduerſus bellicoſos pugnacesq; Parthos miſit, quorũ id tẽporis rex erat * Begeleſes. Præſtabat aũt Lucius tam animi, quàm corporis dotib. uir procerus, facie pulcra, ſuauis, coma flaua, colore roſeo. Quũq; pugnã cum hoſtibus conſeruiſſet, qui ob copiarũ multitudinem, pharetrasq; ſuas nimiũ quantum ferociebant: arte nationem arcus geſtantẽ uicit ac debellauit. Quia uerò ad hũc locũ orationis & inſtituti noſtri peruenimus, generis humani uiciſsitudinẽ admirari ſubit: quì nimirũ fiat, ut filij parentibus ſuis ſimiles non euadant. Etenim leo ſemper catulum gignit, qui leonino ſit animo præditus: pardalis itẽ, ſibi ſimilẽ animo feram: tigris ipſiſsimã procreat tigridẽ: at hominibus liberi parentibus diſsimiles naſcuntur, quã rem ab electione uoluntatis oriri, manifeſtum eſt. At enim quò nobis hæc dicta ſunt? quémue ſunt ad ſcopum relata? Nimirum Marcus imperator naturæ ſe legibus ſummiſit, lutumq; naturæ reſtituit, à qua mutuum acceperat: quum imperio XIX annis præfuiſſet. Eius autem in locum filius Commodus ſucceſsit adoleſcens nulla in parte patriſſans, nec quidquam habens ſimile Marco patri, à quo

Lucius Antonini collega.

*al. Belegeſes.

Querela de liberis degenerantibus.

Commodus imp.

Ayuntamiento de Madrid

quo procreatus, & inſtitutus fuerat. Quippe mimis ſemp delectabatur, & gladiatorum ſpectaculis, et mulierculis, et uiris nefaria perpetrantibus ac temulentis. Cædibus etiã ſeſe polluebat, homines potẽtes, illuſtres, & opulentos gladio perimens. Quapropter exitum illa dignum uita reperit. Nam hauſtis uenenis inquinatam cædibus animã efflauit, ac uiuendi finem ante tempus fecit, quũ imperio XII annis potitus fuiſſet. Præfuit autem Romanis poſt ipſum maxima grauis ſenecta Pertinax, qui quũ necdum adhuc in palatiũ ſuos liberos & uxorem deduxiſſet, nefariè fuit interemtus. Erat tum Didius quidam Iulianus, quem pretio mercatum eſſe coronam imperialem, ducibus copiarum largitione corruptis, perhibẽt. Sed fortunæ regiæ fructum nullum tulit. quippe Seuero Aphro ſeditionẽ aduerſus ipſum concitante, gladio necatus eſt, & malus malè perijt: quum mel imperij propemodum non deguſtaſſet. Hoc modo fortuna inuidioſa Iuliano deſerto, Seuero arriſit, eumq; uultu hilari reſpexit. Hunc audio Balneum Zeuxippi condidiſſe, magnum illud & celeberrimum Byzantinæ urbis miraculum: itemq; plenum illud admirandæ uoluptatis ac delectationis opus, quod totis opidis & nationibus recreandis ſufficit: in quo ſcilicet equi certantes inter ſeſe delectationis humanæ cauſſa decurrunt. Ceterùm Seuerus ubi ſatis diu uixiſſet in imperio, totosq; in eo XVII annos exegiſſet: graui oppreſſus morbo, uitã cum morte commutauit. Moriturus filijs ſuis ſceptra reliquit, quorum natu maior Antonini nomẽ habebat, cognomentum Caracallæ: alteri Gethæ nomen parentes indiderant. Præfuerũt annos omnino ſex, & menſes duos. Quum autem alea imperij ſæpius ab uno ad alterum ſe cõuertiſſet, præter alios Diocletiano quoq;, uiro ſceleratiſſimo, ſummam

Pertinax imp.

Didius Iulianus imp.

Seuerus Apher imp.

Antoninus Caracalla imp.

Omiſit heic auctor XV Ceſarum nomina, & annos LII, uel amplius.

Ayuntamiento de Madrid

mam poteſtatem tribuit. Is adiuncto ſibi Maximiano Her culio, Satanæ filio, qui eadem erat cum ipſo in ſententia, conſortem imperij fecit. O patientiam tuam fili Dei SERMO. Quum duo magna mala ſimul concurrerent, quid calamitatis non aderat? quid non deſignabatur? Vbiq; cædes, mactationes, ſanguinis effuſiones ſtagnorum in modum: obſcuris in carceribus multi cuſtodiebantur, præſertim à Chriſto denominati. Quippe uentum quemuis grauiſsimum ſpirando ſuperantes, plantulam pietatis adhuc recentem radicitus euellere ſingulari ſtudio conabantur, ueluti ramum quemdam non ita pridem inſertum, arborémue tenellam. Hinc tormenta, uincula, mactationes hominum: hinc carnes membratim diſcerpebantur, tamquã in macello fieri conſueuit. Enimuerò poſteaquàm ex animi lubitu ſatis hac in parte bruto impetu decertaſſent, fruſtráq; canum furioſorum in morem latraſſent, nec tamen Chriſti nomẽ abolere potuiſſent: ad inſaniam redacti miſerrimi homines, abiecta corona ſemet ad fortunã & condicionem humiliorem demittunt, adeóq; curatores hortorum, arborũ plantatores, foſſores ſtirpium, olerumq; nutritores fiunt. At ubi recuperare uellent imperiũ, grauiſsimo cædium genere uitam amiſerunt. Generos ſibi delegerant, quibus filiæ nuberent, eoſq; tamquam natos ex ſe filios Cæſares deſignarant: primus quidem Galerium, Valeriæ filiæ maritum: alter uerò, nimirum Maximianus, Conſtantem, Claudij * filium, qui nõ ita pridem imperauerat. Habebat iam tum Conſtans Helenam uxorẽ, feminam beatiſsimam, è qua magnus ille triumphator Conſtantinus genitus fuit: uerùm tyranni gloriam reueritus, ea repudiata, Theodoræ coniugium amplexus eſt, Maximiani F. de qua liberos etiam procreauit, quorum in numero fuit Conſtantius

Diocletianus & Maximianus impp.

Galerius & Conſtans Cæſares.

* h.e. nepotẽ.

Ayuntamiento de Madrid

tius Galli pater, itemq; Iuliani præuaricatoris impij maximeq; exſecrandi. Secundum hæc Conſtantinus eam imperij partem, quæ Conſtanti ſorte obuenerat, ueluti paterno iure debitam conſequutus, quum res Romanas miſerè cerneret continentibus agitari fluctibus, imperio multos in principatus diuiſo: (nam unà præerant ei Maxentius, Seuerus, Maximinus, Galerius) bellum in eos mouet, deq; cunctis uictoria potitus, ſolus imperatoriam poteſtatem adipiſcitur: ſimul uenerandi gregis Chriſti fit ouicula, primus imperatorũ Chriſto uerè agglutinatus. Hic & aras euertit, & delubra clauſit, in quibus ethnici malis genijs hoſtias offerebant: itemq; promulgatis legibus turpes luſtrationes, orgia fœda, cunctas abominationes deniq; ceſſare iuſſit. Hoc modo factus eſt uelut argentea quædam tuba, quæ clarè ab extremis terræ partibus ad alias extremitates ſonuit, ac fidem in creatorem ſuo clangore cunctis in locis propagauit. Quum autem urbem cõdere uellet, cæcorum Chalcedonenſium ciuitatem extruendam ſtatuit: quod opus ubi cepiſſet inchoare, nouum quoddam prodigium uidit. Nam magnis alis præditæ uolucres quum aduolaſſent, abreptos lapides inde pulcerrimam ad urbem Byzantinam deportarunt. Quapropter Conſtantinus imperator, qui diuinitus gubernaretur ac tegeretur, animaduerſo, rem hanc, quæ acciderat, non fortuitò, nec caſu eueniſſe: auerſo inde animo, totum conſilium mutat, ſeq; ad opulentum Byzantiorum opidum confert, è quo beatiſſimam & fortunatã urbem excitat, urbem inquam magnam, Romam nouam, Romam carentem rugis, numquam ſeneſcentem, ſed perpetuò iuueneſcentem, ſeq; renouantem, Romam illam deniq;, de qua gratiarum riui profluunt: quam terra continens amplectitur,

Conſtãtinus magnus imper.

Tyranni plures uicti.

Conſtantini religio.

Conſtãtinopolis extructio.

Ayuntamiento de Madrid

ctitur, & mare uiciſſim excipit: quam iucundè ornant Europæ manus, & ab altera parte os Aſiæ deoſculatur. Enimuerò laudes, quibus hæc urbs imperatrix ſeſe iactat, alterius loci & temporis fuerit enumerare: nunc ad inſtitutam mihi narrationem reuertendum erit. Quum ergo sereniſſimus ille Conſtantinus puluerem corporis depoſiturus, ac tabernaculi figulinum uas terræ, quæ mutuum dederat, redditurus eſſet: alterum ex filijs Conſtantium totius Orientis imperatorem deſignat, reliquis duobus, quorum erant nomina Conſtans & Conſtantinus, Romam, Gallias, ceteraſq; uerſus Occidentem ſitas prouincias tradit. Atq; hi quidem ante tempus deceſſere, bello ciuili contra ſe inuicem excitato, quum alter imperium alterius rapere conaretur: ad ſolum autem Conſtantium uniuerſa poteſtas deuenit. Is primo Cæſaris dignitatem Gallo conceſſit, patrueli ſuo, Conſtantis filio. Verùm ubi comperiſſet, hunc regnum adfectare, ad tyrannidem proruere, nihil non moliri, quo uoti compos fieret: omni conatu eius anteuerſo, caput ei præcidi curauit. Deinde Galli fratrem, porcum illum fœtidum, Iulianum corona Cæſarea coboneſtauit. Quo factum eſt, ut deſertor ille fidei urbanum quiddam proferre uolens, purpurea ueſte ſua commonſtrata, tritum illud uulgo uerbum ad adſtantes enuntiaret: Purpurea mors & fatum occupauit. Significare uolens, Gallum etiam in ueſte purpurea extinctum fuiſſe. Non autem multo pòſt tam à Deo, quàm imperatore deficit: eiurat religionem & cultum, quo creatorem ſuum adfecerat: ſceleratiſſimis ſe genijs adglutinat: ſanguine (proh impium facinus) lauacrum illud diuinum eluit: bellum aduerſus eum concitat, à quo ſeruatus fuerat: imperium deniq; ſibi uſurpat. Quo cogni-

Conſtans I, Conſtátius, & Conſtantinus II, imppp.

Gallus Cæſar.

Iulianus Cæſar, deinde imp.

Iuliani defectio.



Ayuntamiento de Madrid

to Cõſtantius excanduit, ac morbo graui correptus, paul lo pòſt rebus humanis exceßit: quũ quidem tria mala per ſe facta deploraret, ac in lingua continenter haberet: primò, quòd genere ſibi propinquos iniuſtè ſuſtuliſſet è medio: deinde, quòd fidem Chriſtianam adulteraſſet, ac in ea quædam innouaſſet: tertiò, quòd impijßimum hunc Iulianum Cæſarem deſignaſſet. Enimuerò non longum ad tempus iuſticia dormitauit, nec inſpector ille cunctorum oculus diu connixit: ſed palpebram ſuſtulit, deſertorem intuitus eſt, uidit piacula, mactationes uictimarum, ſanguinis riuos, hominum cædes, omnem deniq; turpitudinem, abominationem, impietatis plena facinora, quæ deſignabat: & furorem hominis exſecratus, Perſis ueluti ſæuis leonibus uolutatum in luto ſuem immaniter dilacerandum tradidit. Hoc modo quum uir impius gladio uulneratus occubuiſſet, ne ipſa quidem terra corpus hominis profani admittere uoluit, ſed ſucceßiõe ac motu quodã exſpuit eum, qui concußione impietatis uniuerſam creaturam turbauerat. Hinc iam rurſus hilari uultu fidei gratia ſplenduit, poſteaquàm Iouianus imperator deſignatus fuiſſet. At ubi etiam ille fortuna exiguum ad tempus deguſtata rebus terrenis exceßiſſet, Valentiniano imperiũ delatum eſt. Is Valentem fratrem impoſita corona collegam adſciuit, ac Orientis quidem illum imperatorem renuntiauit: egregium uerò Gratianum ueteri Romæ præfecit, ex Seuera coniuge natum. Ex his Valens, uir impius, addictus Ario, qui contra Dominum noſtrũ ſuperbè inſurrexit, populumq; religioſæ pietatis ſtudioſum acerbè uexauit & adflixit, non longo pòſt tempore ab edaci conſumtus eſt igne, quũ Scythas fugiens, in tugurium paleis refertum ſe recepiſſet. At præclarus ille Gratianus, Valente ſublato, iam con

Conſtantij querela.

Iouianus imp. Valentinianus, Valens, & Gratianus, impppp.

ſequutus

ſequutus uniuerſum imperiū: (quippe Valentinianus etiã naturæ debitum perſoluerat, Gratiani pater, uir probus, religioſus erga Deum, in prælijs animoſus ac fortis) Theodoſium primum ad Orientis gubernationem ablegat, uirum grauem, mauortium, ex Hiſpania oriundum: non abs re hoc ipſi largitus imperiū. Quippe debitum ei conceßit uictoriæ præmium, quam de barbaris uir magnanimus, & qui diuinitus defendebatur, adeptus fuerat. Ipſe autem Gratianus, hoc nationibus Orientalibus præfecto, ſibi prouincias Occidentales cum urbe Roma retinuit. Memoriæ proditum de Gratiano accepimus, eum muliere quadam accedente, ac maritum deferente, quòd frequenter eam plagis & uerberibus multaret, aptè reſpondiſſe: Nihil hoc ad me mulier. At quū illa ſubieciſſet, maritū ſuum ipſi quoq; Gratiano inſidiari: rurſus illum reſpondiſſe: Quid hoc ad te mulier? Tradunt etiam Gratianum adeò peritum ſagittandi fuiſſe, ut eius tela mentem habere perhiberentur. Interfecto autem Gratiano miſerabiliter admodum à quodam barbaro, Theodoſius imperator Romam profectus eſt, ac paricidam ultus, Romæ imperium Valentiniano iuniori, Gratiani fratri, tradidit. Hinc rurſus alia turba, rurſus alia grauis & horrida tempeſtas imperium demergere conata eſt. Quippe tyrannidem Eugenius quidam uſurpauit, & Valentinianus imperator ſtrangulatus, miſerè uitam amiſit. Rurſum ergo Theodoſius militem aduerſus paricidam educit, tyrannus uiuus in poteſtatem redigitur, compedibus ligatur, audaciæ ſuæ flagitiorumq; deſignatorum pœnas luit, ſimul denique uitam & imperium amittit. Secundum hæc Honorius à patre Romæ ueteris imperator renuntiatur, è Pla-

Theodoſius I. imp. annis XVII.

Scitum Gratiani reſponſum.

Valentinianus II. imp.

Honorius imp.

e cilla

Ayuntamiento de Madrid

cilla Theodoſij coniuge natus. Qumq́; Theodoſius etiam ipſe uitam hanc reliquiſſet, Orientis imperium Arcadio ceßit, ex iiſdem cum Honorio parentibus orto. Id temporis contemto principe Occidentis, tamquam effeminato, Gotthi ſanguinolenti, natio bellicoſa, ſuperatu difficilis, cædibus gaudens, in Romæ ueteris limites excurrunt, eorúmque rex Alarichus imperatorijs opibus potitur, & ipſa imperatoris ſorore Placidia, quæ mox de barbarorum manibus elapſa, celeriter ad Honorium fratrem ſe contulit, qui Rauennam, urbem munitam, profugerat. Eſt autem in matrimonium collocata Conſtantio, per quem ſeruata fuerat: déque his Valentinianus iunior procreatus eſt, qui ſecundum hæc Romæ imperium conſequutus fuit. Poſteaquàm Arcadius terrenam corporis molem depoſuerat, Theodoſius in Orientalis imperij ſolium collocatur, quem Arcadius ex Eudoxia coniuge genuerat. Is filiam ſuam Valentiniano ad coniugij ſocietatem miſit, quem iuuenem uoluptatum amor & inſanum ſtudium explendi libidines carnis, quod nullis inhiberi uinculis poterat, non imperio tantum, ſed etiam uita ſpoliauit, ipſámque uitæ ſociam iniuriæ alterius expoſuit: quæ res quo pacto geſta fuerit, breuiter exponetur. Erat in urbe Roma uir conſularis Maximus, facilè princeps inter ceteros. Habebat is uxorem eleganti præditam facie, quæqúe propter uenuſtatem formæ quidam uelut hortus pulcritudinis eſſe uideretur: & ornabat eamdem multo etiam magis caſtitas atque pudicitia. Quum hanc uidiſſet imperator, amore captus eſt, omnésque neruos in id contendit, ut uoto potiri poſſet. Igitur aliquando Maximo, marito mulieris, alea

Arcadius impe. an. XIII.

Gotthi Romam inuadunt.

Theodoſius II. imp. ann. XXXIII.

Valentinianus III. imper. quî perierit.

Maximi uxor ſtupratur.

Ayuntamiento de Madrid

alea ludens, ubi uiciſſet, nec aurum Maximus numeraret: aureum eius anulum accipit, quaſi pro debitis oppigneratum. Hunc anulum ipſius uxori mittit ſigni loco, de quo illa intelligeret, in aulam ſibi eundum eſſe. Mulier ſigno cognito, fidem ijs, quæ mandabantur, habet: adeóque celeriter in regiam ſe confert. Quid inde factum? Imperator eam nactus, ui ſtuprat. Maximus his cognitis ardere animo, ad ultionem ſe armare, fraudes omnis generis nectere, tamdem gladio imperatorem occidere, ſpoliatum prius fidiſſimis ſatellitibus. Hoc facto, coniugem quoque Valentiniani Eudoxiam ſtuprat, quæ iniuriam hanc ægerrimo ferens animo, ſuos ad Gizerichum Vandilorum regem mittit, oratum, ut Romam cum copijs inuaderet. Fecit hoc Gizerichus, Romam occupauit, eáque miſerum in morem ſpoliata, imperatricem cum filiabus captiuas abduxit. Ac Roma quidem exiguum ad tempus adhuc ab imperatoribus administrata, tamdem imperium omne prorſus amiſit, in poteſtatem regum principúmque barbarorum redacta, quorum manibus miſerè proſtrata fuit. Tunc temporis autem Maximus occupata tyrannide regnauit, quem ſequuti ſunt Anthemius, Olybrius uir præſtantiſſimus, * Maior, Glycerius, Nepotianus, Oreſtes, poſt quem Oreſtem puer Romulus omnium poſtremus imperiũ uſurpauit. Hoc modo celeberrima Romanorum urbs, quum ab initio Romulum regem legitimum habuiſſet, ac uiciſſim eius imperium ad Romulũ perueniſſet, deinceps áb imperatoribus gubernari deſijt. Barbaris aũt ſeſe ſummittẽs ....... perq; ſummã infelicitatẽ ab eis capta, regibus eorum, nationumq; principibus, & ſatrapis paruit: planeq; ſpoliata conſulibus,

Eudoxia ſtupratur.

Gizerichus Romam capit.

Vltimi Romæ imperatores Latini.

* al. Maioranus, item Maiorinus.



Ayuntamiento de Madrid

*imperatoribus, dictatoribus, Senatu, patricijs iugum barbarorum ſuis humeris tulit: quæ deniq; prius erat indomita & expers iugi uacca, principibus aratoribus obœdiens facta eſt, & condemnata, ut eius ſolum aratro inuerteretur. Et hæc quidem Romæ ueteri acciderunt. At illa noſtra floret, augeſcit, imperio fruitur, iuueneſcit: utq; perpetuum augeſcat, te rex omniũ maxime precor: præſertim quum modò talem ac tantum imperatorem habeat, Luciferum latè radijs ſuis ſplendentem, regem Auſonum maximum, uictorijs ſexcentis potitum, Manuelum Comneniadem, auream * Purpuræ roſam, cuius imperium infiniti ſoles metiantur. Sed enim oratio noſtra in uiam reuocetur, & hiſtoriæ curſus ad finem perducatur. Iuniorem Theodoſium, quum adhuc puer eſſet, ac tenerrimam primamq; ætatem ageret, Arcadius pater in thronum imperatorium collocauit, ſimulq; conſtituit ei cuſtodes imperij principes quoſdam Senatus, itemq; genere proximos, unà cum Iſdigerde Perſarum rege: qui deinceps, ubi de inſidijs accepiſſet, quas Theodoſio quidam tyrannidis uſurpandæ cupidi ſtruerent, ſuos ablegauit, ut ad ipſum uſq; Byzantium cum infinitis propè pugnatorum copijs excurrerent. Hoc modo perculſis inſidiatorum animis formidine barbari, omni odio maleuolentiaq; depoſita, conſilium prius intermiſſum cum ipſis conatibus fuit. De quo intelligere licet, in ipſis etiam barbaris uirtutem ac indolem bonam exiſtere, hominesq; linguis diuerſos nihilo minus amicitiam & amorem mutuũ illæſum conſeruare candidè poſſe. nam uirtus & honeſtum à natura cunctis inſitum eſt. Ceterùm imperatori Theodoſio ſoror erat, caſtis prædita moribus, uitæ grauis*

Conſtantinus Manaſſes ſub Manuelo Comneno uixit.

**Loci nomẽ, in quo pariebant imperatrices, ut liberos ederent purpurigenas.*

Rex Perſicus pupillũ conſeruat.

Ayuntamiento de Madrid

nis ac pudicæ, nomine Pulcheria. Fulgebat ea uenuſti corporis elegantia, ſimulq́; dotibus internæ pulchritudinis relucebat. Quumq́; uirginitatem ſuam retinere, & caſtitatis campum illibatum tueri decreuiſſet: prorſus à uirorum conſuetudine ſemet abſtinebat, ac puræ modeſtæq́; uitæ ſtudio dedita, feruorem animi erga quæuis facta præclara inſignem demonſtrabat. Neque tantùm exornandæ uitæ ſuæ intenta erat, uerumetiam fratrem omnigenis rationibus, ijsq́; ſollerter excogitatis, ad uirtutem probósque mores informabat. Coniunxit & fratri matrimonio Eudociam, omni uenuſtatis genere ſplendentem. Ea quum eſſet uultu prædita formoſiſsimo, Athenis illis celeberrimis, ubi nata fuerat, Byzantium profecta, ſuos ut fratres accuſaret, qui paternarum facultatum partem ei ſe daturos pernegarent, obiter quiddam longè fructuoſius reperit. Libet autem breuiter exponere, quo pacto hæc euenerint. Fuit Athenis quidam Leontius, uir accuratè peritus omnis philoſophiæ, ac logicarum, naturalium, aſtronomicarum diſciplinarum. Huic ex una coniuge tres erant nati liberi, duo mares, una filia, formæ puella præſtantis, & ceteroquin etiam elegantiſsima, cui pater Athenaidis nomen dederat. Quum autem rebus humanis iamiam exceſſurus eſſet, teſtamento de uoluntate ſua poſtrema condito, filijs quidem maribus facultates omnes legauit, quidquid nimirum habebat ueſtium, auri, ædium, pecoris, inſtrumenti ac ſupellectilis, mancipiorum: (quippe locuples & opulentus erat) filiam uerò, quam etiam unicè diligebat, ſola centum aureorum ſorte contentam eſſe iuſsit, quòd hanc ei fortunam ſufficere diceret, qua cunctas mulieres

De Pulcheria Theodoſij ſorore.

Eudocia Theodoſij coniux.

De Leontio philoſopho Athenienſi.

ſelicitate ſuperaret. His ille uerbis prolatis, naturæ debitum perſoluit. Puellæ fratres, qui homines eſſent improbi, paternas facultates uniuerſas ſibi uindicabant, ſorore prorſus ab aditione hæreditatis excluſa. Quam rem Athenais ægerrimo ferens animo, materteram adit, caſus ei ſuos exponit, calamitatem deplorat, & multis cum gemitibus dolenter amplificat. Illa puellæ commiſeratione tangi, ac neptis nomine commota, Conſtantinopolim cum ea proficiſci, urbem urbium pincipem & imperij ſedem. Hinc Pulcheriam multis ornatam dotibus conuenire, opem & auxilium eius implorare, rogare denique, ſubueniret puellæ ſuis rebus per iniuriam ſpoliatæ. Pulcheria iuuenculæ formam admirari, ad radiantes uultus dotes obſtupeſcere, magnanimitatem planè conſpicuam plurimi facere: ſimul interrogare, num florem uirginitatis adhuc illibatum haberet. Intellecto, puellam adhuc expertem eſſe coniugij, caſtitatisq; bonum hactenus integrum ſeruaſſe: religioſo eam lauacro curat ablui, nomen immutat, Eudociam appellat, fratri matrimonio copulat, non parum adiuuante Paulino, uiro inter amicos imperatoris principem locum obtinente. Procurauit autem ex hac Theodoſius Eudoxiam, quam Valentiniano in urbe Roma uetere imperanti ad uitæ ſocietatem miſit. Sed enim nulla uitæ felicitas tempeſtatis ac doloris » expers eſt; nec proſperitas eſſe poteſt ulla, cum qua non » exiſtat etiam aliquid, quod hominem mordeat. Etenim » ipſa quoque roſa, licet fragrans ſit, crebris tamen ſpinis » horret: itemque uultum ſolis nubes interdum caligine » quadam obuelant. Conſimili modo inuidia comitatur & » inſectatur eos qui uirtutem colunt: omnisq; ſancta proſperitas

ſperitas, & uita ſplendens in hominum oculis, admiſtam quamdam infelicitatem ſecum trahit. Quid autem hoc ſibi uult orationis præludium? Nimirum & hæc imperatrix in huius uitæ mari nauigabat; & ſerenis placidisq; uentis acta, fœlicitatis curſum abſque perturbatione conficiebat, non aliter, atq; ſi nauis oneraria uento ſecundo feratur: uerùm inuidia ſubitò, tempeſtatis cuiuſdam inſtar ſtare cepit: turbo cum procella mare commouit: nubes impetuoſa exorta tempeſtatem excitauit: adeoq; ſucuſsit, & agitauit ſcapham inſtar folij, commoto ingenti ſtrepitu, grauiq; turba: ut nauem confringeret, ac ipſi naufragium facienti terribiliter ore adaperto minaretur, quaſi uellet ei planè dehiſcere. Ab eo tempore caſus acerbos imperatrix complures experta fuit, & ærumnoſiſsimis cum tentationibus colluctata. Lubet autem commemorare, quid illi acciderit. Quidam fortunæ tenuis imperatori Theodoſio, Eudociæ marito, pomum eximiæ tam pulcritudinis, quàm magnitudinis obtulerat. Eius ille ſpeciem longè uenuſtiſsimam, colorem, magnitudinem admiratus, pomum ipſum inuſitati cuiuſdam muneris loco imperatrici miſerat: quæ ſanè res non minus maximorum incommodorum origo exſtitit, atque olim pomum illud Eridis inuidæ, quod nocendi cauſſa ijs obtulit, qui Thetidis atque Pelei nuptijs intererant. Nam qualia quæſo conſequuta ſunt? Imperatrix pulcritudinem fructus admirari, eúmque arbitrari naturæ modum excedere. Et quoniam Paulinum propterea uenerabatur, quòd ualde eam iuuiſſet in conſequenda dignitate imperatoria: uirum hoc infelici pomo donat. Is uerò uiciſsim munus imperatori mittit, ignorans (uti quidem

Occaſio diſcidiorũ inter cõiuges.

*uidetur) unde profectum fuiſſet.* Non *enim adfuerat id temporis imperatori miſer, quo pomum acceperat, quod nuncupare quis poßit letalem orci fructum, ab ipſa morte* Plutoneq; *conſitum. Imperator oblatum intueri, mox agnoſcere, clàm apud ſe occultare ac retinere, coniugem interrogare, ubinam pomum ab ſe datum haberet: illa reſpondere, manducatum ab ſe eſſe. Rurſus imperator ei deferre iuſiurandum: illa per ſummam infelicitatem ſacramento confirmare, pomum ab ſe manducatum eſſe. Quid hinc factum? Imperator ſuſpicionibus malis indulgere, pomum abſconditum proferre, coniugem mendacij conuincere, excandeſcere, furere, imperatricem odio perſequi. Atque hinc iam fluctus ille tentationum, mare calamitatum, tempeſtas malorum exundauit: hinc facinus indignum ſol conſpexiſti.* Nam Paulinus *ob hanc cauſſam interfectus eſt, & imperatrix odio mariti perſpecto celeriter* Hieroſolymam *proficiſcitur, atq; ibi exacto reliquo uitæ tempore, tamdem naturæ debitum perſoluit.* Erat *ceteroqui* Theodoſius *comis, facetus, liberalis, ſemper lectitandis libris occupatus: uerùm inter has uirtutes etiã mala quædã herba ſuccreſcebat, ut ſunt res humanæ.* Nam *ſi quis ei chartã offerret, rubris in ea litteris nomen imperatorium ſubſcribebat: non inſpectis prius ijs, quæ eſſent in ea perſcripta.* Nimirum *in humana natura nihil eſt, quod omnino ſit labis expers, & ab omni abſurditate alienum.* Quamobrem *diuinis exornata dotibus* Pulcheria *fratrem ab hoc uitio reuocare ſtudens, ſingulari diligentia imperatorem monebat.* Poſtea *uerò quàm uarijs & continuis admonitionibus uſa, prudentibusq; uerbis caſtigato fratre, nihil ſe proficere cerneret, huiuſmodi quid-*

Eudociæ periurium.

Paulini cædes.

Theodoſij temeritas in ſubſcriptionibus.

quiddam inſtituit ac molita eſt. Excogitatis ingenioſe rationibus fratrem circumuenit, litteras fingit, in quib. perſcriptum foret, imperatorem Pulcheriæ ſorori coniugem ſuam ueluti mancipium quoddam donaſſe. Hanc chartam fratri offert, rogat, hanc ſcripturam litteris imperatorijs munire ac ſubſignare uelit. Imperator precibus ſororis annuit, mox calamum præhendit manu, & exaratis purpurei coloris litteris, chartam confirmat. Pulcheria litteras manu fratris ſubſcriptas inſignis lucri loco accipit, & imperatricem inſtar coemti pretio mancipij ſecum abducit. Quum Theodoſius à ſorore iniuria ſe diceret adfici grauiſſima, litteras imperatoris illa uiciſſim proferre, ſeq; dicere fretam his, optimo iure quod faceret, facere. Tum uerò rem imperator intelligere, pudore ſuffundi, ab eiuſmodi ſtulticia deinceps ſibi cauere, factum ipſum denique præclarum ad finem tendere. Nimirum in magna felicitatis parte collocandum eſt, ſi quis inter homines beneuolos, uitæ puræ ſtudioſos, amorem mutuum labe nulla contaminantes degat. Ceterùm imperatore Theodoſio rerum potiente, ſeptem illi iuuenes, martyres tolerantiſſimi, de ſomno longiſſimo experrecti, ac uulgo conſpecti ſunt. Nam ut Decij furorem euitarēt, in natiuam ſpecum haud procul ab Epheſina urbe ſitam ſeſe contulerant, ibiq; graui & prolixo ſomno conſopiti quieuerant. Hoc autem excitati tempore, ac à fidelibus agniti, ſimulq; tam ab ipſis, quàm imperatore magno in honore habiti, rurſus inexcitabili poſtremoq; ſopore correpti fuerunt. Eodem imperante quum continui terræmotus omnia paſſim funditus ſuccuterent, unaq; mortalium animos percellerent, accidit, ut religioſa multitudine precibus Deum placante, puer quidā ſubitò ad ipſum

De ſeptem dormientibus.



Ayuntamiento de Madrid

uſque cælum abreptus, hymnũ illum ſanctiſſimum ab angelis concini audiret. Deinde relatus in terram (proh uim roburq́; ſtupendum) in medio mortalium cœtu clariſſima uoce docuit, quo pacto hymnum illum cani oporteat. Quippe non ita pridem in eo peccatum fuerat. Hic Theodoſius à Chryſaphio deceptus, & aduerſus Pulcheriam exacerbatus, ſæpenumerò multis tentationum ſpinis ornatam omni uirtutis genere mulierem pungebat. Erat autem ille Chryſaphius eunuchus, communis hominũ pernicies, improbus, impuris, ſanguinarijs, exſecrandis moribus: cuius nequitiam ubi deinceps imperator cognouiſſet, publicatis bonis hominẽ ad paupertatem redactũ æquiſſima lata ſententia ſolum uertere iuſſit. Quum autem commune debitum naturæ Theodoſius perſoluiſſet, iamq́; puluerem corporis in terram depoſuiſſet: ad egregiam illam Pulcheriam imperium peruenit. Ea uerò ſapienter admodum re deliberata, & animaduerſo, rem Romanam imperatoris egere: mox bonum illum Marcianum arceſſit, uirum grauibus ac religioſis moribus illuſtrem, cúmque ſacramentis horrendis obſtrictum, quibus ſe caſtitatem Pulcheriæ minimè contaminaturum policeretur (in quo ſanè Marcianum promptum & adſentientem reperit) imperatoria corona exornat. Chryſaphium uerò peracerba morte de medio tollit. Atque hoc loco non intempeſtiuè fecerimus, ſi de Marciano memoriæ prodiderimus, unde prognatus, & quis fuerit. Nimirum pauper erat, & humili quidem ortus loco: ſed indole moribúſque bonis præditus. Et quamquam ex celebri & illuſtri familia non eſſet, tamen conſequutus fuerat, ut militum ordinibus adſcriberetur. Fortè accidit, ut bello inter Romanos & ſuperbos Perſas exorto, Marcianus graui correptus morbo,

Chryſaphius eunuchus infeſtus Pulcheriæ.

Chryſaphij exſilium.

Pulcheria imperatrix.

Marcianus imp. an. VI.

Interitus Chryſaphij.

Ayuntamiento de Madrid

bo, qui mortẽ ei minitaretur, quadã in urbe illuſtris * Lydorũ prouinciæ propter debilitatẽ corporis ſubſiſteret. Ibi amicitia cum fratribus quibuſdã inita, familiariter apud eos uiuebat, ſuppeditantes ipſi, quæ ad uitã ſuſtinendã pertinerẽt. Quũ aũt aliquando uenatum exirent, eisq; Marcianus ſe comitẽ uenationis adiungeret: ac iam propter ſudores maderẽt, dum hinc inde curſu conſcenderent difficiles aditu colles, ferarumq; luſtra curioſè peruestigarent: euenit tamdem, ut in terrã reclinatis corporibus, cũ uoluptate ſomnũ caperent. Tum fratrũ alter citius experrectus, Marcianũ quidem adhuc dormientem conſpicit, uolucrũ uerò reginã explicatis alis umbrã ei præbentẽ. Adeò magnũ et auguſtũ quiddã eſt imperiũ, ut ipſa quoq; bruta honorẽ ei deferant: adeò uolucres etiã crudiuoræ uenerãtur hominẽ, cui diuinitùs eſt conceſſũ, ut imperio potiatur. Cernens igitur ille, quid accideret, obſtupeſcit, fratrẽ excitat, ꝓdigiũ ei mõſtrat, utriq; res admirationi eſt. Neq; multo pòſt experrecto Marciano imperiũ policẽtur, ſimul orãtes, ut ipſorũ aliquãdo recordaretur. Annuit ille precib. ac uiciſſim utriq; ſe benefacturũ ꝓmittit. Tãdẽ auro, quãtũ ſatis eſſet ab eis accepto, Byzantiũ proficiſcitur: atq; ibi Ardaburiũ, hominẽ lõgè opulentiſſimũ, accedit. Erat autẽ hic Ardaburius omniũ copiarũ imperator, et in eo munere collegã Aſparẽ habebat: quo cũ Marcianus militatũ abijt, aduerſus Gizerichũ Aphricanorũ Vandilorũ regẽ. Eũ quum Aſpar oppugnaret terra & mari, peditũ equitũq; copijs, & accideret quodã tẽpore, ut Aphri grauiſſimo cũ impetu hoſtem inuaderent, ac Romana phalanx fugæ ſe mandaret: fortè Marcianus cum multis alijs uiuus in hoſtium poteſtatem uenit. Itaque cum commilitonibus in Gizerichi domum perductus, carceri mancipatur. Quum autem

* al. Lyciorũ

Portentum.

Ardaburius & Aſpar.

Gizerichus Romanos uincit.

Ayuntamiento de Madrid

tem Gizerichus aliquando captiuos ſpectare uellet, eaq́; de cauſſa in ſublimi regiæ parte conſiſteret: incredibile quiddam cernit, dormientem ſcilicet Marcianum, cui ſuis alis umbram aquila ſuppeditaret. Ad eam rem obſtupeſcit, diuinum hominem eſſe Marcianũ colligit, imperioq́; Romano dignum. Quamobrem immaniter ſe facturũ ſtatuit, ſi uirum talem occideret, cui cælitùs imperium deſtinaretur. Nimirum hominem, quem robuſtæ Dei manus cuſtodiunt, quis mortalium poſſit ante diem è medio tollere? Si fortiſſima Dei manus te protegat, ferrum non metues, gladium non formidabis, non ignem, non barbaros & ſanguinarios animos. Itaque Gizerichus arceſſitũ ad ſe Marcianum ſacramentis obſtringit, quibus ſe polliceretur, ſi quidem aliquando Romanũ ad imperium perueniret, Aphros bello nequaquam uexaturum. Sic & barbarus imperium reueretur, indolesq́; ferina colit homines diuinitùs ornatos, eosq́; perhumaniter intuetur. Hoc modo dimiſſus à Gizericho, Conſtantinopolim reuertitur: quumq́; terras Theodoſius reliquiſſet, de iudicio & ſententia Pulcheriæ imperator renuntiatur. Erat autem uir bonus, prudens, ciuilis, modeſtus: adeoq́; uelut arbor ab ipſis Gratijs conſita, & uirtutum probitatiſq́; quoddam quaſi nemus. Poſteaquàm uiuendi finem feciſſet, Senatus unà cum Aſpare patricio Leoni tradit imperium, qui Aſparis rationes atque negotia procurabat: quum quidem promiſiſſet Aſpari, ſe utrumque filium eius Cæſaris dignitate cohoneſtaturum. Quippe fieri nullo modo poterat, ut Aſpar imperio potiretur: quòd exſecrabilis Arij furori addictus eſſet. Sic lucrum nonnũquam homines ſummiſſos efficit: ſic ſpes mortalium animos fingunt. Apud hunc Leonem, qui de ueritate religionis rectè ſentiebat, quidam aliquando delatus

Alterũ prodigium.

Marciano Gizerichus parcit.

Leo I. imp. an. XVIII.

Iſocaſius ſapiẽte reſpõſo ſe ab iniuria uindicat.

Ayuntamiento de Madrid

delatus per calumniam fuit, quaſi ethnicis ſuperſtitionib. addictus eſſet: quum reapſe foret doctrinæ ac ſapientiæ quidam quaſi theſaurus. Erat ei nomen Iſocaſius, & iam ad honorem quæſturæ peruenerat. Igitur reus dignitate ac facultatibus ſpoliatus, coram urbano prætore iudicio ſiſtitur: quumq; nudus ad illum deduceretur, inſtar ſerui uerberonis, aut latronis colligati: iudex calamitati eius inſultans, exclamat in hæc uerba: Iam'ne agnoſcis, Iſocaſi, unde excideris? & quò te alea fortunæ deiecerit? Ad quæ ille generoſo ac libero prorſus animo reſpondit: Equidem fortunæ uagam inconſtantiam agnoſco, nec mihi quidquã accidere noui fateor. Quippe quum mortalis ſim, humanæ naturæ calamitates experior. Tu uerò defixis in uitæ rotam oculis, talem fac de me ſententiam feras, qualem me collega ferre conſueuiſti. Ad tam ſapiens uiri reſponſum, quod ingenuitatis ac libertatis plenum eſſet, plebs urbana perculſa & ſtupefacta, uinctum adhuc pedicis hominem inde abripiunt, fauſta cum acclamatione ſacram ad ædem deducunt, diuino lauacro initiari curant. Nimirum nemini non uirtus eſt uenerabilis, ſiue ſit peregrinus, ſiue incola, ſiue Græcus, ſiue diuerſæ à Græcis linguæ, ſiue Scytha. Nam hæc ſola ſui ſtudioſos ornare ſeruareq; poteſt. Atque hoc modo Iſocaſius ſuæ ſaluti conſuluit. Ceterùm Aſpar aliquando chlamyde imperatoris prænenſa, ſingulari cum impudentia dixit: Non decet, imperator, purpura ueſtitum mentiri, ac uana proferre. Quamobrem ſta promiſſis, & quod dudum mihi policitus es, præſta: quũ diceres, te alterum è filijs meis ad Cæſaream dignitatem atq; gloriam prouecturum. Ad quæ uerba ſapienter admodum imperator: Non decet, inquit, purpura ueſtitum cuiuſquam imperio ſeruilem in modum ſubiectum eſſe.

*Aſparis impudens poſtulatum.*

*Leonis reſponſum.*

Quum

Quum autem maximos imperator Leo theſauros nactus eſſet, bellum Aphricanis indixit, tantumq; non infinitam claſſem aduerſus eos & Gizerichum regem miſit: præfecto copijs imperatore Baſiliſco, Verinæ coniugis fratre. Hæc claſsis etiam longiſsimè diſsitis terrori erat, quippe quæ nauigijs ipſum mare cooperiret, arctúmque redderet. Et continebat ſagittarios, cetratos, claſsiarios milites, pedites, arenam multitudine ſuperantes, audacia belluas. Verùm enimuerò uiolentiſsima uis auri eſt, & ſexcentis exercitibus potior. Aurum enim poteſt urbem turribus egregiè munitam de fundamentis euertere: aurum domos proſternit: aurum in bellis nationes integras delere poteſt: aurum omnia poteſt conturbare, ſubuertere, confundere: telum eſt ineuitabile, quod corda petit: indiſſolubilis eſt manica, & cippus qui frangi nequit: linguam mutam maximè garrulam efficere poteſt, ac uiciſsim os clarè loquens mutum reddere. Huius ope Gizerichus Libyæ rex utens, tantam claſſem demergere ac abolere potuit. Quippe multo Baſiliſcus auro corruptus, primus (uti conuenerat) fugam arripuit: unde factum, ut res Romana ſubuerteretur. Nimirum claſſem illam, quæ pariter Indos atque Britannos formidine perculerat, omnibusq; per orbem terrarum nationibus terrori fuerat, ſolus auri ſplendor abolere potuit abſque manibus, abſque telis, abſq; armis. Hæc in Libya Romanis accidêre. Ceterùm hic ipſe Romanorum imperator Leo, quum tantum felicitatis non fuiſſet adeptus, ut maſculæ ſobolis pater eſſet: filiam ſuam Zenoni patricio, qui generis originem ex Iſauria ducebat, in matrimoniũ collocauit. Ex ea Zenoni natus eſt filius Leo, cognominis auo imperatori. Huic nepoti ſuo, Zenone filiaq; præteritis, auus imperiũ tradidit. Verũ

Expeditio contra Vandilos.

Auri uis.

Baſiliſcus auro corrumpi ſe patitur.

Leo II. imp.

ille

Ayuntamiento de Madrid

ille perexiguũ ad tẽpus imperio deguſtato reb. terrenis ex ceßit, et Zenonẽ patrẽ in imperio ſucceſſorẽ reliquit. Erat Zenonis in religione parũ recta ſentẽtia. Quãobrem ſæpe ac grauiter uniuerſum gregẽ piorũ uexabat. Id tẽporis uariæ calamitates diuerſis in locis aliquot regib. accidêre. Cabades in Perſia, Nepos in occidẽte, Zeno apud Romanos, imperijs ſpoliati deiectiq; ſunt. Ac Zeno quidẽ recuperare potuit amißũ imperiũ, ſimiliterq; Cabades: uerùm inſidiatricis fortunæ uicißitudo Nepotẽ benignis oculis nõ reſpexit. Igitur opulẽtißimus ille Baſiliſcus cõtra Zenonẽ uenenũ improbitatis euomuit, ac reapſe Baſiliſco ſe acerbiorẽ declarauit. Quippe adiũctis ſibi pugnacib. ſocijs, magno cũ animi furore Zenonẽ inuaſit. Ille uerò metu correptus, et mẽte ꝑturbata, cũ Ariadna cõiuge in Iſauriã ſugit. Etenim de uita, nõ opib. laborandũ ſibi putabat. Nimirũ nihil eſt maioris apud homines pretij, quàm uita: nõ regia poteſtas, nõ maria quædã diuitiarũ et opũ. Hoc modo citra laborẽ Baſiliſcus urbẽ ingreſſus, quòd eſſet nemo, ꝗ uetaret, impoſita capiti corona ĩpator renũtiatur. Enimuerò accidere plerũq; ſolet, ut imperia nõ diu maneãt apud illos, ꝗ ea rapuerũt: ſed auolẽt citò, quaſiq; aufugiãt, tãquã ſi paulatim dominos ipſos incipiãt agnoſcere. Sic ubi ſolũ biẽniũ reb. præfuiſſet atrox ille Baſiliſcus, Zenone reuertẽte, grataq; ſpe cũctos ineſcãte, præſertim ducẽ copiarũ Baſiliſci Harmatiũ, cuius filiũ ſe corona Cæſarea uelle redimere iurabat, undiq; deſtitutus, et ꝗd ageret ignorãs, unà cũ uxore Zenonide diuimã ad ædẽ cõfugit. Inde auulſi à Zenone, qui maximè horribilib. ſacramẽtis ſemet obſtrinxerat, & policitus fuerat, nequaquã ſe gladio ceruices eorũ reciſurum, in munitum quoddam caſtellum relegantur. Deinde firmam in turrim occluſi, aditu ſaxis ingentibus obſepto,

Zeno imp.

Trium regũ caſus.

Baſiliſci ſeditio.

Baſiliſcus imp.

Zeno iterũ imp.



Ayuntamiento de Madrid

*fame ac ſiti homines mali malè pereunt. Secundum hæc Zeno præclarè confirmato imperio, morte multat Harmatium, qui fraudulentum ſe proditorem heri ſui declaraſſet: ſimul promiſſo ſatisfacit, eiuſq; filium Cæſarem renunciat. Verùm non multo pòſt reſectis crinibus illũ per uim Cyzicenorum pontificem facit. Huic imperatori prædixit aliquando quidam aſtrologus, futurum ut ipſe paullo pòſt moreretur, & coniugem eius unà cum imperio uir quidã ſenatorij ordinis acciperet. Hoc intellecto, complures imperator Senatores, præſertim illuſtres & opulentos, è medio ſuſtulit. Verùm inexpugnabilem diuinæ prouidentiæ uim nemo mortalium umquã coarguere ceu uanam & inefficacem poterit. Quippe quum Zeno uitã cum corona reliquiſſet, imperium Romanum ad Anaſtaſium peruenit, cognomento Dicorum. Nam è pupulis oculorum unam quidem nigram, alteram uerò albam habebat. Hic cum Ariadna nuper imperatrice matrimonium contraxit, & uiſus initio rectam de ueritate religionis ſententiam fouere, non multo pòſt improbitatis fetum in lucẽ edidit, omnemq; nequitiam ſuam in mediũ protulit. Quippe latebãt in eius animo ſemina ſectæ Eutychis illius pernicioſiſſimi. Hinc ergo caliginoſa tempeſtas, & immanis procella rectæ doctrinæ nauim ſuccuſſit: hinc pij pontifices ſuis ex thronis inſtar maleficorum latronum expellebantur: hinc ſequuti ululatus, & continuæ lamentationes: ubiq; quiritationes, gemitus, planctus. Piorum uerò cœtus quum tantam improbitatem cerneret, imperatorem contumelijs adfectum inſectabatur. Nequit enim uir pius imperatorem reuereri, quum ipſa religionis pietas in diſcrimẽ adducitur: perſonas non reſpicit, nec potentia ſubnixos formidat. Igitur Anaſtaſius uenenum impietatis apponere*

Harmatij proditoris pœna.

Aſtrologi prædictio.

Anaſtaſius imp.

Ayuntamiento de Madrid

ponere uolens hymno ſanctiſsimo, poſteaquàm uidit uniuerſam multitudinem mox imperium detrectare, quū quidem lapidibus è templo prætorem exegiſſet, impiorū pro cerum ædibus ignem inieciſſet, complures erroris propugnatores interfeciſſet: uolens nolens de impetu audaciaq; remiſit, non aliter atq; duri oris equus, anhelans præ ferocia, ſi frænum durius ſentiat, perdomatur. Viſus eſt autē aliquando per quietem uidere uirum adſpectu perquàm horribili, qui chartā manibus teneret, eáq; aperta, & Anaſtaſij nomine inuento, ſeuerè ipſum uerbis huiuſmodi compellaret: Deus Ezeciæ quidem pietate conſpecta, uitā ei longiorem conceſsit, promiſſa inſuper ex hoſtibus liberatione: tuam uerò nequitiam & profanitatem abominatus, certò uitæ tuæ tempus præcidit, & XIV annos ſuſtulit. His dictis, annos illos XIV ex charta deleuit. Qua propter exitiali plaga percuſſus imperator, & fulmine tactus, uiuendi finem fecit. Quumq; iam concluſus eſſet in ſepulcro, poſt dies aliquot de ipſa terra & ſepulcro eiulatum & lamentationes acerbas ex anxietate cordis emittebat, quibus commiſerationem cuſtodum implorabat, utq; ſe de ſepulcro educerent, obſecrabat. Illis reſpondentibus, alium nunc imperatorem rerum potiri, uiciſsim ſubijciebat: Nihil hoc ad me pertinet, ſaltem mihi triſte ſepulcrū hoc aperiatur, ut dulcem ſolis luciferi lampadē adſpiciā. Verùm nullus erat, qui eius commiſeratione tangeretur. Quippe malis etiam in morte homines uniuerſi ſuccenſent. Non multo pòſt accidit, ut ſepulcrum aperiretur, & infelix cadauer omnibus oſtenderetur, ſpectaculum ſanè miſerum, & lacrymis dignum. Inuentus eſt enim pedum ſuorum digitos unà cum lacertis deuoraſſe. Sunt tamen nonnulli, qui hæc Zenoni accidiſſe tradant. Nam illū aiūt

Anaſtaſij uiſum nocturnum.

Anaſtaſij cruciatus in ſepulcro.

f fre-

Ayuntamiento de Madrid

frequenter morbo comitiali laboraſſe, ac mortuũ aliquo-
» ties creditum, rurſus reuixiſſe. Atenim non omnia in homi
» nibus mala ſunt, ſed peßimis interdum optima quędã mi-
Vnicum Anaſtaſij præclarũ facinus. ſcentur. Quippe tametſi Anaſtaſius imperator ſe profanũ & impiũ hominem declarauerit, tamen plantam quamdã ex uniuerſa ditione Romana exſtirpauit, cuius tam amari fructus erant, & radix letifera: ut ſi quidem religionis offendiculum inſtar craſſæ nubis eius luminibus nõ offeciſſet, hoc unũ facinus præclarum omnes ipſius ſordes & impuritates abolere potuerit, omniaq; uiri ſanioſa uulnera tamquã præſens remedium ſanare. Nimirum ornabat improbißimum hominem abolitio perpetua cuiuſdam exactionis fraudulentæ, quam publicani Chryſargyrũ (quaſi
Chryſargyri abolitio. dicas aurargentũ) nuncupabant. Quid autẽ, & quale fuerit illud, lubet exponere. Omnes uiri, mulieres, puellæ, pueri, infantes, mendici, liberti, ſerui, liberi, nomine ſtercoris & urinæ fiſco numum argenteum pendebant. Idem onus etiam iumentis impoſitum erat, bobus ſcilicet, mulis, & equis. Pro quolibet autem cane ac aſino ſex folles numerabat is, qui canis aſini'ue dominus eſſet. Anaſtaſius ergo reueritus interceßiones atque preces nonnullorum ſolitariam religioſamq; uitam agentium, tantum onus & piaculum aboleuit, germine turpis lucri radicitus euulſo, & igni tradito. Poſtea uerò, quàm malus Anaſtaſius mala morte periſſet, citra ſanguinem potitus eſt imperio pri-
Iuſtinus I. imp. mus huiuſce nominis Iuſtinus. Quippe quum ab Amantio præpoſito magnas pecuniæ ſummas accepiſſet, easq; iuſſus eſſet in militum ordines erogare, ut Theocrito impe-
Amantius & Theocritus ſpe ſua exci-dunt. rium occuparent, qui Amantij conſanguineus erat: alienis opibus ſibimet imperium adquiſiuit, rem longè fructuoſißimam ære alieno mercatus. Sic nimirum omnes

impe-

Ayuntamiento de Madrid

imperium adfectant, nec quiſquam eſt, qui heic iniu- ſtus eſſe uereatur, quamuis in rebus alijs ſe iuſtum ac moderatū declaret. Erat aūt Iuſtinus hic ſenior tum pius, tum prudens: & religioſæ pietatis zelo flagrans, perpetuum cum Manichæis bellum gerebat. Idem grauißimam omnium, quæ litterarū quidem monumentis præditæ ſint, perſequutionem aduerſus illos inſtituit, qui putida Neſtorij deliria ſectabātur. Quum autem & ipſi debitum naturæ perſoluendum eſſet, ad Iuſtinianum ſupra imperatores priores magnificum, imperium peruenit: qui templum illud longè maximum cōdidit. Natus erat ex Iuſtinij ſorore, ſtatimq; ſub initium imperij bellum aduerſus Vandilos, & regem eorum Gelimerem, longè crudelißimum, mouit. Nā quum magno, eoq; candido amore Vandilorum regē Hinderichum etiam antea complecteretur, quàm imperiū nactus fuiſſet, ac iam litteris certior factus eſſet, improbū Gelimerem ſeditione mota Hinderichum cum uxore ac liberis incluſum loco quodam habere, ac regnū ei totum ademiſſe: perturbatus animo, uehementerq; caſu amici aduerſo cōmotus, claſſem infinitis inſtructā copijs cōtra Gelimerē miſit, eiq; ceu belli ducē præfecit magnū illū Beliſariū, ipſam Romanorū manum: qui omnes imperatores copiarumq; duces animi conſtantia & præclarißimis conſilijs ſuperauit. Beliſarius accepto imperio, quū claßiarios, pedites, leuis & grauis armaturæ milites, cetratos, equites, funditores, qui pro eo lubēter ſe periclitaturos profiterētur, collegiſſet: ſimul ab iniuſtarū direptionum ui prorſus abſtineret, oēsq; cōſuefeciſſet, ut æqui obſeruātes eſſent: Libyā uniuerſam occupauit, & ceruices Vandilorū, quæ hactenus flecti nequiuerāt, inflexit: ipſiſmet Aphris ad eū deficientibus, & operā dantibus, ut à Beliſario regerentur.

Manichæos, & Neſtorianos Iuſtinus perſequitur.

Iuſtinianus magnus imp. ann. XXXIX.

Bellum contra Vādilos.

Res à Beliſario geſtæ.

f 2 Nimi-

Ayuntamiento de Madrid

" Nimirum inuicta res eſt iuſticia, quæ prius infeſtos poteſt
" amicos reddere, ac hoſtes perinde attrahit, ut magnes ferrum. Exemplum bonitatis & humanitatis eius erga ſubditos hoc eſſe poteſt. Quidam miles auem domeſticã rapuerat. Ea qui per iniuriam ſpoliatus erat, clamorem tumultuarium tollit. quo Beliſarius audito, factum illud moleſto tulit animo: militem rapinis deditum perquirẽdo reperit: ardentius excandeſcens, pœnam pro delicto nõ magno atrocem & grauem ſtatuit: quippe miſerum in crucẽ agi iuſſit, atq; hoc ſupplicij propter animum iniuriæ cupidum perpeti. Quamuis enim à natura ſic comparatus erat, ut per humaniter cum hominibus ageret, dulciq; melle uerba ſua temperaret: tamen idem norat, experientes & claros in arte ſua medicos ſolere nonnunquam amara miſcere. Atque hoc facto conſequutus eſt, ut ingens quidem pauor exercitum inuaderet, militumq; corda metus conſtringeret: Libyca uerò natio, Romanis infeſta Beliſarium amare occiperet, ac ducem hunc inſtar alicuius Dei laudibus uulgo proſequeretur. Hinc caſtellis munitiſſimis, & omnibus claris urbibus potitus eſt. Tunc & urbs opulenta Carthaginienſium portas aperuit. Omnes enim toto pectore Beliſarium, ceu patrem liberi, diligebant. Quum autem in regia Gelimeris Carthaginienſi maximas opes atq; pecunias reperiſſet, hæc ipſa ſpolia perquàm liberaliter in militem diſtribuit. Quumq; ſæpius acie congreſſus eſſet aduerſus Gelimerem, Libyæ campos ſanguine tinxiſſet, gladios ſuorum cruentaſſet, hoſtium cadaueribus terram cooperuiſſet: tamdem poſt multa prælia, cædes, inuaſiones hoſtiles, pugnas equeſtres, haſtarum infractiones, ſcutorum colliſiones, ipſo Gelimere cum uxore ac liberis habitu miſerabili captis, ex Aphrica uictorijs infinitis potitus

[Margin notes: Beliſarij ſeueritas in caſtiganda militum licentia. — Humanitas ſeueritate diluenda. — Carthaginis occupatio. — Gelimer Vãdilus cũ ſuis capitur.]

Ayuntamiento de Madrid

tus dux optimus ſoluit. Iuſtinianus autem Romanorum imperator uicem ei rerum præclarè geſtarum referens, tam aureis quàm argenteis in numis armatum cum gladio euaginato ſculpi curauit, & triumphum decreuit, in quo Gelimer ante ipſum incedebat. Eiuſdem impetum uirilésque animos Choſroes quoque Perſarum princeps extimuit. Nam cum hoc etiam prælijs acerrimis congreſſus, tantopere terruit hoſtem: ut Choſroes pacem, quàm bellum, mallet. Idem Romam urbium principem, Romam dico ueterem, Romanis recuperauit, quum à Gotthis capta foret: quorum etiam regem potentiſſimum maximeq́; terribilem, uiuum in poteſtatem redegit, ac pedicis conſtrinxit. Ipſum imperatorem denique, de uita & imperio miſerè periclitantem, de ſeditioſæ plebis manibus eripuit. Quippe fæx plebis curulium ludorum certaminumq́; tempore uocibus indignis imperatorem exagitabat, & immoderata garrulitate nugas ei quaſdam obijciebat. Tandem minora mala maioribus cumulans, Hypatium patricium, uirum illuſtrem, eius Anaſtaſij propinquum, qui non ita pridem regnauerat, imperatorem ſalutabat. Heic uerò Beliſarius excandeſcere, ſeipſum cohortari ad fortitudinem, nudato gladio, cum ſatellitibus, & eximio uiro Narſe, leonis in morem proruere mediam in hominum turbam, ſtultiq́; populi examen non aliter diſsipare, ac Moſes Madianitas, Chettæos Ieſus proſtrauit. Quum deniq; gladiũ ſanguine ſatis inebriaſſet, depræhenſum eſt hominum ad triginta millia cecidiſſe: quo facto iucũda hilaritas in mœrorem maximum, & feſtus celebriſq́; dies in lugubrem conuerſus fuit. Ita fractis animis à furore ſuo plebs deſtitit, & imperator è periculis, quæ tantum non ante pedes erant, euaſit. Hoc facinus imperatorium priſtinis illis

Beliſarius Romã Gotthis eripit.

Beliſarius imperium Iuſtiniano conſeruat.



Ayuntamiento de Madrid

*erat illuſtrius, & ubique Beliſarius ob rei militaris peritiam, ceu magnus, celebrabatur. Sed enim hæc inuidiæ ſceleratiſſimæ non placebant. Quapropter honeſtiſſimã ducis famam parum æquis oculis intuebatur, & toto impetu gloriam eius oppugnabat. Nam uulgò quod dicitur, quid utile ſit, ignorat inuidia. Quamobrem ab eo tempore uir fortunatus, magnus, copiarũ ductor, qui formidabilẽ Perſarũ principem Choſroẽ exterruerat, qui reges ſeruitutis iugo ſubiecerat, qui gladio tot Libyæ nationes domuerat, uir deniq; mauortius, & in prælijs animo leonino præditus, immanis belluæ, nimirũ inuidiæ dolis circũuentus, abſq; milite, pugnatoribus, pharetratorũ turba, ruinam indignam & lacrymis deplorandam ruit: factus eſt heu miſer piſtillo nudior: ſcyphũ calamitatũ largiter hauſit: ceu fugitiuum quoddam mancipiũ rebus ſuis uniuerſis eſt ſpoliatus: eo deniq; loci redactus eſt, ut (heu ſortem acerbam) carnificem exſpectaret, quãdo ceruices ei gladio reſecturus eſſet. O' inuidia, bellua nocens, latrocinatrix, cædibus & perſequutionibus gaudẽs, ſcorpie ſtimulis infinitis prædite, tigris homines deuorans, dracæna, ueneſica, letalis herba, telũ ferri expers, cuſpis acutiſſima, qualia deſignas & improbè cõmittis? quas calamitates & quæ mala ſtruis? Vincit me dolor, cõturbat luctus, & lacrymas exprimit. Quouſq; perditrix tãtum uiriũ habebis? Quouſq; ſceleratiſſima uitam humanam perturbabis? O' tyrãne mala machinans ſanguinarie, cuncta appetens. Etiam ipſe, quod nunquam factum oportuit, tuas in manus incidi, tuaq; tela expertus iaceo, parumper adhuc ſpirans. Et hactenus hæc, tamquam in digrèßione ab inſtituto, dicta ſunto. Nam animi dolentis acerbitas, ut hæc proferrem, coegit. Ceterùm imperator laudabili pietate præditus, cõ-*

Inuidia Beliſarium deprimit.

Exſecratio inuidiæ.



Ayuntamiento de Madrid

tra impiè ſentientes, ac præſertim aduerſus ſcurrilem ethnicorum errorem bellum commouit: quamquam ad extremum à profanis quibuſdam hominibus deceptus, in eorum prolapſus eſt impietatem, qui opinionē de incorruptibili probant. Templum illud ſplendidiſsimum & ampliſsimum condidit, delubrum dei mei, cælū terreſtre, quod ipſos etiam Seraphos cū ueneratione admirari arbitror. Nam ſi Deus commorari dignatur in ijs, quæ hominum manus perpolierūt: omnino heic, nec uſquā alibi, habitat. Quòd ſi etiā lubeat alicui beatā urbem Conſtantinopolitanā cū globo cæleſti cōparare, ac ſacroſanctas eius ædes cū lucidis ſideribus: nō prorſus, opinor, abs re fecerit. Ac ſplendent omnia quidē huius urbis tēpla perpetuis quaſi luminibus, ſuiſq; gratijs coruſcāt, ipſam rerū creaturam colluſtrātia, tamquā lucida mortaliū ſidera: uerùm ubi ſol exoritur, aliorū omniū faces occultātur. Etenim inter hæc quoq; minora ſidera, quæ ſacra ſunt delubra, fanū illud diuinitùs exſtructū, terræ totius ornamentū, ueluti ſol alter cæleſtiſq; gigas inſigniter fulget. Erat Iuſtiniano Theodora matrimonio iuncta, ijſdem addicta cū marito ſtudijs, et eiſdem prædita moribus, nimirum magnificentiſsima. Hæc à fundamentis templū diſcipulis Chriſti condidit, poſt primum illud facilè principem ſibi locum uindicans. Appellare quis illud ineptè poſsit inter alia tēpla cæruleo ſplendentem lumine lunam: quòd ſecundum ſolem pulcritudine ſua ſecūdas ferat. Qui talibus abundabat dotib. imperator, nullā ſobolē maſculā, nullā femineā, quæ ipſi ſuccederet, habebat. Quapropter moriturus, et terris exceſſurus, in natum ex ſorore Iuſtinum coniectis oculis, eum imperatorem deſignat. Erat autem Iuſtinus hic iunior uir bonus, iuſtus, iniquitati & ſceleribus infenſus, honeſti modeſtiæq;

> Iuſtinianus ante mortē hæreticus.

> Templū diuinæ Sapientiæ.

> Templū Apoſtolorum à Theodora conditum.

> Iuſtinus II. imp.



Ayuntamiento de Madrid

ſtiæq; ſtudioſus, munificus, facetus, contemtor pecuniarum, ab illiberalitate ac ſordibus alienus. Quàm ſplendidus ac magnificus fuerit, indicio eſt aurea domus in regia, gratiarum elegantia fulgens, & omni ex parte quaſi radians. Erat ergo Iuſtinus imperator, ceu dictum eſt, moderatus, mitis, animo ab improbitate alieno & iuſto. Verùm quia laboribus curandæ ualetudinis obrueretur, & continuis cum morbis conflictaretur: propoſitum animi eius in exſequenda iuſticia non parum impediebatur. Nam è regia raró prodibat, ut illis, qui conuentum uellent, eius adeundi, hominésque rapaces & iniuſtos deferendi facultas non eſſet. Nimirum domus & lectulus morbidum detinebant, arbori præclaræ ſimilem, quæ pulcris onuſta fructibus, autumnum uberē policetur: uerùm deinde per tempeſtatem & aera frigidum læſa, quo minus illos fructus ſuos percoquat, & ad maturitatē perducat, impeditur. Hinc uſuueniebat, ut quibus eſt ſtudio per iniuriam bonis alienis frui, ſuaſq; facultates inde collocupletare, propter magnā eorum raritatem ac ſolitudinem, qui talia prohiberent, auaris oculis in aliena coniectis proximorum bona deprædarentur, raperent, agerent. Vbiq; cōfuſio, gemitus, eiulatus, lamentationes, planctus erant: urbs pariter frequentes habebat ſuffitus, & inter pæanes lacrymæ non deerant. Hæc quum accepiſſet imperator, animo quidem ille perturbabatur, uerùm efficere propterea nihil ualens, quòd à morbis domi conſtringeretur, improbos homines minis tantummodò terrebat. Non aliter, atq; bellua prouectioris ætatis, & iam ſenio confecta, ſi catulos ſuos rapi uideat, nec ullo modo ſubuenire ipſis poßit: de medio pectore rugitus horrendos edit. Nihil autē cōminando imperator proficiebat.

Iuſtinus ob morbos parum utilis.

Quip-

Ayuntamiento de Madrid

Quippe auarus & ſordidus animus leges amoris mutui « non reueretur, oculos Dei non metuit, imperatoris uere= « cundia nulla ducitur, coarctationem & compreßionem « adflicti cordis non miſeratur. Quũ igitur improbitas & uerſuta in circumſcribendis alijs ſollertia magis magisq́; uires & incrementum ſumeret, ubiq; dignos odio laque- os tenderet, os deniq; mali huius cunctos quum depaſce- retur, atq; interim deploraret eam miſeriam imperator, grauißimeq́; ferret: quidam è proceribus in medium cum ſingulari confidentia progreſſus, exclamat: Si tuos cupis, imperator, ex improborum manibus liberare, mihi uindi cẽ gladium tradito. Quòd ſi auariciæ capita, hominumq́; rapacium artes ita reſecuero, quemadmodum Hercules Hydræ capita præcidit: erit quod tu ſubditiq; tui debere ſe mihi profiteantur. Sin hoc non præſtitero, ne mihi pe- perceris, imperator, ſed ut hominem, qui labem ac macu- lam tibi adſperſerit, optimo iure ſecuri percutito. Impe- rator his auditis annuit, & egregia uiri uoluntate collau data, magiſtratum ei tribuit, imperio neminis obnoxi- um, quem Prætorem dicunt: ſimul hortatur, ut omnibus modis æqui iuſtiq; curam habeat. Ille poteſtatem accipit, & maiorẽ in modum zelo quodam accenſus, negotia ſibi cõmiſſa procurabat. Non multum interceßit tẽporis, quũ huiuſmodi quiddam accidit, dignũ quod memoriæ pro- datur, & hiſtoriarum monumentis inſcribatur. Acceßit ad Prætorem uidua mulier, paupercula, cum eiulatu, cla- more, quiritatione, uiri cuiuſdam illuſtris & clari, qui di- gnitate Magiſter, conſanguinitate imperatori iunctus eſ- ſet, nomen deferens, deq; illius iniuria querens, quòd fa- cultates ei ſuas omnes eripuiſſet. Audit hæc æmulator ille iuris & æqui, uiduæ querelis animum aduertit, commi-

Viri præclari ad imp. oratio.

Prætor à Iuſtino ſumma cũ poteſtate cõſtituitur.

Seueritatis exemplum illuſtre.



Ayuntamiento de Madrid

ſeratione tangitur, mittit qui Magiſtrum in iudicio comparere iubeant. Magiſter non obtemperare, actionem flocciſacere, iudicem per ludibrium irridere, ſannis iudicium ipſum exagitare. Quia denique prandium imperator lautũ præbiturus inuitatis nonnullis erat, ei conuiuio cum alijs interfuturus abit. Quid hinc factum? ira iudex accenditur, in regiam ſe confert, imperatori conſpiciendum offert, quem opimo in conuiuio ſedentem uidebat. Inter alios inuitatos etiam rapacem illum accumbentem cernit. Eo conſpecto, ſingulari feruore cordis inflammatur, & ore liberrimo Iuſtinum hiſce uerbis alloquitur: Si perſtas, imperator, in ijs, quæ ſemel abs te decreta ſancitaq; ſunt, & homines rapaces multari uis: equidem paratus ſum atq; cupidus, ut id præſtem, quod dudum me præſtaturum policebar. Sin te, qui prætoris munus mihi mandaſti, antè actorum pœnitet: en facultatem habes eius mihi uiciſſim auferendi. Nam equidem culpa uacare uolo, quum tu piaculares & improbos homines amicos facias, itidemq; peruerſos & ad nocendum ingenioſiſſimos conuiuijs menſiſq; tuis adhibeas. Ad ea placidiſſimus ille, mitiſq; Iuſtinus, dolenter ex imo pectore ducto ſuſpirio: Si meipſum, ait, inſolēter aliquid deſignaſſe conſtat, mox imperatorio me throno detrahito. Sin aliquis conuiuarũ, qui mecũ heic accũbunt, iniurius in quẽquã fuit: licet mox facias, quod dudũ tuo cum animo conſtituiſti. Papæ, quanta fuit hæc in te animi ſerenitas atq; bonitas, imperatorum optime, iuris & æqui mitiſſime cuſtos. Vix imperator hæc proloquutus fuerat, quum Magiſter ille per uim à iudice de conuiuarũ cœtu, menſiſq; ſumtuoſis abreptus, ad tribunal deducitur, illatæ pœnas iniuriæ luiturus. Stabat ante tribunal tremens ac territus, qui non

Præclarũ Iuſtini reſponſum.

non ita pridem elato animo ſuperbiebat. Mulier rurſus accuſationem ſuam inſtituebat, quæ per rapinam amiſiſſet indicabat, facinoris hominem conuincebat. Ille contrà, ferox antehac & inſolens, mutus illic ſtabat, & in lingua (quod aiunt) bouē habebat. Ita nimirū os hominis malefici libertate loquendi deſtituitur. Quum ergo prudentiſſimus iudex, & æqui iuſtiq; cuſtos, re accuratè curioſeq; peruestigata, mulierculam indigna paſſam, ſuisq; facultatibus iniuſtè ſpoliatam depræhendiſſet: crudis boum neruis illuſtrem illum uirum per contumeliam cædi iubet, ac tantopere flagellari, dum corpore toto plagarum cicatrices exſtarent. Deinde mentum ei denudat ad cutem uſque, ac raſis capitis crinibus, uultuq; deturpato, inuerſum aſino imponit, facinus medijs in plateis per præconē publicari curat, atq; hoc modo per ſummam ignominiam circumuehi hominē uelut in triumpho, & adfici cōtumelia iubet. Tamdē facultates eius mulieri attribuit, quæ oppreſſa per ipſum, acerbeq; tractata fuerat. Sic nihil ad animū libertatis ſtudioſum comparari poteſt: ſic homo alienus ab auaricia, nec ulli rei mancipatus, ſed ingenuus, neminis perſonā acceptat: nō excelſo conſpicuos loco metuit: neminē formidat: dixeris eum eſſe uolucrē aquilā, celerem, ſublimia petentē, nullis rebus terrenis addictā. Si puram habeas mentē, & lucris ſuperiorē, ſi donorū captione animū nō ſordidaueris: reges nō formidabis, plebē nō reuereberis, nō eximios et magna præditos potētia metues. Sed enim ad hiſtoriæ ſeriē mihi reuertendū eſt. Hoc factū multis terrori fuit, et multos in officio cōtinuit. Ex eo tēpore ab inferēdis iniurijs, alienisq; cōcupiſcēdis, pleriq; ſemet abſtinebant. Quippe iudicis animus inexorabilis, et in iudicādo ſeuerus, mentes omniū perculerat.

Pœna eius, qui aliena rapuerat.

Hinc

Ayuntamiento de Madrid

Hinc pro tempeſtate ac triſti procella ſuccedebat ubiq; ſerenitas obſeruationis iuſti & æqui:hinc fluctuũ & marini cuiuſdam uelut æſtus loco tranquillitas iucundè uelut arridebat,uitæq; pelagus citra perturbationẽ ullam nauigabatur. Quippe diuini cuiuſdã gratiq; uenti aura ſpirabat.

De Sophia coniuge Iuſtini.

Vxorẽ imperator hic Sophiã habebat,fœminã uirilẽ, magnanimã,munificentiſsimã:quæ quum homines uulgo magno in mœrore degere cognouiſſet, q᷎ ære alieno, ceu uinculis inextricabilibus,grauarẽtur:omnibus obæratorũ tabulis collectis,eas ipſas quidẽ igne cõcremauit:at creditorib.quæ deberẽtur,ex ſuo numerari curauit. De quibus hactenus breuiter cõmemoratis intelligere licet,quãtis ceteroquin etiã bonis,quãtaq; liberalitate tam imperator hic, quàm imperatrix, totas urbes ſouerint. Quippe
» guſtus etiã perexiguus dolij totius, & cõtexti egregiè pe
» pli documentũ fimbria præbet, ut leo magnanimus ex unguibus agnoſcitur. Quũ aũt nullum neq; filiũ,neq; filiam

Tiberius II imp. an. IIII.

haberent,Tiberiũ imperator,hominẽ in re militari præſtantẽ,adoptatũ filij loco, Cæſaris primùm corona exornat:neq; multo pòſt coactis in unũ plebe, Senatu,ſacerdotibus,uniuerſis proceribus, quũ multis & diuinis omnes cohortationibus inſtruxiſſet,eidem imperij ſceptra uiuus & ſuperſtes adhuc,nec halitum extremum ducens, tradidit. Sedenim exiguum ad tempus uita deinceps fruens, ſomno mortis inexcitabili & omnibus cõmuni ſopitus eſt,
» ac ſub exiguum ſaxũ talis tantuſq; uir conditus. Quippe
» nec formoſo, nec experienti natura parcit: ſed omnes citra diſcrimẽ in ſepulchra cõijcit. Poſteaquam imperiũ Tiberius occepiſſet,ſtatim prima (quod dicitur)linea demõ

Tiberij laudes.

ſtrauit,minimè uanã fuiſſe ſpem eius, à quo adoptatus & præfectus rebus fuiſſet. Nã munificæ imperatrici Sophiæ beneſi-

Ayuntamiento de Madrid

*beneficijs infinitis uicem rependit, & directis in ſubditos benignitatis riuis, aureas uenas affatim aperuit.* Præterea *ſouendis & alendis ægrotis, ſenio confectis, pauperibus, complures domos exſtruxit & deſtinauit.* Primus *etiam templi* XL. Chriſti *teſtium, præclara uictoria potitorũ, fundamenta iecit.* Quum *autem filias tantùm duas haberet, earum alteri* Mauricium *matrimonio iungit, uirũ ad res gerendas acerrimũ, natione* Cappadocem: *quumq́; nuptias puellæ celebraturus eſſet, ſponſum eius Cæſarem renuntiat.* Neq; *multo pòſt morte immatura extinctus eſt.* Eo *mortuo,* Mauricius *imperiũ occipit, quem uirum* Tiberius *dignum iudicauerat, qui regnaret.* Habebat Mauricius *adfinem* Philippicum, *ſuæ uidelicet ſororis maritum, uirum generoſum, audacem, in ductitandis copijs magnũ, opibus locupletem, illuſtrem prudentia: qui nõ ita dudum relicta* Roma *ueteri,* Conſtantinopolim *commigrauerat.* Hunc *uictorijs claratum,* Perſicæq; *ſuperbiæ domitorem, ſuſpectum* Mauricius *habebat, tamquam imperij rapiendi cupidũ.* Et *erat obiter quædam ſuſpicionis huius cauſſa, quòd curioſi quidã homines, & diuinandi periti,* Mauricio *nugas aniles propoſuerant, futurum ſcilicet, ut uita pariter imperioq́; ſpoliaretur à quodam, cuius à φ littera nomen occiperet.* Hinc *factum, ut* Philippicus *ille clariſſimus, & magnus in prælijs, medias in caſſes inuidiæ delatus, cum ueſte ſplendida triſtem commutaret, capitisq́; crines amitteret.* Enimuerò *fallebantur mortalium animi, & oculi ratiocinationum in rebus futuris alucinabantur.* Vaticinij *quidem huius quis fuerit exitus, deinceps à nobis exponetur.* Ceterùm Chaganus, Scytharũ *ſeptemtrionalium rex, quum* Romanorũ *caſtella inuaſiſſet, impetũ primo quaſdam munitas urbes cepiſſet, omnem* Iſtro *uicinam regionem*

Mauricius imp.

De Philippico.

Chaganus Iſtro uicina depopulatur.

Ayuntamiento de Madrid

regionem populatus fuiſſet amnis ipſius flumina ſanguine interfectorum tinxiſſet, ſuorum enſes & haſtas cruore abluiſſet: tamdem magna captiuorũ multitudine coacta, quæ uirorũ ad CCIↃↃ CIↃ CIↃ contineret, ad Mauricium Romanorum imperatorẽ mittit, utq; captiuos redimat hortatur. Verùm neq; Scythicæ crudelitatis extremus furor, neq; barbari regis immanitas, neq; luctus, eiulationes, lacrymæ captiuorũ flectere durũ imperatoris animũ poterant, qui ab auaricia totus erat occupatus. Rurſus ergo barbariſſimus ille Chaganus, ſuis ad Mauriciũ miſſis, moderatius & æquius agi cum eo iubet, magna de pretio ſumma deducta. Quum aũt imperator aſpidẽ imitans, aures obthuraret, nec uocem excantantiũ admittere uellet: excandeſcit (proh dolor) Chaganus pantheræ ac tigridis inſtar, morti tot homines addicit, tantã (heu) multitudinẽ gladijs interficit, totã regionis ſuperficiẽ cadaueribus operit, campos ſanguine cruentat, aceruis interfectorũ ad pinei ſtipitis altitudinẽ conſtratos. O` aurũ, tyranne crudelis, hominũ perſequutor, audaciſſime, fraudulente, arx malorum omniũ, caſtellum perniciei, uaſtator urbium, propugnaculorũ euerſor, murorum dilacerator, opidorũ oppugnator, ædium ſuccuſſor, qualibus malis mortales diuexas? Nulla res in hominum uita tecum in certamen deſcendere poteſt: nulla res terrena tecum poteſt in comparationem uenire: durum emollis, mollem induras: linguam mutam ſoluis, loquacẽ comprimis: currendo ualentẽ tardum efficis, ac uiciſſim de tardo uolucrem: corda inflammas, & uoluptate quadam demulces: ſenſus illecebris ineuitabilibus, ceu præſtigijs quibuſdam, excantas: quũ interim uenuſtas illa tua non minus ueneno ſuo, quàm uipera noceat: leges & iura proculcas: uerecundiã & pudorẽ abigis: ſepulcra uiolas: parietes perforas: nihil non habes uænale: nihil

Mauricij delictum ex auaricia.

Auri exſecratio.

Ayuntamiento de Madrid

non

nō prodis. Nimirū friuolū quiddā eſt, ac fabula mera, uulgo quod dicitur, adamantem ſolū ſanguine molliri. Quid enim eſſe te poßit efficacius, etiam in ſaxis emolliendis? Enimuerò de hoc ſatis. Quid deinceps ſubſequutū? Imperator de immenſis illis hominū cædibus cognoſcit, auariciā ipſe ſuam damnat, calamitatē acceptam expendit, miſeriā tantam deplorat, animus pœnitudine grauißima percellitur. Hinc crebræ in oculis lacrymæ, gemitus ex intimo corde ducti, graues & cū uibicib. cōiunctæ pectoris uerberationes, ululatus, rugitus, ad Deum ſupplicationes, ne ad uitam ſequuturā ſupplicia cumularet, ſed heic lapſus ſui pœnas exigeret. Hiſce lamētis Deus flectitur, imperatoris toto pectore ſupplicantis cōmiſeratione tangitur, precibus ipſius annuit. Sed tamen inter innumerabiles copias Mauricio ſe per quietem ſpectandum exhibet, eumq; ſanguinario Phocæ tradi iubet. Non magno tēporis interiecto ſpatio ſceleratißimus ille Phocas è caſtris aduenit, quædā ab imperatore cōmilitonibus ſuis exoraturus. Quumq; flagris cæſus & eiectus è regia foret ob ea, quæ importunè deblateraſſet: in caſtra reuertitur, cohortiū phalangumq; ductores adit, merā ſpirans inſaniā, plena iracundiæ uerba exſpuens, quæq; merām ſtoliditatē & imperitiam redolerent, latrantis deniq; canis in morem nil niſi rabiem eructans. Quinetiā miſeriam exercitus amplificat, ſpe ſua fruſtrati. Quapropter in unum coacti copiarum & prouinciarum duces, furioſum hunc Cerberum (proh impium facinus) imperatorem declarant, ſceleratum inquā latronem, iracundum, ſanguinarium, quæuis ad flagitia promtum. Mauricius ubi de militum defectione certior factus eſſet, ac peſtē illam cōmunem Phocā imperatorē renuntiatum eſſe didiciſſet: conabatur ille quidē fuga ſaluti ſuæ cōſulere,

Mauricij pœnitentia.

Mauricij uiſum nocturnum.

Seditionis Phocæ initium.

Ayuntamiento de Madrid

ſulere, uerùm de manibus illis omnipotentibus elabi nullo modo poterat. Nam decretum erat, ut iræ iuſtiq; iudicij craterem ad ipſas uſq; fæces exhauriret. Quapropter in fuga cum imperatrice, ac natis in imperio liberis capitur. Deinde inuiſiſsimus ille Deo, cruentusq; Draco, cunctis in cõſpectu Mauricij collectis, primò quidē liberis tam adultis, quàm iunioribus, capita præcidi iubet: hinc imperatricem, ad extremū Mauricium interficit. O' quanta patientia tua eſt, fili Dei Sermo. Atq; hic fuit exitus illarum præſtigiarum & uaticiniorum, quæ ab hominibus curioſas nimium artes tractantibus profecta fuerant. Poſteaquàm Phocas imperium occupaſſet, à primis (quod aiunt) carceribus belluam acerbam, intra ipſum abditā, oſtentabat. Nam moribus & indole ſanguinaria præditus erat, homicida uita gaudens, furioſus, temulentus, in uino immodeſtus, iracundus, ebrioſus. Hinc fiebat, ut in morem feri leonis ſanguinem ſorberet, ac opulentorum hominum carnibus ueſci pro ſuaui potione duceret, ipſoq; nectare dulciori. Narſem illum copiarum ducem, qui miraculum Romanorum erat, igni concremauit: atq; hoc facto, iuuenculā (ceu dici prouerbio ſolet) eleganti uultu præditam oculis priuauit. Proh qualem hoc uiro extincto ducem Romanis ademit. Nimirum è tota membrorū ſerie membrum longè utiliſsimum exſecuit, ac uir ſceleratiſsimus optimum, infinitas acerbiſsimasq; mortes commeritus, perpetua (ſi fieri poſſet) uita dignum in carbones ac fauillā redegit. Enimuerò tellus ipſa cædibus reſtagnans mœrebat, & ſanguinis ſtillicidio conſperſa ſingulis horis, hominem intuita, uoces planè miſerabiles ex ore muto proferebat, & tigropardalim furentem accuſabat. Quapropter oculos Deus aperuit, & hominis improbitate perſpecta, miſeratus eorum

Mauricius cum ſuis capitur & interficitur.

Phocas imp. an. VIII.

Narſes exuſtus à Phoca.

rum

Ayuntamiento de Madrid

rum mactationes, qui dilaniabantur, tale ſuppliciũ ei deſtinauit: ut quæ ipſe deſignaſſet, ea uiciſſim ab alijs perpeteretur. Itaq; proceres, & illuſtres, ac Senatorij quidam ordinis uiri, quum homines agnorum inſtar miſerrimè iugulari, proſcribi crudeliter, miſerandum in modum lacerari cernerẽt, ignemq; hunc adeò cum flammis illuſtres domos in cineres redigentibus latiſſimè ſerpere, immanem deniq; belluam cædibus quidem crudeliter paſci, non tamen exſatiari, ſed magis etiam ſitire: de ſemetipſis angi occipiunt, imminentia pericula formidant, Heraclio Duci Aphricæ per litteras ſignificant, claſſem ualidã inſtrueret, eiq; filiũ Heraclium contra ſceleratum imperatorẽ præficeret. His cognitis Heraclius, ad bellum ſeſe comparat. Iamq; claſſis occupato mari, rectà celeriterq; Byzantium contendebat. Eo motu Phocas intellecto, uiciſſim & ipſe militũ copias inſtruit, hoſtibusq; welociſſimã claſſem opponendam comparat. Verùm ipſe Deus, & ipſum mare bellum aduerſus tyrannum gerebant. Quumq; facinoroſiſſimus homo manum cum hoſte conſeruiſſet, acerrimo prælio uincitur, pudore adficitur, perſequentibus aduerſarijs, tandem uiuus capitur. Oblatus Heraclio, æquiſſimo iure trucidatur, quũ prius uarijs probris adfectus fuiſſet. Sic uiolenta morte cruentam animam efflauit illa totum mundum abſorbere conata uoracitas, gula cuncta deglutiens, miniſter mortis, amicus Dirarum. Mox autem Heraclius rerum potiri cœpit, cui patria quidem erat Cappadocum illa fœliciſſima regio, generis autem origo ab illuſtribus uiris, ampliaq; fortuna florentibus. Rei militaris peritiſſimus erat, fortis, leonino præditus animo, laborũ tolerantiſſimus, manu promtus, robuſtus. Conſtantinum filium minimè degenerem ex cõiuge prima ſuſcepit, qua rebus humanis exempta, Mar-

Contra Phocam conſpiratio.

Exitus Phocæ.

Heraclius imp. an. XXX.



Ayuntamiento de Madrid

*tinam ad uitæ ſocietatem adſciuit.* Erat hæc *imperatori ex auunculo conſobrina, de qua natus eſt ei filius* He- *raclonas.* Heraclius *ipſe deinceps ab hominibus improbis circumuentus, eorum decretis & erroribus adſenſus eſt, qui unam in* Chriſto *uoluntatem eſſe nugati ſunt.* Id *temporis* Choſroës *arrogantißimus rex* Perſarum, A- *ſia tota direpta ſpoliatáque, peruenit ad ipſum uſque* Byzantium, *copias ſanè ſuperbas & inſolentes ſecum ducens, nimirum loricatos, ſagittarios, haſtatos, alióſque pugnandi peritos, de quauis natione bellicoſa collectos, de* Medis, Chaldæis, Aßyrijs, Perſis, Bactrianis, Parthyeis: *qui omnes galeis utebantur aureis, eleganter inſtructi, pharetris muniti, generoſis equis inſidentes, quos aureæ phaleræ contegebant.* Quum *ergo uideret imperator, fieri nullo modo poſſe, ut prælium cum exercitibus* Choſrois *committeretur, qui tantum non arenam multitudine ſuperabant: conſilium efficax & ſagacitatis plenum capit.* Virgini *quidem* Dei *matri* Byzantinam *urbem, cum filio populóque, committit: ipſe uerò ab urbe profectus, coactiſq; copijs tam mari, quàm terra, leuis & grauis armaturæ militibus, equitibus, ſtatarijs, ſcutatis, ad* Perſicos *fines contendit, caſtellis munitis copias adhibet, urbes euertit, uniuerſam* Perſarum *ditionem diripit: perquàm ſapienter hoſtem à* Byzantio *cogitans abſtrahere, & copias eius à ſeinuicem diuellere.* Itaq; Perſicarum *urbium ſegetes demetebantur, igne uaſtabantur agri, peracerbè rapiebantur in ſeruitutem ætate prouectiores, ancillæ, mulieres formoſæ, puellæ, uetulæ, infantes, qui ulnis geſtabantur, & adhuc lactebant.* Gladij Romanorum *in ſanguine abluebantur, diripiebantur pecudes, matres liberis orbabantur: to-*

Heraclius Monothelcta factus.

Choſroës Aſiam deprædatur.

Heraclij præclarum conſiliū, & res feliciter geſtæ.

tam

Ayuntamiento de Madrid

tam deniq; Perſiam lamentationes & ploratus occupabant. Quippe uolucris gladius ultionis aduenerat, & iracundus enſis urbes uniuerſas depaſcebatur. Audit hæc ſuperbus ille rex Perſarum, mox obſidionem Byzantij ſoluit. Interea mediam in Perſidem ſuis cum copijs Heraclius penetrat. Eum à tergo conſectabatur Perſarum princeps. Quúmque prælium acre commiſſum inter utroſque foret, immenſa quidem utrimque multitudo mortalium cecidit: uictoria tamen penes Romanos ſtetit. Vidit id temporis etiam Perſarum regio Byzantinum gladium ſecandi non ignarum, ancipitem, falci uolanti conſimilem, urbes abolentem, agros uaſtantem. Rurſus imperator aliud quiddam prudenter molitur, quippe gerendi belli peritus, & dux copiarum induſtrius ac ingenioſus. Progreßionis impetu nonnihil remiſſo, à tergo manebat: quúmque Perſicus exercitus unà cum Choſroë pleno curſu Romanorum copias præterijſſet, ipſe fugientes à tergo conſectabatur, & prælijs aduerſis hoſtem ſæpißimè adortus, magnáque multitudine cæſa, regem barbarum perſequi ac premere non deſinebat: donec tamdem eius conſanguinei, Perſarum optimates, amici regij, copiarum duces uniuerſi, cum primogenito filio Siroë, deteſtandum illum & exſecrabilem Choſroem abominati, in uincula conijcerent, ceu cetum quemdam capacißimum, ceu leonem iracundum, ceu pantheram immanem: ubi fame preſſus, uiuendi finem fecit. Itaq; ſexennio toto in exſcindendis Perſarũ Medorumq; regionibus exacto, uictorioſus imperator Byzantium reuerſus eſt. Sed hæc annis ſequentibus acciderunt. Quum autem Heraclius adhuc in Perſia commoraretur, & Perſarum exercitus urbem Byzantinam ſic obſideret, ut ei deuoran

Heraclius in mediam Perſidẽ progreditur.

Aliud Heraclij ſtratagema.



Ayuntamiento de Madrid

dæ prorſus inhiaret: alia quædam grauis tempeſtas excitata eſt, quæ & ipſa nauem illam ſe demerſuram minitaretur. Etenim ad exercitus Perſicos etiam copiæ Scytharum accedentes, areniſq; pares immaniſsimorum Auarũ phalanges torrentiũ in morem eruptione ſimul facta, uerſus urbem, ceu cauam quamdam uallem, ingenti cum ſtrepitu ferebantur. Perſæ caſtrametabantur ex aduerſo urbis, ad Damalim ac Chaldonem uſq; diffuſis eorum agminibus, quæ quidem ſonum horrendum edebant. Auares & Scythæ ſub ipſis mœnib. hærebant. Nulla nõ triſtis & horrenda ſeſe facies oculis oſtentabat. Ab una parte terribiliter Scythica Scylla ſtrepebat, ab altera Charybdis os patulum conſpiciebatur: in harũ medio ſcapha urbis magna tempeſtate iactabatur, cui nulla non ex parte periculum è procellis imminebat. Quum deniq; tẽpus illud (uti quidẽ uidetur) in hoc tota uiriũ contentione incũberet, ne quod aliud malum apud homines calamitate illius ætatis maius extaret: cunctas etiam Tauro uicinas nationes concitauit, quas cum locuſtarũ infinitate nõ abs re quis cõparauerit. Etenim Tauroſcytharũ immaniũ principes compactis ſcaphis, & innumerabili multitudine in eas impoſita, lintribus ex uno ligno factis uniuerſum mare cooperiebãt. Hoc modo plagæ uariæ de plurimis locis exiſtebãt, & ab omni parte res urbis imperatricis in anguſtũ cogebantur. Perſa conſimilis erat pungenti ſcorpio, Scytharũ ferox natio uirulẽtæ uiperæ, Tauroſcytharũ gens locuſtæ, quæ & pedes incedit, & uolat. Tot & talibus ærumnis urbs laborabat, & in his omnibus malis auxilij nihil apparebat. Sed enim propugnabat eam manus potentiſsima, robuſtumq; brachium illam defendebat. Itaq; uentus ingens cõmotus, tẽpe

ſtates

Scythæ & Auares eodem tempore cũ Perſis Byzantiũ obſidẽt.

Miſer Byzantij ſtatus.

Tauroſcythę Romanos inuadunt.

Diuinum auxilium.

Ayuntamiento de Madrid

ſtates & aquarũ uertigos excitauit, totamq; claſſem illam immenſam adobruit. Videre tum erat inſtar plumbi ſub aquas marinas demergi eos, qui antea leui motu ſemitas illas humidas nauigijs peragrabant: non aliter, atq; olim ſuperbi Pharaonis ſatellitibus accidit. Hinc iam Romani, prius terrore nimio perculſi, extra urbem ſemet effundebant, & intra muros quaſi quoſdã concluſis hoſtibus, ita tractabant natos in rupibus barbaros, ut locuſtas Seleucides ſolent, ut Ibes illæ uolatiles agere cum ſerpentibus conſueuere. Simul triumphale carmen cũ hymnis cõcinebant, & conuenientes odas diuæ Ductrici uelut immolabant. Ita gigas immenſo robore ſalutem ſuam non tuetur, nec princeps potentis populi uiribus ſe defendit. Nam ſi Deus ædium fundamenta non iecerit, ſi ualido ſepto domos non obduxerit: omnes artis machinationes atq; labores inutiles ſunt. Atq; hunc ſanè Romani tam felicem obſidionis euentum habuere. Secundum hæc coacto à natura Heraclio, ut corporis puluerem terræ, quæ mutuum dederat, reſtitueret: Conſtantinus eius filius imperium accepit, & exiguum ad tempus eo potitus, mortem immaturam obijt, nullo, neq; uerbo, neq; facto memorabili ad poſteros trãſmiſſo. Perhibent autem uenenum ei propinatum ſuiſſe à Martina nouerca, & Pyrrho, Byzanthino pontifice, qui peſtilens erat homo, & impius, ueneficus, præſtigiator. Quum ergo uitam hanc terrenam Conſtantinus reliquiſſet, Martina imperium ad ſe aſtu traducit, & ad Heraclonam filium: ſed eo non diu frui potuit. Nam quum uix illud à limine quaſi ſalutare potuiſſent, diuinæ uindictæ poculum hauſere, nihil aliud lucri ex imperio nacti, quàm quòd improbos ſe declarauerint. Itaq; naribus Heraclonas amiſſis, Martina lingua, ſolum uertere iuſſi ſunt. Poſt

Tauroſcytharum exitiũ.

Cõſtantinus III. Heraclij F. imp. an. I.

Martina & Heraclonas impp.



Ayuntamiento de Madrid

Conſtans II, Heraclij N. imp. ann. XXVII.

eos imperium Conſtanti redditur, eius Conſtantini filio, qui non ita pridem regnauerat. Hic inde ab initio radices in corde malas fouens illius impiæ ſectæ, uel furoris potius eorum, qui unicam in Chriſto uoluntatem agnoſcere iubent: fructus ſanè impietatis tulit, ſed admodum amaros: quos fuere quidem qui deguſtarent, ſed aliud nihil inde conſequuti, quàm quòd eorum acerbitatem agnoſcerent. Atque huius amaritudinis ad extremam uſque ſatietatem particeps factus eſt eloquentiſſimus ille Maximus, aurea illa tuba, Nilus quaſi quidam doctrinæ ueritatis aurifluus. Quippe manus ei dextra præciſa fuit, & mellea lingua, diuini riuos nectaris effundens, ſimul ademta. Idem Conſtans, uir nequam, exſilio perpetuo Martinum Romæ ueteris antiſtitem, quem Romani Papam appellare conſueuerunt, multauit. Præterea Caini fratricidium imitatus, Theodoſium parentibus iiſdem cum ipſo natum interfecit. Hinc in Siciliam fertilem cum claſſe profectus urbem imperatricem ornamento ſuo ſpoliare uolens, Romæ uetulæ conatus eſt imperium reſtituere: non aliter, ac ſi quis egregiè ueſtitam puellam ornatu ſuo denudet, ac uetulam trium cornicum ætatem habentem, ceu puellam iuuenculam exornet. Sed
» enim uana ſunt hominum conſilia, ni Deus annuat &
» iuuet. Quippe dum calidis aquis imperator uoluptatis cauſſa ſemet oblectat, frigidum mortis poculum exhauſit. Eo mortuo, tyrannidem Mizizius, natione Siculus uſurpat, uir amabili quidem gratóque uultu: ſed qui hac fortuna non diu frui potuit. Quippe celeriter extinctus eſt, inſtar roſæ, quæ uix nata, continuò marceſſit. Etenim Conſtantis filius Conſtantinus ingenti claſſe Siciliam

S. Maximo dextra cũ lingua præciditur.

Martinus papa in exſiliũ relegatur.

Conſtans in Italiã transferre conatur imperiũ.

Myzizij tyrannis.

Cõſtantinus IIII, Barbatus, imp. an. XVII.

Ayuntamiento de Madrid

*ciliam occupauit, & omnes interfectores patris imperatoris iugulauit, quos inter & Mizizius fuit, qui tyrannidem arripuerat. Hunc imperatorem Conſtantinum uulgus hominum Pogonatum, hoc eſt, barbatum appellabat: quòd (uti de litterarum monumentis accepimus) expeditionem illam maritimam contra Mizizium ſuſcipiens adoleſcens admodum, facie delicata, nihil habens lanuginis aut barbæ, cum integra uirilíq; barba de Sicilia reuerſus fuiſſet. Synhodo uirorum diuinitus gubernatorum coacta, paternam impietatem radicitus exſtirpauit, à piorum dogmatum plantatoribus in uiam reuocatus. Moriturus, Iuſtinianum filium imperatorem renuntiauit, qui magnam illam ſplendidámque domum in regia de fundamentis exſtruxit, & aureis calculis diſtinxit, parietibus & pauimento de marmore confectis. Domus ipſa nomen conditoris etiam nunc retinet. Ceterùm Iuſtinianus imperator inuiſus erat proceribus, priuatis, uulgo, tam in foro quàm aula degentibus, tamquam durus, ferox, cædibus gaudens: ac præſertim, quòd ipſus ſibi nimium placeret, nimiúmque tribueret. Erat enim opinione ſua ſapiens, reapſe demens, nec conſilijs quemquam adhibebat: quòd exiſtimaret, ſe cognitionem rerum omnium, quæ in homines cadere poßit, habere. Quapropter exoſus uniuerſis, præmium improbitatis reperit, imperij nimirum amiſſionem. Etenim uir quidam nobilis, Senator, patricius, cui nomen Leontius, quum plebem ſibi adiumento auxilióque præſtò fore cerneret, uniuerſis odio Iuſtinianum imperatorem perſequentibus: ſuis cum ſocijs eum noctu aggreditur, quaſiq; cinctum indagine capiēs,*

Synhodus pia ſub Barbato.

Iuſtinianus II, imp. cui reſectæ nares.

Leontij patricij tyrannis ad III. annos.



Ayuntamiento de Madrid

*præciſis naribus, mari Cherſonem deportari curat. Verùm oculus iuſticiæ minimè clauſus manſit, ſed rectè ſeditionis auctorem intuitus, pari menſura uicem ei retulit.*

Agareni Aphricam inuadunt.

*Quum enim Aphricæ fines à prædonibus quibuſdam diriperentur, qui Arabes erant, ex Agarenorum gente, iamq; regionem maritimam uniuerſam uexarent ac popularentur: ſuorum commiſeratione motus imperator, claſſem magnam inſtruit, & aduerſus prædones maritimos ablegat. Cum eis nauticæ Romanorum copiæ manu conſerta, quamquam inſigni cum ferocia prælium capeſſerent, ſpumantium aprorum in morem, tamen inde tandem hoſtes pepulerunt, urbemq; Carthaginienſium Romanis conſeruarunt. At uerò immanes illæ belluæ nequaquam poterant quieſcere, ſed immenſa claſſe comparata bellum inſtaurabant: Romanosq; maiori nauium adorti numero, in fugam coniecerunt tam nauium præfectos, quàm claßiarios milites, ſimul florentem opibus Carthaginienſium urbem ceperunt, eáque direpta & ſolo æquata, cincinnum aureum Libyæ totius exſciderunt.*

Agareni Carthaginem euertunt.

*Igitur nautica multitudo claßisq; duces ignominiam cladis acceptæ non ferentes, & malum malo maiori ſanantes: defectionem ab imperatore moliuntur, & maximam ad inſulam Cretenſem naues appellunt. Heic coniuratione facta, ſuam audaciam produnt, unúmque de ſocijs defectionis imperatorem declarant, cui nomen erat Apſimarus. Is adiutus ipſorum opera, cingit urbem obſidione: proditoresq; nactus, Byzantium occupat. Heic primò ſe Tiberium nuncupat, deinde Leontium productũ in medium naribus mutilat, & firmã in cuſtodiam cõcludit: quum is tribus tantùm annis imperio potitus fuiſſet. Itaq; regnabat Apſimarus, & fortuna proſpera fruebatur. Vnicum*

Apſimari tyrannis ad annos VII.

Ayuntamiento de Madrid

cum erat, quod hominem perturbaret: nimirũ ne rurſum Iuſtinianus ad imperium arceſſeretur, qui eo nuper unà cum naribus fuerat ſpoliatus. Immò diuinationes, & oracula quædam, & aſtrologorum feſtiuas prædictiones audiens, uirum iſtum ceu belluam ancipitem ſuſpectum habebat. Quapropter molitiones inſtituit, & conſilia quærit, quibus occaſiones ad fortunam proſperiorem ei præcideret. Certior ergo factus, Iuſtinianum Theodoram ſororem ſuam germanam Chagano Chazarorum principi matrimonio iunxiſſe, iamq; cum illo familiariter degere: legatos ad barbarum, ſæuum alioquin hominem, mittit, immenſasq; pecunias ei policetur, ſi Iuſtinianum uinculis iniectis ſibi mancipij in morem uenderet, aut eius ſaltem caput à ceruicibus reciſum mitteret. His auditis animus barbari cupiditate pecuniarum inflammatur, & ut Scythica præditus indole, conſilium capit inhumanum ac belluinũ contra ſuum adfinem, à quo læſus numquam fuerat, meditans ipſe ſecum, quo pacto miſerum Apſimaro quærenti proderet. O' aurum, proditor, tyranne peruerſe, malefice amicorum uenditor, proprij generis interfector, quid hoc eſt rei? cur tecum ipſe mutato conſilio pugnas? cur inconſtantes facis? Cur in aliam faciem mutas eorũ mentes, qui ſimplices et uarietatis expertes à Deo creati ſunt? Sedenim id quod futurũ eſt, ſemel diuinitùs decretũ, nec murus (ut aiunt) ferreus, nec ignis impedire poterit. Iuſtinianus enim Chagani fraudibus & conſilijs perſpectis, fuga ſaluti conſulit, adiunctoq; ſibi promiſſis ampliſſimis Terberi Bulgarorum principe, cum illo Byzantium tendit, ductis eò Bulgarorum immenſis legionibus. Deinde perpaucis ſuorũ cõſilio ſuo credito, cum iiſdem canales aquæductuũ ingreſſus, furtim & ſolerter aditum in urbem ſibi parat:

Apſimarus Iuſtiniano inſidiatur.

Chagani perfidia.

Auri criminatio.

Iuſtinianus à Chagano profugit.

g 5 quo

Ayuntamiento de Madrid

quo facto, iterum cepit imperare. Conſequutas uerò deinceps calamitates quæ poßit oratio ſatis exprimere? Quæ Bulgarorum principi promiſſa fuerant, præſtat: ampliſſimis ei muneribus uicem refert. Deinde complures domos illuſtres igni concremat, facultates diripit, inſtar pecudum potiorem magnatum partem miſerrimè trucidat, interfectis etiam Leontio & Apſimaro, tamquam latronibus & imperij raptoribus. Sic mali oculis iuſticiæ ſunt expoſiti, & quamuis aliquamdiu pœnas effugiant, tamdem tamen ſupplicia maiora luunt. Neque tantùm Iuſtinianus hos tyrannidis uſurpatores principes gladio percußit ultore miſeriarum ſuarum: uerumetiam Callinico patriarchæ contumelijs & ludibrijs adſtricto, ac puerorum iniuriæ expoſito, demum oculos eruit: quòd adiutor & conſcius eorum fuiſſet, quæ deſignata in Iuſtinianum erant. Præterea reuocans ad animum imperator, quàm acerbè tractatus fuiſſet à Ponticæ Cherſonis incolis, quum imperio deiectus apud illos uiueret: (nam modò dicterijs in eum illudebant, modò mala imprecabãtur, modò contumelijs improbarum linguarũ pungebant, modò conſilia ſubdola magno ſilentio tractabant, quando tamdem gladios in ipſius uiſceribus tincturi eſſent, uel infelicem cõpræhẽſum Apſimaro miſſuri, ſecũ diſpicientes) hæc igitur cogitationibus ſuis Iuſtinianus inſcribens, & per ea tamquam barbarorum moribus conſentanea uehementer exacerbatus, copias nauales ablegat, interfectũ quidquid iſtic, ubi læſus fuerat, ætatis adultæ hominum eſſet: præcipiens inter alia, ne uel mulierculis, uel lactentibus pueris, uel ſenibus, uel iuuenibus parcerent. Tam graui aduerſus eos iracundia flagrabat. Hæc Cherſonitarum calamitas digna erat, quæ deploraretur: adeoq; paullo humaniores ad lamen-

Iuſtinianus iterum imp. annis XVI.

Callinicus patriarcha cæcatur.

Quid contra Cherſonis incolas molitus ſit imp.

Ayuntamiento de Madrid

*lamentandum cõmouebat. Quippe miſerias Bethlehemæ clamoresq́; triſtiſſimos ſuperabat. Iſtic enim ſola infantilis ætas interficiebatur, heic decrepiti, adoleſcẽtes, mulieres, puellæ teneræ, pueri, citra diſcrimen uelut in macello membratim dilaniabantur. Continuò tollebantur eiulatus & clamores acres ab omni parte, tam collibus quàm litorib. ad lamentantiũ uoces reſpõdentibus. Hoc modo populoſa Cherſon in Scythicã (quod prouerbio dicitur) ſolitudinẽ ſubitò cõmutata redactaq́; fuit. Quũ aũt accepiſſet imperator, aliquã fuiſſe rationẽ habitã ex cõmiſeratione tenerorũ infantum, maiorẽ in modũ exarſit iracundia, furoreq́; percitus eſt. Quapropter iјs grauiter ſuccenſebat, qui pepercerãt: adeoq́; pœnas in hos graues cogitatione cõcipiebat. Rurſus ergo claſſis ablegatur, unà cum immenſis copiјs, uelut in hoſticum ſolum: quibus & Philippicus cognomento Bardanes intererat, ut claſſi militibusq́; præeſſet, ac omnino gladiјs infantes quoq́; necari curaret, etiãſi recẽs in lucẽ editi forent, etiamſi lacte adhuc alerentur: ut bubus denique uias publicas omnes inuerti iuberet, & campos undique ſulcari, quò fortunata prius urbs in ſolitudinem redigeretur, eius uici conuerterentur in arua, populoſum denique opidum campus deſolationis fieret. Hoc inſtitutum animi magnorum imperatori malorum origo fuit. Rurſus enim in pericula grauiſſimósque fluctus incidit. Quippe milites tam immane decretum eius abominati, ac præſertim ubi ſuperſtites è Cherſonitis inſtar tigridis aut lupi animatos reperirent, excuſſo Iuſtiniani fræno, & ſeditione concitata, primùm eius imperata flocci faciunt, tam fœda ſe labe polluere nolentes: deinde Philippicũ imperatorem creant. Quapropter metu Iuſtinianus exterritus, qui ſolerti nimirum ingenio præditus, tardita-*

Scythica ſolitudo.

Immanis Iuſtiniani conatus.

Philippicus Bardanes imp. an. II.

tem

Ayuntamiento de Madrid

tem ſuorum in nauigando mali ominis loco duceret: ipſus cum pedeſtrib. copijs terra Sinopen uſq; progreditur, ne claßiarij milites, ablegati dudum, rebus nouis ſtuderent. Heic ubi naues onerarias, ſcaphas, triremes, ueloci curſu uentoq́; proſpero ferri conſpexit: mirificè perturbatus animo, celerrimum ad reditum ſeſe parat, conſcenſis equis citißimis, exoptans (ſi fieri potuiſſet) etiam alatus eſſe. Sed uentus ſecundus adiuuante fortuna Philippicum ad urbẽ imperatricem citius detulit, qui ea potitus, & regiam ingreſſus eſt. At imperator ille, cui præciſæ nares erant, ſerius ad urbem dalatus, ob itinerum difficultatem, quæ cõualles & præcipites paßim colles habebant: ad mõtes accliues caſtra metatur, quos uulgo Damatryanos appellare conſueuimus. E' diuerſo Philippicus duces ſuos extra urbem progredi iubet, cum hoſte manum conſerturos: qui animaduerſo, robur copiarum ſuarum, inſtar leoninæ pellis, uniuerſum belli huius corpus tegere non poße: de pelle uulpina nonnihil adſuunt, animisq́; populi, qui Iuſtinianũ ſequebatur, ſpe promiſſorum emollitis, miſerrimum hominem uiuum capiunt. Quid inde factum? Iugulum ei tamquam boui præcidunt, & omnem iræ libidinem in eo necando alter poſt alterum explent, non aliter ac eſuriẽs leo præhenſis hinnulis facere ſolet. Filium autem ipſius Tiberium, qui ad uirginis abſq; uiro matris factæ templum cõfugerat, ex æde (proh facinus) abreptum ſacra, tenerum adhuc puellum, catelli in morem ualuarum poſtibus alliſerunt: cuius capite contuſo, cerebrum ad terram profluebat, ſpectaculo ſanè ingratißimo, ac uelut aqua deſtillans, pauimentũ conſpurcabat. Iccircò præclarè ſapienterq́; dixerunt homines illi priſci: Nihil ultra modum, præclara res eſt mediocritas. Quippe quum Iuſtinianus iracundiã ſuam

Cædes Iuſtiniani.

Cædes Tiberij, Iuſtiniani F.

ſuam aduerſus Cherſonitas ſepties exſatiaſſet, ſuorum contra ſe ſubditorum odia concitauit. Nimirum id quoque recte perhibetur, Deum ipſum cupiditatibus nimijs infeſtum eſſe. Imperator porrò Philippicus impietatem & omnis generis nequitiæ ſemina ſub corde nutriens, oculos Dei cuncta ſpectantes latere non potuit. Ideoq; miſer orbibus oculorum erutis, uelut alter Oedipus in cæcitate furebat, & tam uiſus amiſsionem, quàm imperij deplorabat: ad tẽpus exiguum ſanè ſuperſtes, ex quo deiectus imperio fuerat. Poſt Philippici caſum infelicem, Senatus Artemium, cognomẽto Anaſtaſium, Romano imperio præficit. Erat enim uir grauis, rebus gerendis idoneus, diſciplinis innutritus, imperatorum ſcriba, quem à ſecretis ſiue Secretarium nuncupant. Imperio potitus, ſeuerum ſe præbuit in ulciſcenda Philippici calamitate, ſupplicio de ijs ſumto, qui oculis illum ſpoliarant. Deinde cognito, piratas Agarenos, ancipites belluas, urſos marinos, hinc inde cũ claſsibus uagari: triremibus ſcaphisq; conditis, mittit qui prælio cum Agarenis congrediantur. Poſteaquàm ij rectà contendiſſent ad Helleſpontum, uſi nauigatione proſpera, ſeditionem ibi concitant. Quippe non imprudenter à quodam dictum eſt: Inſolentia nautica igni uiolentior eſt. Primùm autem gladijs ducem claſsis confodiunt, deinde Theodoſium, exactorem tributorum in ijs locis, inuitum abripientes imperatorem creant, & ſplendidè ſignis imperij exornant: hominem mollis animi, ad res gerendas ignauũ, pauidum, puſillanimum, indignum faſcibus. Poſt hæc itinere conuerſo, ad urbem unà cum Theodoſio non ſine hymnis pergunt, quibus eum concelebrabant. Artemius autẽ imperator, accepto ſeditionis nuntio, Conſtantinopolim claſſe ac fortibus nauarchis munit, ipſe melius (uti quidẽ exiſtima-

Philippici excæcatio.

Artemius Anaſtaſius imp. an. II.

Theodoſius III, tributorũ exactor, imp. an. II.

Artemij fuga.

Ayuntamiento de Madrid

existimabat) conſilium ſequutus, urbe relicta Bithyniam petit, & ſe Nicææ mœnibus includit, quæ carnificũ manibus minimè ceſſura ſperabat. Etenim propter ſubitã fortunæ mutationem de poteſtate animi & mentis exiuerat. Ni
» Deus munitã turribus firmis ciuitatem cuſtodiat, fruſtra
» cuſtos murorum eius laborat. Igitur aliquamdiu Theodoſiani milites parum proficiebant in obſidione, turrium propugnatoribus ſe fortiter defendentibus, & hoſtem reijcientibus: at poſteaquàm ij longo continuoq; labore fatigabantur, Theodoſiani cuſtodes & præſidiarios Nicææ promiſſorum poculis inebriant, & aurum, ſubuerſorẽ ſcilicet urbium inexpugnabilem, in auxilium arceſſentes, aduerſarijs ſuperiores euadunt. Hoc modo noctu intra portas admiſſi, ferarum in morem cunctas ædes ſplendidas ſpoliant, poſſeſſoribus earum ad paupertatem redactis. Occupata Nicæa, imperium Theodoſio ſtabiliunt, qui religioſiſſimis & horrendis maximè ſacramentis Artemio nunciatis, quibus ſe policebatur eum ab omni alia iniuria ſeruaturum immunem, modò crines raderet, pœnam hanc adiecto exſilio cumulauit. Enimuerò nè Theodoſius quidem imperij gloria uoluptatéque diu frui potuit. Nam oriundus ex Iſauria Leo, belluæ cognomentum ferens, & animo pariter, nomineq; ac moribus belluinus, patriciatus dignitatẽ adeptus, & Orientis exercituũ imperator, aduerſus Theodoſiũ ſeditionẽ moliri cepit, reperto in fraudibus nectẽdis adiutore, uiro quodã illuſtri, nomine Artabaſdo, cui deinceps filiam, operæ nauatæ præmium, matrimonio iunxit, ubi ſcilicet in Romanorum imperiũ bellua iam inuaſiſſet. Theodoſius Leonis audaciam feritatemq; ueritus, uolens nolens, citra pugnam & arma, imperio cedit, proq; purpura nigram ueſtem induit: quum labra

Artemius in exſilium ablegatur.

Leonis & Artabaſdi defectio.

Ayuntamiento de Madrid

bra tantùm imperij melle madeſeciſſet. Rebus Romanis ad ſceleratiſſimum Leonem delatis, (proh qualia ſunt Dei iudicia) grauis tempeſtas eccleſiam excepit, magnis cum hominum cædibus coniuncta. Nam exſecrabilis imperator parturiebat ille quidem (ceu conſentaneum eſt) abſurda nouaq́; conſilia contra Chriſtum, & uenerabiles eius imagines: ſed fetum improbitatis in lucem proferre nullo modo poterat. Quippe timidus animus eum ab inſtituto reuocabat. Tamdem uerò captata opportunitate, ſumtaq́; audacia, fetum edidit, aluus rupta eſt, uiperæ ſoboles prodijt. Minimè uerò fuerit alienum inſtituto, ſi explicauerimus, unde, quis, & quali ſtirpe procreatus abominabilis hic Leo fuerit. Habebat generis originem ex Iſauria, parentibus fortunæ tenuis, & manuum ſuarum labore uictitantibus, natus. Exacta prima ætate, mercaturæ operam dabat, & pretio coemta rurſum lucri cauſſa uendebat. Fortè accidit aliquando, ut cum alijs negotiatoribus iter faciens, & aſinum præ ſe mercibus onuſtum agens, in mercatores Iudæos incideret: quibuſcum iter ſuum perſequutus, & ex fatigatione tamdem conſopitus, ſeſe quieti dedit. Hebræi re inter ſe communicata, & diligenter conſiderata, imperium Leoni uaticinabantur: uel quadam ex diſciplina, uel arte improba, uel certis indicijs id, quod futurum eſſet, coniectantes. Simul ab eo pro hac prædictione remunerationem contingere ſibi petebant, qualem ſcilicet poſtulaturi eſſent, ubi iam ad imperiũ ipſe perueniſſet. His auditis uir ferociſſimus ſuæ cũ animæ felicitatiſque Romanorum detrimento annuit. Hinc audaciam ſuam paullatim probans, ubi regionum præfectis innotuiſſet: patricius, copiarum ductor, & (non tu heic mecum gemitus coniungis tuos, ô iuſticia?) demũ

Leo III, Iſaurus, imp.

De ſublatis à Leone ſimulacris.

Iudæorum uaticinium.

impe-

Ayuntamiento de Madrid

imperator creatur. Hebræi Leonis renuntiatione cognita, mox ad imperatorem aduolant, & ut promiſſo ſatisfaciat, orant. Non tamen illi uel aurum, uel argentum, uel gemmas petebant: ſed ſanctarum imaginum, picturarum, ſtatuarum ueneratione dignarum abolitionem, hoc eſt, ipſam religioſi cultus euerſionẽ, cuius turres atq; munitiones hoc facto de fundamẽto ſubrui oportebat. Imperator prauus prauis, uiperæ ſoboles aſpidis fœtibus, adſentitur: & arceſſito ſacrorũ antiſtite, qui tum temporis erat Germanus, de peruerſo dogmate cum eo communicat. Quum ille non tantùm non adſentiretur ipſius impietati, ſed etiã imperatoris audaciã ac furorem repræhẽderet: heu paſtorem lupus, heu furens cerberus mitem gregis ducem eccleſia pellit & exturbat. Deinde adiunctis ſibi corruptoribus ouium lupis, gregem (eheu) dilaniat, uirginis matris & Chriſti teſtium ſimulacra tollit, decus ſuum templis adimit, ornamenta delubris aufert, caliginem eis offundit, diẽ triſtem ac nigerrimum inducit. Et quantum quidem ueneni ac furioſæ ſaliuæ aduerſus Chriſtum eiusq; teſtes eructauerit, unde letalis enata eſt herba: quantis uexationibus, uelut alter quidam Baltaſarus, adflixerit eos, qui expertem coniugij uitam in ſolitudine degebant: libri commentarijq; ueterum ſatis declarant. Ego de omnibus unica re tantùm ſelecta, Perſam ex candye ac torque, crocitantem coruum ex nigredine commonſtrabo. Non procul à diuinæ Sapientiæ fano ſplendida domus à priſcis imperatoribus erat exſtructa, quam nuncupare licuiſſet amœnum hortum, arboribus libros ferentibus plenum, adeoq; lucum pulcerrimis omnigenæ doctrinæ ſapientiæq; plantis conſitum. Nam erat in ea congeſtus librorum theſaurus, quorum numerus tricena & tria millia complectebatur.

Germanus patriarcha.

Leo ſimulacrorũ & monachorum hoſtis.

Bibliothecæ locus.

33000 librorum.

Ayuntamiento de Madrid

batur. Talis hortus, tantuſq; lucus diuini cuiuſdam hominis curæ fideiq; commendatus erat, qui doctrina præſtabat, & ſupra ceteros omnes radijs ſcientiæ collucebat: non ineptè dixeris, alium quemdam Adamum fuiſſe, diuinum curatorem arborum, de pulcris Edenis arborib. delicias capientem, eiuſq; plantarum non marceſcentiũ agricolam. Viuebant cum hoc & alij, tamquam ſecundarũ partium duces ab illo imperatore primi: luculenta reapſe ſidera, noctiſq; colluſtratores. Hi tot numero, quot circuli Zodiaci ſigna ſunt, abſque mercede litterarum & doctrinæ cupidos inſtruebant, & caliginis uelum tam in putri præſtigijſq; referta Græcorum, quàm religioſiſſima noſtra diſciplina ſuis auditoribus adimebant: uno illo, de quo diximus, inter omnes ſolis inſtar lucente. Tanta uerò in opinione uirtutis erant, ut ne ipſi quidem imperatores noui quiddam & inuſitati uel moliendum, uel agendum ſibi putarent, illis in conſilium non adhibitis. Tales ergo uiros, auctoritate ſingulari, & innocentia uitæ conſpicuos, uariorumq; donorum ubere copia præſtabiles, imperator intra ſua retia compræhendere, ſuiq; furoris impij participes efficere multum ſitiebat. Quum autem cunctis molitionibus adhibitis elideretur, (nec enim uel metu, uel minis eos in ſententiam ſuam pertrahere poterat: quumq; auro etiã uteretur, ceteroquin inexpugnabili ſocio, tamẽ aquilam ſe perſequi, uel ſidera iactu cõtingere uelle depræhendebat) tamdẽ re deſperata, (quinam hæc obſecro exponã?) conſiliũ ſæuum, abſurdũ, impium capit, quod ne quidẽ immanis Scytha uel Maſſagethes cepiſſet. Materiẽ ſiccã & cõcremabilẽ ex aridis faſcib. coaceruat, eaq; ſuccenſa cũctos exurit, homines inquã illos (eheu) religioſos cũ ipſis libris. Proh infeſtũ uirtuti animũ, proh mentẽ bellui-

XII litterarum profeſſores monachi.

Bibliotheca cũ XII crematur monachis.



Ayuntamiento de Madrid

nã. Nimirũ ex unguib. ſæuus ille Leo iam agnitus eſt. Pulcerrima quæq; de diſciplinis omnibus iſtic adſeruabantur, & inter alia uolumẽ exſtabat admirabile, confectũ de draconis inteſtino, cui erant inſcripti libri Homerici, tam Ilias tota, quàm Vlyſſea. Poſteaquàm ſollers in deſignandis malis bellua, carniuorusq; Leo, ſatis longo tẽpore percepto imperij fructu, (nam diu mala ſuperſunt, ac uix tãdem pereunt) iam ſub terram condendus eſſet: ſpes nõ mediocres eius ætatis homines concipiebant, futurũ ut imperij ſucceſſor æquum ſe ſubditis præberet, animi moderatioris eſſet, à cædibus abſtineret. Verùm natura in morem Euripi (ceu uidetur) intra ſuos alueos reuerti perlubenter ſolet. Etenim Leone ſub terra conſopito, Pardalis proſilijt multo iracundior: & radice mali ſucci ſub terra condita, longè acerbiorem fructum ferens ramus enatus eſt: nimirum Conſtantinus ille, cui fœdum & abominabile cognomen à ſtercore datum fuit, quem non inconuenienter prognatam ex aſpide uiperam, ex elleboro cicutam, ex ſcorpio draconem, ex Nabuchodonoſore Baltaſarum quis appellauerit. Hic ergo deteſtabilis & ſanguinarius lupus imperio potitus eſt, hic inquam (ô Sol cunctorum inſpector, ô imperatores, ô leges) præſtigiator, ueneficus, animalium mactationibus, & exſecrabilibus illis ſacris extiſpicinæ deditus, in cœno planè degens, porcus ſtercore ueſcẽs. Quid'nã illud uentris ac gulæ mancipium nõ excogitabat ad diuexãdos homines? quid ab alijs inuẽtum augere non conabatur? Nympham illam exornatã auro & delicatam, quam ſibi Chriſtus, ſponſus ille purus & caſtus deſpondit, ab ipſis (heu) thalamis abreptam uiduauit, rugis deturpauit, ueſtibus nigris operuit. Conſimiliter uitẽ pulcerrimis uuis refertam ceu proſiliens aper alicun-

In exuuio draconis Homerus deſcriptus.

Conſtantinus V, Copronymus, imp. annis XXXIV.



Ayuntamiento de Madrid

dè quapiam è ſilua radicitus effodit, eiuſq; uenuſtatẽ depredatus eſt. Sacras è tẽplis imagines excidit, earũq; loco pingi ſculpiq; curauit præclaras ſcilicet uenationes & equeſtres ludos. Nec contentus hiſce facinoribus uir exſecrabilis, etiam canis in morem peruestigans ſolitariæ uitæ deditos, tamquam agnos minimè repugnantes iugulabat. Monaſteria ueluti cõuenticula latronum euertebat, carceres ob incluſorũ monachorũ multitudinem prorſus arcti erant, ubiq; niger ueſtitus ceu piaculum quoddã expellebatur. Quæ quũ Artabaſdus ille, quẽ iam antè diximus uxorem duxiſſe Leonis filiam, adſpiceret: tyrañidẽ immaniter barbaram peroſus, bellum Conſtantino facit, quo fuga ſibi conſulente, Romanorum imperator renunciatur. Tum uerò pietatis radij de integro fulgere, uenerabilia ſimulacra ſuum in locum reponi, uirginis matris & Chriſti teſtium imagines ſplendorem priſtinum recuperare. Sed enim rurſus Belial electum Iſraelem inſtar frumenti expetiuit cribrare. Nondum enim (ceu credere par eſt) ſatis adflictionum & pœnarum habebat. Quapropter expeditionem nouam inſtituit ad premendos homines religioſos, perinde ac Syrus ille ſatrapa Chuſarſathemus olim Iſraelicos uexabat. Quid autem acciderit, narratione ſequenti declarabitur. Aequo ferre animo amiſsionem imperij nequaquã ille draco poterat. Quamobrẽ dolẽter ſortem ſuam copiarum ducib. exponit, adulatoriè cũ eis agit, ſpe promiſſorũ inflãmat, prouinciarũ præſides ſuas ad partes traducit: exercitu maximo coacto, pugnã cũ aduerſarijs conſerit, uictoria potitur, Artabaſdũ uiuum capit, iram in eum ſuam uniuerſam euomit, & oculis infelicem ſpoliat. Rurſus igitur infeſtus ille Deo purpuram geſtat, & ipſo iam Nabuchodonoſore fit truculentior.

Artabaſdus imp. idola reſtituit.

Artabaſdus cæcatur. Copronymus iterum imp.



Ayuntamiento de Madrid

» Quænam hæc uiciſsitudo eſt, ô inſtabilis uitæ rota? Roſa
» uix florem nacta celeriter marceſsit: at ſpinoſa rhamnus
» longum ad temporis interuallum uiget. Titus imperij cam
» pum inſpexit modò, & æquo citius abreptus, particeps
» autumni fructuumq; fieri non potuit: at impuriſsimus i-
» ſte, humani generis excrementum, longæuam nactus eſt
» uitam, (ô fortunam inæqualem) imperijq; fructũ ad ſa-
» tietatem uſque decerpſit. Interfecit etiam ſceleſtiſsimus homo ſanctum illum uirum Stephanum, monachorum decus: quòd ſacrarum imaginum propugnator conſtans eſſet, ac ſæuam belluam feliciter configeret, eiusq; uiſcera ſagittis argumentorum uulneraret. Denique telum fulminis oſſa uictricis illius teſtis Euphemiæ boum oſsibus canúmque permiſta concremauit. Quum tamdem inquinatam cædibus animam exſpiraſſet, Leo filius eius impurus ſceptra conſequitur: ſed tamen & ipſe terras citò relinquit, Irene coniuge, Conſtantinóque filio, quem ex ea ſuſceperat, ſucceſſoribus in imperio longè optimis deſignatis. Nam hi religioſorum & gubernatorũ diuinitùs hominum cœtu coacto, ſpinas oppugnationis imaginum, quæ pias mentes iamdudum punxerant, radicitus euulſerunt, & in aruis animorum luxuriantibus rectæ ueritatis doctrinæ ſemina conſeuerunt. Adminiſtrabant autem coniunctis operis imperium tam mater, quàm filius, ſatis longo tempore: quum quidem mater (uti Dauides loquitur) ex filio uoluptatem caperet. Sed ubi filius imperator adoleuiſſet, iamq; lanugo malas eius ueſtire cepiſſet, amiſſo prima in pueritia patre: ſceleratis quibuſdam adſentatoribus in eius amicitiam ſe inſinuantibus, & adulãdo cor adoleſcentis exedentibus, quemadmodum tineæ dulcis arbores ſucci corrodere ſolent, non ſolùm matrem imperatricem

Leo IIII imp. an. V.

Irenes & Cõſtantini VI imperium, an. XVII.

Matris & filij diſcidia.

Ayuntamiento de Madrid

tricem iactabūdus præ ſe cōtemnebat: uerumetiam rerum ſe gubernationi iam idoneum ſatis arbitratus, è regia matrem Irenen (hoc eſt, pacem) unà cū pace mundi totius eijciebat. Deinde ad neſanda quædā ſacinora exorbitat, coniugi modeſtiſſimæ pudiciſſimæq; capillos radit, & à priori matrimonio ſecundas ad nuptias tranſit. Nimirum gutta continuò ſtillans durum etiā ſaxū excauat: & arborū folia erucæ abſumūt: et adſentatores ad extremū homines puſillis præditos animis exedūt. Viciſſim tamē ex hoc amore ſui nimio reſipiſcit, extremis ſe malis incluſum teneri depræhēdit, matrē imperatricē exorat, ut ad gubernationē ſe rurſus accingat. Irene filij uerbis flectitur, ad eum reuertitur, oneris in gubernatione partē in ſe trāsfert: q etiā à natura ſic cōparata foret, ut imperiū adfectaret, ac mirificè dominari cuperet. Verùm is, qui ſuſurros in aures Euæ ingeſſit, mali uenenū in eius animū euomuit, ut ligni pulcerrimi fructū guſtaret perſuaſit, mortē pro æterna uita ſubſtituit, uoluptatem cū amarore mero commutauit, cum bile dulcedinem, cum dolore delectationem, quiq; deinceps Euam illam miſerrimam in mare tentationum calamitatumq; demerſit: is igitur etiam hoc tempore non tā cōſiliarius, quàm inſidiator Irenæ factus, ubi cor eius demulſiſſet amore dominatus, quo ſola frueretur, deniq; perſuadet, ut aduerſus imperatorē adoleſcentē crudele conſiliū, & heu lōgè immaniſſimū iniret, quod ne quidē tigropardalis, nec rugiens leo, nec iracundus urſus, nec crudauorans draco caperet. Quum enim filium quodam modo uitam indecoram agere, proq; animi ſui arbitratu cuncta gerere uideret, ipſa parum admodum efficere ualente: reperta ſcilicet opportuna (ceu dici ſolet) occaſione, quæ ſpeciem aliquam æquitatis & rationis haberet, quaſi præter

In adulatores. « «

Irene mulier ambitioſa.

Irenæ crudelitas in filiū.

ius atq; fas imperator ſuis patruis oculos eruiſſet: cum ſuis immane conſilium communicat, & quidẽ omnes obtemperandi cupidos reperit, aduerſantem neminẽ. Quid enim cubiculorum cuſtodes eunuchi, fœdis animis præditi, cunctorum malorum perpetratores, non facerẽt? Igitur inſidias filio cariſsimo per ſpeciem, quaſi malè ſe gereret, ſtruit: quem conatum huiuſmodi quædã conſequuta ſunt. Fortè ſomnum capiebat imperator, peracerbum ipſi profectò, poſt quem non iam ſolis pulcritudinem amplius uiſurus eſſet.

Conſtantinus à matre cæcatur.

Tum illi coruorum in morem, oculos eruentiũ, imperatoris in conclaue irrumpunt, & lumen oculorum eius (proh fœdum facinus) extinguunt. Mox pupillæ oculorum delabi, ſtillæ ſanguineæ peplos inquinare, cruor in morem grandinis conglobari, imperator ipſe calamitoſiſsimus ad terram proiectus animo deficere, ſpectaculum (eheu) miſerabile, quod ipſis lapidibus dolorem excuteret. Et quidem eo ipſo in loco uiſum oculis effoſsis amiſit,

Ab ea domo porphyrogeniti dicuntur.

quo in loco primum omnium radios ſolis adſpexerat. Solent autem domum illam nuncupare Porphyram, hoc eſt, purpuram. Quis umquam tantum furorem fando audiuit, quem mater in filium euomuiſſet? Hei dominandi libidinem. Non ſic pardalis ſuos aduerſus catulos furit, non ita ſæuit in ſobolem tigris, non aper, non canis furioſus. Solam Medeam ſuis liberis inſidiatam perhibent, & quidem ex immanitate Scythica.

Thynnus ſobolem propriam deuorat.

Solum thynnum audio, piſcem marinum, ſi eſuriat, ſobolem propriã deglutire: nec ullum aliud animal eſſe, uel aquatile, uel terreſtre, quod eiuſmodi quiddam perpetret. Quippe parturigines ipſæ ad efficiendã in marib. reuerentiam erga ſobolem, efficacitatem ſingularẽ habent.

Prodigia ſequuta calamitatẽ imp.

Tũc & ſolis ſplendor extinctus eſt, & luna defecit, & cõpluribus dieb. ingens caligo fuit.

Nimi-

Ayuntamiento de Madrid

Nimirum ipſa elementa Conſtantini calamitatẽ deplorabant. Heu facinus inanimis etiã rebus miſerabile. Tã atroci flagitio deſignato, ſola deinceps Irene regnat, quod unũ ſanè quæſiuerat, ſola ſibi uſurpat imperiũ. Id tẽporis etiã illuſtriſsimæ Romæ ueteri quiddã accidit, dignũ quod litterarũ monumentis memoriæ prodatur. Erat in ea ſacrorum antiſtes Leo, reliquorũ ſacerdotum primus, quẽ Romana lingua Papã uocant. Huic quũ acerbè Romani quidam, propinqui Adriani eius, qui nõ ita pridẽ Papa fuerat, inuiderẽt: ſeditione concitata nõ throno tantùm hominẽ deijciunt, ſed etiam ab urbe pulſum cogunt ſolũ uertere. Tum ille re tota mox Conſtantinopoli nuntiata, opem ſibi ferri poſtulat. Vbi fruſtra ſe omnia moliri & agere animaduertit, & in aqua (ceu prouerbio dicitur) litteras exarare: re ab omni parte deſperata, ad Carulum confugit. Erat is Francorum nationis princeps, quem lingua ſua Franci Regem nuncupare conſueuerunt. Huius manũ potẽtiſsimam implorat, ut auxilium ſibi ferret aduerſus eos, qui læſerant. Carulus Leonem benignè accipit, (ut qui ab auis & atauis uſque Chriſtianus eſſet, Chriſti'que leges coleret) ſacerdotem ſupplicem reueretur, auxiliarem ei manum porrigit, ſolio pariter & urbi reſtituit. Tum uerò uicem Carulo referens Leo, Romæ ueteris eum imperatorem renuntiat, neq; tantùm corona caput eius more Romano cingit: uerumetiam legibus Iudæorum uſus, à capite ad pedes oleo totũ perungit. Quod ſanè poſterius quibus ex cauſsis ac rationibus factum fuerit, equidem ſcire nequeo. Sic priſtinum illud harum urbium uinculum ruptum fuit, ſic matrem à filia gladius diuiſit ac reſecuit: Romam dico recentiorem, formoſam illam iuuenculam, ab altera rugoſa planéque uetuſta.

Quo pacto Roma fuerit à Conſtantinopoli auulſa.

Papa deſertus à Græcis, ad Francos ſe conuertit.

Carulus Romæ imp. coronatur & inungitur.



Ayuntamiento de Madrid

Irenæ profuſio.

Ceterùm imperatrix Irene, quum magno ſtudio furorē illum barbariſsimum, & ingens piaculum, quod in filium commiſerat, eluere delereq́; cuperet: totos pecuniarum theſauros in urbis uſum exhauriebat, & uexantem obæratos tempeſtatem in ſerenitatem commutabat, munificentia ſua quoddam uelut aureum uer effundens. Verùm oculus ille, qui occulta perſpicit, omnia intelligit, corda iudicat, ad Irenam ſe conuertit, eam adſpexit, feruore quodam accenſus eſt, grauiter moleſteq́; facinus eius tulit: quumq́; perexiguum ad tempus imperij uoluptatem illa deguſtaſſet, amarum flagitio pollutæ craterem, ſuæ uidelicet iræ fæces miſcuit.

Irena deijcitur imperio.

Quippe concitata ſeditione per quemdam ordinis ſenatorij uirum illuſtrem & clarum, cui nomen Nicephorus, imperio deiecta eſt, pro uoluptate moleſtias cor exedentes conſequuta, moleſtias inquam non tam appellandas moleſtias, quàm calamitatum filij ſtimulos. Quare deinceps mare adflictionum hauriebat, tamquam paupercula mulier, & nendo uictum quærens.
» Eiuſmodi efficere uitæ morta-
» lis inconſtantia conſueuit, & hoc modo Deus iniuria-
» rum auctoribus mercedem tribuit. Igitur imperij rota, quum ab alijs ad alios uolutata conuerſaq́; foret inæqualibus ſanè curſibus, nunc tamdem Nicephorum in ſublime ſuſtulit,

Nicephorus generalis logothetes, imp. an. IX.

hominem ſanguinarium, moribus peruerſis, improbum, auri mancipium, ſordidum, Midæ Phrygum quondam regi per omnia ſimilem. Magiſtratus urbiū uænales habebat, neq; dignitates ex uirtutis, ſed opum reſpectu cōferebat.

Auaricia Nicephori.

Aurū habebat in labris, bouē in lingua gerebat, de auro loquebatur in mēſa, per quietē aurū ſomniabat. Et erat erga ceteros quidē ſeuero triſtiq́; uultu, uerū ſi quis auri pondus ſinu ferret, eū blādè intuebatur, nec ullū

tri-

Ayuntamiento de Madrid

triſticiæ ueſtigium in uultu reſtare patiebatur. Hinc fiebat, ut quiduis auri cõquirendi cauſſa moliretur, eoq; nomine fraudes aſtutiſsimas uniuerſis clanculũ ſtrueret. Byzantijs onus grauiſsimum impoſuit, ueterum murorũ reficiendorum cauſſa, quod tributorum exactores Diceratũ uocãt. Quũq; clauibus occluderet omnia, nec foras quidquam prodire ſineret uel argenti, uel auri, uel textarũ ueſtium, & plurima quidem (uelut eſt in Aeſopicis fabulis) ueſtigia pecuniarum intrò euntium apparerent, exeuntiũ uerò & expenſarum nulla: milites etiam debitis ſtipẽdijs ſpoliabat, quo facto murmur infauſtum, noxia ſeditio, uoces inſolentes, linguæ maledicæ paſsim excitabantur. Adeoq; concurſu facto cum clamore inarticulato, Bardanium milites, qui copiarum id temporis dux erat, ut imperium ab ſe oblatum acciperet, non tantùm precibus, ſed etiam ui adhibita cogebant. At ille non agnoſcens initium hoc aduerſiſsimæ fortunæ, & tamen uoluntatem eius inſtabilem reueritus, diuinum quemdam ad hominem ſeſe confert, arcanum ſui cordis aperit, indicat omnia, ſeditionem, tumultum militarem, uim populi, quam ſibi adhibeat. Audit hæc canus ille tam capillis, quàm animo, cygnus ſpiritualis, diuina carmina concinens: ne militibus obtemperet edicit, à rebus ut nouis abſtineat hortatur, ne fortè iacturam oculorum faciat. His dictis, Bardanium ſenex perturbatum animo uidet, ſimulq; conſpicit eos, qui equũ eius fræno ducebãt. Quapropter reuocato Duce: Tu quidem, ait, illuſtriſsime potentiſsimeq; dux, imperium non conſequêris, etiamſi labores infinitos ſuſcipias. At ſubditi quidam tui eo potientur. Vides heic tres illos tuos ſatellites, Leonem, Thomam, & Michaëlum. Ex his primus Leo principatum adipiſcetur, deinde Michaëlus ad imperium

Diceratũ Byzãtijs impoſitum.

Bardanio imperiũ offertur.

Senis de Bardanio & alijs uaticinium.



Ayuntamiento de Madrid

perueniet, tertius Thomas toto quidem is pectore diſcruciabitur, & imperatorium nomen ad ſe pertrahet: uerùm obtinere tamdem id, quod adfectabit, nullo modo poterit, ſed in hoc conatu oculos amittet. Atque hæc deinceps ita ſuis temporibus euenêre, quemadmodũ uir ille ſacro adflatus ſpiritu prædixerat. Ceterùm ſordidiſſimus imperator Nicephorus graui prœlio contra Bulgaros Iſtro uicinos inito, cæſus eſt: filioq; * Stauricio poſſeſſionẽ imperij reliquit. Verùm & Stauricius in eo prœlio uulneratus haſta, nimia ui ſanguinis profuſa, celeriter extinctus eſt. Quapropter imperium Michaeli Rangabæ delatũ fuit, quo cum Procopia Nicephori filia nupta erat. Diem id temporis liberum urbs Conſtantinopolitana uidit, & immunem à cædibus, iugulationibus, direptionibus uiolẽtis, expertem malorum & turbarũ: uidit & ſolem urbs Conſtantinopolitana beneficum, & bonorum ſcintillas, & radios munerum. Nam Michaelus omnigenis uirtutibus collucebat, uir libertatis amans, placidus, mitis, non cædibus & ſanguinis profuſione gaudens, ſed lucus quaſi quidam diuinitus conſitus, gratiarum campus, paradiſus riuis cælitus manantibus irriguus. Enimuerò hæc etiam roſa planè ante tempus emarcuit, inq; morem graminis à rore nutriti contabuit atq; perijt: quum ad annos quatuor, & nouem menſes floruiſſet. Eius in locum acherdus enata eſt, frequentibus horrens ſpinis, & rhamnus aſperrimè corda pungens atq; uulnerans. Nã infauſti nominis Leo proſilijt ad imperium, fera carniuora, Chriſti ouibus immitis. Ac Michaelus quidem imperator audita tyranni ferocia, impetu, defectione: ſuamet ſponte throno imperiali ceſſit, hoc ipſo facto diuinis Chriſti iuſſis ſatisfaciens, & erga perſequutorem non aliter ſeſe gerens, atq; caſtor ſi-

*al. Stauracio.

Stauracius Imp. ad menſes II.

Michaelus I, Rangabes, imp. an. IIII, menſ. IX.

Laudes imper.



Ayuntamiento de Madrid

ue fiber facere conſueuit. Legimus enim in priſcis illis monumentis eorum, qui de animalibus ſcripſere, fibrum animal eſſe, quod in utroq; uiuat elemento, & teſtes habeat arcendis quibuſdam morbis ſanè grauibus conducibiles. Quod quũ pleriq; uenatores norint, animal canibus longè uelociſsimis inſectantur. Huius pugnæ cauſſam quum ipſe fiber etiam cognitam habeat, perhibent eum morſu reſectos teſtes abijcere, atq; ita currentem ſaluti ſuæ conſulere: quo facto, uenatores feram perſequi deſinant. Sic nimirum Michaelus quoq; uolens imperium reſignauit Leoni, belluinis moribus & indole ferina prædito, qui oriundus erat ex Armenia. Tum uerò rurſum enaſci prioris ſpinæ radix acerba, rurſum germina proferre, magis pungentia, quàm priora, aureæq; ſegeti ſuffocationẽ minitari: rurſum moueri draconis illa cauda, ſimulacrorum inquam oppugnationis abominatio, quæ iam inſtar magni, horribilis, biantisq; draconis ſerpebat, & cum ſibilo ſtridebat, deuoratura rurſus eccleſiam, uelut implumes exiguis alis præditi paſſeris pullos. Chriſti & diuorum imagines in fauillas redigebantur, calce uiua perungebantur, igne concremabantur. Speluncæ perquirebãtur, itẽq; ſacrarum ædium hoſpitia, loca exercitationibus animorum dicata, qui quoquo modo uitam angelicam redolebant. Adoratores uenerandarum imaginum expellebantur. Lugebat hoc tempore Sion, Chriſti filia, lacrymasq; profundens, ſaccum lugubrem geſtabat. Lugebat hoc tempore ſiderum cæleſtium cœtus, & tenebricoſis palpebris terram adſpiciebat. Vt autem imperator Leo præter cetera genus etiam Michaeli extingueret, Nicetæ Michaeli filio membra deſtinata procreationi exſecuit: ne liberos gigneret, qui paternam & auitam iniuriam ulciſcerẽtur.

Qui fibrum Michaelus ſit imitatus.

Leo IIII, Armenius, imp.

Nicetas Michaeli F. caſtratur.

Hic

Ayuntamiento de Madrid

*Hic Michaeli filius, quem caſtratum fuiſſe diximus, deinceps nouæ Romæ Pontifex factus eſt, cũ uitæ genere mutato etiam nomine priſco, & Ignatij adſumto. Secundum hæc crudelis ille rugiensq́; Leo, ſacras ſecum ipſe prædictiones expendens illius ſenis admirandi, & cygno conſimilis, ſimulq́; formidans Michaelum oriundum ex Amorio, ne ad ipſum fortè imperij rota deuolueretur: hominẽ uinctum in carcerem labyrintho non abſimilem conclu dit, ſecum præterea diſpiciens, quo pacto illum de medio*
» *tolleret. Verumenimuerò imbecillis eſt omnis homo, ſi cũ*
» *Dei manibus confratur: immò perexiguũ robur eſt mor*
» *talium, quum Deus plurimum poßit, & lacertos robu*
» *ſtißimos habeat. Quis eſt enim, ipſius oppugnare poten*
» *tiam qui poßit? Interim Michaelus uaticinijs diſerti ſenis, maximiq́; uatum fretus, exponit, patefacit, aperit arcanum ei, qui ædium regiæ cuſtos erat, lingua Romanorum Pappias dictus. Simul unà cum ipſo, & per ipſum, rem totam componit, & inſidias imperatori ſtruit. Noctu ergo cum pſalmorum cantoribus armati quidam introducuntur, qui belluam immanißimam hymnorum matutinorum ſacrum peragentem aggreßi gladijs confodiunt, & ut agnum mactant, quum annos in imperio* VII, *&* V *menſes exegiſſet. Poſt hæc Michaelus ex captiuo creatur imperator, libertatem unà cum regno conſequutus. Qualia deinceps acciderint, uideamus. Oderat etiam Michaelus imagines ſacras, ſed earum adoratoribus acerbè non ſuccenſebat, nec flagris eorum corpora uiolabat. Thomas autem ille, cuius antea mentionem fecimus, uir induſtrius & audacia flagrãs, copijs undiquaq́; collectis, maximo cum impetu Michaelum inuaſit, inſtar apri de ſilua luſtriſq́; ſuis proruentis, uel leonini catuli, quumq́;*

Michaelus II, Balbus, imp. annos VIII.

Thomas imperium adfectat.

*urbes*

Ayuntamiento de Madrid

urbes uniuerſas Thraciæ totius tam nauticis copijs, quàm pedeſtrib. cinxiſſet, omnibus modis diuexaſſet, in ſeruitutē redegiſſet, diruiſſet, laceraſſet: ad ipſam uſq; Cōſtantinopolim, urbem fortunatā, excurrit. Enimuerò ſi Deus ille præpotens mortalibus aduerſetur, omne conſiliū omniſq; conatus reapſe nihil eſt aliud, quàm aranearum tela. Quapropter quum Thomas à numine diuino non propugnaretur, inſidiarum ſuarum turres in arenis exſtruebat, inq; re perimbecilli fundamenta ſua collocabat, & icciroo totum ædificium radicitus corruit. Nam ubi cædibus manus illas pugnarum auidas inquinaſſet, & haſtas ſanguine tinxiſſet: tamdem uiuus in hoſtium poteſtatem uenit, oculis ſpoliatus, & gladijs immiſericorditer obtruncatus eſt. Michaelus autem exceſſurus è uita, Theophilo filio ſuo imperium tradidit: qui ceterà per omnem uitam infelix, unum bonum nactus eſt, Theodoram coniugem, feminam planè diuinam, uenerabilem inter mulieres alias, unioni & carbunculo ſimilem. Huic ille matrimonio iunctus, non ſolùm liberûm pater ex fecunda coniuge factus eſt: uerumetiam felicitate principem illum hominem Adamum ſuperauit. Nam Adamum orta de coſta, materq; princeps hominum Eua uoluptate, quā ex arboribus Edenis percipiebat, priuauit: hæc maritum uitæq; ſocium ad dexteram partem eorum traduxit, qui ſalutem cōſequuntur. Et quidem heic tantùm ſuauis illa cithara Dauidis, ipſa quoq; ſaxa demulcens, quiddam abſonum cecinit, quum ait, Deum unius & eiuſdem indolis atq; morum homines in unum domiciliū collocare. Nam heic ſtercus & unguentum fragrans, roſa rubēs & acherdus ſpinoſa, tinctura bilis & purpuræ coïuerunt. Theodora lucus erat cunctis uirtutibus ornatus, cōſitus gratijs hortus, arbor omnis elegantiæ modeſtiæq;: Theo-

Theophilus Michaeli F. imp. an. XII.

Theodora Auguſta.

Diſsimile par coniugum.

Ayuntamiento de Madrid

*Theophilus è diuerſo ager erat meræ impietatis tribulis refertus, rubus aſper, lædens uiſcera rhamnus. Nam ſacris litteris, & Chriſti martyrumq; ſimulacris infeſtus, eos omnes intolerabilib. & grauiſsimis tormẽtis excruciabat, qui cultum eis religioſè deferrent. Præterea ſanctis uiris, Theodoro ac Metrophane, qui tam uita quàm doctrina ſupra ſiderum pulchritudinem & ſolis iubar lucebant, triſtiſsimis cruciatibus adflictis, & flagris excoriatis, etiam uultus ad ipſa uſq; ſupercilia notis deformauit, & uerſus iambicos impreſsit: quas illi notas fronti inuſtas non aliter geſtabant, atq; coronam unionibus & gemmis exornatam. Tam impiè Theophilus erga imagines, & ſacrorum uultuum picturas, in ſtatuis expreſſas, adfectus: ceterà generoſus erat, præclari iudicij, iuris & æqui, ſanctarumq; legum obſeruantiſsimus. Magnificentiam uiri licet ex hoc iudicio colligas, quòd artem excogitauit condendi organa muſica, de quibus machina quadam ſpiritus emiſſus, iucundos ac ſuauiter reſonantes cantus efficit. Adde his arbores illas aureas, lateq; ſplendentes, in quibus auiculæ muſicæ ex auro factæ conſidebant, tamquam in pinus aut proceræ piceæ ramis, itidem machinæ cuiuſdam opera melleum carmen modulantes. Nimirum ita mortalium uaria excogitantum artificioſæ manus, parum abeſt, quin ipſa cum natura, res uiuas producente, in certamen deſcendant. Quòd ſi quis accuratius cognoſcere cupit Theophili magnificentiã, & in rebus ornandis ſtudium, is mihi uelim muros illos mari uicinos intueatur. Accidit enim ipſo imperante, ut hiems ſæua mare cogeret in glaciem ad profunditatẽ ſanè immenſam, humidũq; illud elementũ lapidis ad duriciem, fluxione prorſus ademta, redigeret: frigore nimirum ex acribus uentorum flatibus orto*

Theophilus idolorũ hoſtis.

Theophili uirtutes inſignes, & ingeniũ magnũ.

Hiemis ſæuitia.

mare

Ayuntamiento de Madrid

mare totum ceu teſtaceum efficiente. Non multo pòſt, radiorum ſolarium calores ad ſaxi formam indurati maris continuitatem ſoluebant, unde fiebat, ut glaciei fragmina reliquo à corpore auellerentur, quæ lapides etiã plauſtrales magnitudine ſuperabant. Non ineptè dixerit aliquis, uertices quaſi quoſdam collium, profundis cõuallibus imminentũ, de ſublimi auulſos, ingenti cũ ſtrepitu uolutatos fuiſſe: uel lapides propugnaculorũ & murorum ſubuerſores ita uolaſſe, ut motu ſuo ſtrepitum in aëre tenero excitarẽt. Hæc ergo fragmina, è medio mari delata, muros litori uicinos feriebant, & ualidas etiam turres ſuccutiebant. Imperator mœnium turriumq; rimis, quà læſæ ruptæq; fuerant, conſpectis: animo commotus eſt propter id, quod accidiſſet. Simul declarare uolens magnificentiã ſuam, aurum ea copia profudit, quaſi ſilices inutiles expenderet: atq; hoc modo ſtabilitis ijs, quæ uetuſtate labaſcerent, & excitatis, quæ collapſa fuerant: ſuum muris nomen inſcripſit. Et hæc ſanè prædicatione digna fuerunt. Iuſticiam uerò Theophili, & animum in iudicijs nullam rationem perſonarum habentem, non poſſum non ſummopere admirari. Ac libet heic ipſius hac in parte indolis indicium quoddam adijcere, quod ſit inſtar hauſti de mari cyathi, uel guſtus è dolio, uel exiguæ ſcintillæ ignis magni. Accedebat aliquando Theophilum paupercula, Petronam, magnæ dignitatis uirum, accuſans. Erat enim is * Biglæ (ceu Romani loquuntur) Drungarius, & eodem cum Theophilo genere natus. Dolenter illa quiritare, lacrymas fundere, opem imperatoris implorare, giganteas ut manus Petronæ coërceret, qui per ſummam iniuriam in ſe debaccharetur, ſuæque domunculæ, ſatis per ſe tenuis, luminibus officeret; ne tandem nimia

Theophilus muros reficit.

Iuſticiæ ſtudiũ in Theophilo.

Exemplum præclarum.

* Vigiliæ.

cogente

cogente caligine, domum ſolam deſertamq́;, uentis (quod aiunt) perflandam inuita relinqueret. His auditis, imperator de re inquirit, accuſati nequitiam cognoſcit, ac ædes quidem illas, quæ lumina domui mulieris obſtruebant, ad ipſa uſq; fundamenta demolitur: Petronã uerò publicam in uiam deductum, flagris cædi iuſſit. Hoc tibi argumentũ animi huius imperatoris, exiguum quidem illud, eſto: de quo tamen æſtimare cetera non difficulter poſſis. Nam & Bocchoris, (uti perhibẽt hiſtoriarũ ſcriptores) Aegyptiorum rex, de balba quadã infantis uoce linguarũ omnium antiquiſſimã agnoſcere potuit. Iam quod liberalẽ eius animum attinet, in cõtemnendis turpibus lucris, & quòd aurum corradere inſtitorio quodam quæſtu noluerit: ex ijs, quæ cõmemoraturi ſumus, colligi ſatis liq̃dò poterit. Fortè ſtabat imperator ſublimi loco in regia, ubi niuei coloris marmor ingenioſè ſculptũ, uaccam ingentiũ laterũ repræſentat, & leonẽ in uaccam inſilientẽ, eamq́; cupidè necantem: ex qua ſculptura* nomẽ loco datũ eſt. Heic ergo ſtans imperator, & oculos in mare dirigens, quòd cælũ ſudum eſſet, ipſeq́; maris intuitu ſeſe recreare uellet: nauim mercibus oneratã appellere uidet, molli uento auſtrali flante, ac nauigium plenis uelis tranquillum in portũ deferente. Poterat aũt aliquis etiam longo ex interuallo exiſtimare, nauim appellentẽ ingens onus uehere. Nam merciũ pondus ita nauim deprimebat, ut è mari tertiũ modò cingulũ exſtaret. Hac imperator naui conſpecta, quæ nam, & cuius eſſet, interrogat. Vbi tam nauim, quàm merces imperatricis eſſe cognouit: animi dolore cõpreſſo, & arceſſita cõiuge: Eheu mea (inquit) imperatrix, quò res meæ redactæ ſunt? eheu qualem fortunã cum opulentiſſima cõmutaui? Nimirum iam Romanorũ imperator merces uænales habeo,

Petronas punitur.

Imperator Auguſtæ nauim exurit.

* Appellatur enim paſſim apud hiſtoricos βοκολίων.

beo,& ipſemet (eheu) inſtitor factus ſum,negotiatoribus etiã inferior. His dictis,nauim unà cum mercibus,quarum immenſa erat copia, concremari iuſsit. Idem Theophilus imperator uirum præſtantiſsimũ Methodium quamdam in inſulam relegatum, ſpeluncæ cadaueris inſtar incluſit, tamquam unionem in concham,roſam inter ſpinas.Præterea duos ei latrones adiunxit,quorum altero extincto,& iam marceſcente naturali quadam neceſsitate, fœdũm illũ odorem & peſtiferũ aëra tolerantiſsimus athletes animo tulit æquiſsimo, quẽ ne adamas quidẽ ſuſtinere potuiſſet. Alter libertate donatus, exire noluit,ſed intra ſpeluncam illam caliginoſam manens,diuinæq; uiuendi rationis æmulator factus,ſolis inſtar uitæ religioſæ radios ſparſit. Dum adhuc Methodius in hoc carcere detineretur, homines illi rerum diuinarũ periti, quos notis in uultu fœ[illegible]tos fuiſſe diximus, per uim ſolum uertere coacti, piſcatore quodam reperto, litteras uiro iuſto perbreues,uerſu iambico ſcripſere, quas ab interitu uindicandas ratus, hoc loco ſubijcere uolui. Methodium Theophilus cruciat.

Viuo peremto, uiuificoq; mortuo,
Terrã incolenti, ac pariter calcanti polũ,
Scripſere uincto uincti, & inſcripti notis.

His ille reſpondens,in hæc uerba reſcripſit:

Libris uiciſsim deſcriptos cæleſtibus,
Facieſq; non ſine laude cõpunctos notis,
Secum ſalutat uinctos uiuus obrutus.

Hi diſertorũ hominum uerſus aurei, reapſe diuinũ quemdam nectaris ſuccũ ſtillant. Ceterùm præclarus pugil Methodius,quum toleranter in illo triſti carcere ſeſe geſsiſſet, dentes amiſiſſet,maxillas contuſas haberet, omniq; genere ſuppliciorũ excruciatus ab impijs hominibus per ſummã

i inhuma-

Ayuntamiento de Madrid

inhumanitatẽ non aliter eſſet, atq; ferream incudem malleis excuſores contundunt: ad extremum inde prodijt, ortus diurni ſolis inſtar, uolente ſcilicet (ut credi par eſt) Deo, qui abyſſos perſpicit, & Cherubis ac Seraphis inſidet, inſignẽ hunc uirum ceu munitã urbem in monte ſublimi collocare, ne tanta uirtus, ueluti lucerna ſub modio, triſti caliginoſoq; ſpecu abdita lateret. Accidit enim, ut Theophilus imperator lectitandis libris ſemper occupatus, unde alueolos ſcientiæ fingebat, quemadmodũ apis ſedula de pratorum floribus, in griphos & labyrinthis conſimilia quædam incideret, ita ut dura iſtæc quaſi decorticare, ac obſcura illuſtrare nemo rectè poſſet, tametſi uel ſexcenti apud ipſum eſſent, doctrinæ fama celebres. Quum igitur imperatori permoleſta hæc res accideret, & animũ eius angeret, quidã ex proceribus & cubicularijs accedẽs, Methodiũ prædicat, indicatis eius dotibus, doctrinæ magnitudine, ſcientiæ copia expedita & abundanti, prudentia ſapientiaq; uertice ſuo cælũ ipſum attingẽte: ſiue diuinitus, ut hoc faceret, cõmotus: ſiue clandeſtinũ amorẽ alens erga uirũ mente cæleſtẽ, & numine diuino plenũ. Hæc imperator audiens, Methodiũ de ſpecu eductũ, (ceu unionẽ è concha, ſidus è nube) uirũ clariſſimis radijs refulgentẽ, & tenebras atq; caliginẽ ignorantiæ diſcutientẽ, ad ſeſe reuocat & inuitat. Quumq; guſtũ linguæ Methodij percepiſſet, homini præclaro in regia domiciliũ adſignat, tamquã magni rem pretij, gemmamq; ſplendidã, rutilantẽ, lucidã in theſauris inuiolabilib. & inacceſſis collocans: atq; heic frequenter adſidens Nilo illi aurifluo, de dulciſſimis aquis largiter hauriebat. Quũ aũt traiecturus eſſet amnẽ eſſentiæ interitui obnoxiæ, quẽ oẽs craſſo corpore circũdatos permeare neceſſe eſt, (ita nimirũ iubente natura, quæ uelox eſt

Qua occaſione Methodius ab exſilio ſit reuocatus.

lox eſt traiectrix, & abs quouis debitũ exigit) annũ iam duodecimũ imperãs: Michaëlum filiũ, admodum puerum adhuc, imperiali corona redimit. Quia uerò nõ abs re tenera iſtæc ætas patri ſuſpecta erat, matrẽ imperij conſortẽ facit, ut quæ filio curatricis loco futura eſſet. Ea ſuperiori tẽpore tamq́ nocturna diſcipula, Nicodemo illi timido ſimilis, ſacras imagines occultè uenerabatur. Nunc aũt alta uoce ac liberè profitebatur id, quod ſentiebat, eratq́; tuba clara: uel potius ut auicula canora, pullorũ altrix, implumes ex locis omnibus uolucres cogebat, quotquot abdiderant ſeſe, donec auceps præteriret. Et quãuis ſemina præſtantiſsima ſub corde tegeret, ut agellus ferax, ut pinguis ſulcus: hieme tamen ſæuiente germen nullũ protruſerat. Nunc aũt elapſo longè acerbiſsimo illo hiberno tẽpore, ac uere ſuauiter ridente, priſtinamq́; triſticiã diſsipante, multipliciter pullulabat, & ſegetẽ copioſam ferebat, uelut ager excitatus à fauonijs, & eius ſpiritus gratia, qui omnia perficit. Quãobrẽ coactis hominibus acceptis Deo, quos nõ ineptè dixeris induſtrios ſoli foſſores, ſpinas oppugnationis imaginũ prorſus euulſit. Quumq́; diuinos homines ardenter obſecraſſet, ut preces ad Deũ pro marito defuncto funderẽt, idq́; perſuaſiſſet eis, & planè iam certior eſſet facta, Theophilum alterius uitæ ſupplicijs liberatum eſſe: fortè cum ſanctis illis hominibus, inſtructo ualde opimo cõuiuio, prandebat. Intererat huic præter alios etiam aurea lingua præditus ille Theophanes, cuius faciei notæ nõ ſine dolore magno inuſtæ fuerant. Erat autem hoc tempore princeps urbis Nicenæ paſtor. Eum Theodora quũ oculis defixis intueretur, ac uiri tolerantiam admirari uideretur: re Theophanes intellecta, cum aſperis duriſq́; uerbis: Vides, inquit, ô imperatrix, inuſtas haſce

Michaëlus III, cognomine temulentus, imp.

Theodora cultum idolorum apertè reuocat.

Synhodo coacta cultus idolorũ ſtabilitur.

Acerba uox Theophanis.



Ayuntamiento de Madrid

*fronti meæ notas?* Earum *cauſſa illo in iudicio contra maritum tuũ experiar, ubi iudex uniuerſalis integerrimè iudicat, nec uel perſonam cuiuſquã reſpicit, uel muneribus corrumpi ſe patitur, uel purpuream chlamydẽ reueretur. Ad ea uerba laudatiſsima imperatrix eiulatu ex intimo corde ſublato, uocẽ hanc miſerabilem edidit, interni doloris teſtẽ:* Hæccine *mihi, uir admirande, tuq; totusq; cœtus hic de imperatore meo mihi policiti eſtis?* Ibi *diuinus & ore melleo præditus ille* Methodius, *qui tunc apud* Romã *nouam ſacri gregis paſtor erat, nimia* Theophanis *audacia ferociaq; repræhenſa, præclaram imperatricem conſolatur, arte riuos lacrymarum obſtruit, grauem cordis tempeſtatem ſedat, emollientibus animum uerbis, tamquam oleo quodam inſtillatis.* Ceterùm *quàm diu puer erat imperator, matrem* Theodoram *ſecum habebat, quæ omnia dextrè gerebat, imperiumq; præclarè adminiſtrabat.* Verùm *ubi* Michaëlus *maturã ad ætatẽ peruenit, iamq; ſolus amplitudinẽ negotiorum imperij procurare cepit: reapſe uerũ illud probauit eſſe, quod eſt in fabulis.* Quippe *mox ut alter quidam iuuenis* Phaëthon, *curru conſcenſo, totum* Romanorũ *imperium perdidit, & ipſe de auito patritoq; regno, ueluti curru quodam, eſt deturbatus & excuſſus, non pronus tantùm cadens, ſed etiã dorſum lædens.* Quippe *luxurioſæ humidæq; uitæ ſe dedidit, uelut alter* Nero, *immodeſtus in uino, animo effeminato, impudicus, temulentus, totas pecuniarum abuſſos in colluſores exhauriens, qui erant ſcurræ, impuri, curruum agitatores, mimi, à primo diluculo temulentiæ dediti, delicias ciborum & ſuauium opſoniorum auidè quærentes, totos dies apud inuerecundas mulierculas exigentes, potores, ludiones, libidinum flammis furentes: qualis ſcilicet olim erat ille*

Methodius patriarcha Theophanem caſtigat.

Michaëlus alter Phaëthon.

Neronem & Sardanapalũ imitatur.

Sardana-

Ayuntamiento de Madrid

Sardanapalus, rex Nineuitarum. Eiuſmodi hominum cõſuetudine utens, temulentia nimirum perditorum, infanda & turpiſsima quæq; perpetrantium, uitam planè Sybariticam degentium: etiam Mænadas illas thyrſigeras comitabatur, & orgia Bacchi celebrabat. Hinc compotationes, ſaltationes, ebrietates, crateres, inhoneſtorum ac meretriciorum carminum cantiones, directæ tantùm ad excitãdos riſus cogitationes, omnis impuritas deniq;. Tradũt fabulæ, ferarũ interfectorem illum Actæonem à correptis furore canibus ceu feram dilaceratũ eſſe. At uerò adſentatores barbas raſi, & ceruſa fucati, quũ Michaelũ circumſtipaſſent, et indagine quaſi cinxiſſet, in quod barathrũ, quã uitiorum uoraginẽ eum non cõiecerunt? Hinc fiebat, ut ſpectabilis ille Romanorũ imperator ipſemet currus aureos conſcenderet, ac quadrigis inſideret. Pecuniarum theſauri undiq; prorſus exhauriebãtur, resq; Romanorũ in anguſtũ cogebantur. Interim adulatores in maxima pecuniarũ abundantia iucundè uiuebant, amicti tunicis delicatis, & peplis auro intertextis. Adeò temulentam mollemq; uitam Michaelus agebat. Nonnumquam nulla neceſsitate cogente ſolus abſq; ſatellitum corporisq; cuſtodũ comitatu medijs in triuijs obambulabat, indecorè ac furẽter adamãs ſpectacula, deq; agitationibus equorũ uoluptatẽ capiens. Etiam ſpiritualiũ liberorũ pater fiebat, infantes mimorũ et aurigarũ ceu benignus pater in ulnis geſtans, è lauacro diuinæ regenerationis ſuſceptos. Itaq; auri uenæ nullæ ſufficiebant, quum in tot ſtercoreos canales exhaurirẽtur. Veſtes ex auro factæ priſcis ab imperatoribus, arbores aureæ, canoræ auiculæ, ſolido ex auro fabre facti leones, omnia deniq; ornamẽta imperatoria, quæ in aula ſplendebãt, & à Theophilo magnificè fuerãt ad celebratio-

Michaelus ab adulatoribus corruptus.

Profuſiones Michaeli.



Ayuntamiento de Madrid

brationẽ Romani nominis confecta, fornaci cõflatoriæ tra debantur, & ſceleratè in exſecrabiles quoſdã quaſi tubos euacuabantur. Neq; tantũ hæc auſus eſt imitator ille uitæ porcinæ deſignare, ſed etiã cottidie profectus in turpitudi ne quoſdã faciẽs, aduerſus ſacroſancta myſteria, Seraphis ipſis uenerabilia, uir nequiſſimus debacchabatur. Quippe acrẽ ſinapi ſuccũ in craterẽ fundens, ſacrũ illud formidabi le repræſentabat, ludens (ut dici ſolet) in ijs, quæ ludum iocumq; non admittunt, & ridens in minimè ridiculis. Ita uiuentẽ Michaëlum mater uidens, & imperatorẽ Romanum factum eſſe ludicrũ, totis uiſceribus & animo cõmouebatur, eumq; uerbis caſtigabat, corrigebat, exhortabatur. Sed (quod prouerbio dicitur) cũ mortuo colloquebatur, & admonitiones apud ſurdũ cantilabat. Erat Michaẽlo Bardas auunculus, qui occupato Michaëli animo, nõ aliter atq; uermis in dulce lignum irrepit, homo ſcilicet fraudulentus, ſurſum deorſum cũcta uoluebat, & iam Michaẽli cor exederat. Hic tamdem ei perſuadet, ut imperatricẽ Theodorã ex aula eijceret, ac ſe Cæſarẽ crearet. Hoc modo miſerũ illum ſolum deſertumq; nactus, quiq; (ceu uulgo dici conſueuit) hominũ furioſorũ more ſiniſtra dexteram manũ abſciderat: uel potius planè iam manibus ſpoliatum, aut ſecundũ Aeſopicam illam fabulam, oui dementi conſimilem factũ, de lupi cõſilio pulſis canibus: imperiũ ab imperatore ad ſe transferebat, omniaq; pro arbitratu animi ſui gerebat ut imperator. Quinetiã in flagitiũ ingẽs prouoluebatur, quale nec Scytha quiſpiã, nec Perſa, nec Dalmata deſignaret. Nam cum filij coniuge (proh fœdam laſciuiam) non aliter conſueſcebat, atq; ſi tori legitimi conſors eſſet. Hoc terribile facinus ubi magnus Ignatius ille comperit, qui eo tempore nouam Romam gubernabat, (erat

De Barda Cæſare.

Inceſtus Bardæ.

Ignatius patriarcha Bardã caſtigat.

Ayuntamiento de Madrid

(erat enim omnium in ore piaculum iſtud, paſſimq́; per compita & ædes iactabatur) Bardam Cæſarem uerbis caſtigabat metum incutientibus, adiectis ſequuturæ uitæ ſuppliciorum minis, terrebat hominem, in uiam reuocabat, repræhendebat, admonebat, omnem machinam adhibebat, ut malum illud exſcinderet. Sedenim uerum erat omnino uerbum illud Solomonis, qui uetat improbos taxari & repræhendi. Nam repræhenſiones ſunt hominibus impijs flagrorum inſtar, & corda peruerſa ueluti ſagittæ feriunt. Nimirum obiurgationibus hiſce Bardas Cæſar exacerbatus, non modò nihili fecit eas exhortationes: uerumetiam conceptam aduerſus monentem iracundiam & indignationem alebat, non aliter agens, atq; ſi ſanioſos aliquo curare uolente, illi non tantum aufugiant, ſed etiam erga bene facientem excandeſcant. Quum igitur aliquando Bardas accederet ad myſteria, nec diuinũ illud munus à patriarcha cõſequeretur: (non enim unguenta flagrantia uaſi putido cõmittuntur) inflammatus iracundia leonis in morẽ rugit, ceu uiolenta pardalis in hominẽ iuſtum inſilit, lacerat, à clauo ſummouet. Eius in locum Photium ſubſtituit, proh qualem pro quali uiro? Ex eo tẽpore miſeriarum æſtus Ignatium iactabat, & demergere uirũ conabatur. Cæſar auras adflabat, tamquam grauiter ſpirans aquilo, uel ſæuus ille tẽpeſtatesq́; ciens ſubſolanus: quo flante, procellæ graues concitabantur. Quis ea mala ſatis exponere poſſit, quibus Ignatium Photius & Bardas excruciabãt? Nimirũ ut propriæ manus ſubſcriptione teſtaretur, amictũ ſe ſacrũ ſponte ſua deponere, dentes homini radicitus excutiũt, genas contundunt, maxillas frangunt, ceu piacularib. flagitijs gaudentẽ, latronum ducem, maleficum, nudum, & uinctum (ô ſol, ô terra)

Ignatius ſolio deijcitur.

Photius patriarcha.

Crudele facinus.



Ayuntamiento de Madrid

ô terra) in frigidum ſepulcrum marmoreum, fœtens, pollutū ſtercore, quo abominabile cadauer imperatoris Copronymi continebatur, extenſum toto corpore deponūt. Sed hæc audens quiduis manus perpetuò Deum latére nō potuit. Quippe malorum machinator pœnas luit, & auctor ærumnarum Ignatij ſcyphum iracundiæ diuinæ hauſit. Bardas enim foueam cædis imperatori fodiens, ipſemet in illam iuſto iudicio præceps corruit: ſceleratus autem Photius ille ſolio patriarchico deturbatus eſt. Sic nihil omnino diuinos oculos fugit: ſic Deus ſuperbis mercedem ſuam tribuit, quemadmodum elegantiſſima Dauidis lyra canit. Ceterùm Michaelus imperator ex aurigationibus uoluptatem capiens, ſaltem apud illos degebat, qui ſpectaculis ad inſaniam uſq; ſemet oblectabant, & ipſemet curule certamen peragebat. Quum aliquando quadrigā ſollerter admodum conuerteret, hoc nomine laudatus à quodam Baſiliſco, prædicatorem illum ſuum non auro, nec gemmis donábat: ſed imperatoriam ei ſublimitatem largiebatur. Id ubi uideret magnus ille Baſilius Macedo, qui iam renunciatus à Michaelo fuerat imperator, inconſtantiam hominis ueritus, anteuertendum celeriter eius conatum ſtatuit. Quapropter craterem letiferum Michaelo miſcet, ac imperium occupat. Quippe Michaelus neque maſculam, neque femineam ſobolem habebat: quòd de ſententia doctorum hominum, ſemen procliuium in Venerem minimè fecundum ſit, nec ad procreationem aptum. Memoriæ proditum eſt, imperatricem Theodoram, uerè animo iudicioq; regiam feminam, quum intuita Baſilium aliquando eſſet, huiuſmodi uerbis Michaelum filium compellaſſe: Vidésne uirum hunc, imperator & fili, præclarum atque robuſtum, quem honore

Bardæ interitus.

Inſania Michaeli.

Baſilius Macedo imper. an. XIX.

Theodoræ præſagiū de Baſilio.

Ayuntamiento de Madrid

nore tu adficis, & qui perpetuò tecum eſt? Hic familiam (eheu) noſtram draconis in morem abſorpturus eſt, uaſtaturus, interfecturus, omnino exſtirpaturus, tamquam implumes infelicis gallinæ pullos. Enimuerò pretium operæ fuerit, de Baſilio pleraq; recenſere, unde prognatus, & ex quibus fuerit, quóſue generis auctores habuerit. Ortus igitur eſt ex tenui pago, uicino principi clariſsimæq; Macedonum urbi, quam prius ab Oreſte cognominatam, deinceps imperator Romanorum Adrianus ab ſe inſtauratam, de ſuo nomine nuncupauit. Parentes eius nec opulenti erant, nec diuitijs abundantes, ſed inopes, laboreq; manuũ ſuarum uictum quærentes: quibus extinctis, & Bulgarorum principe Crumo ditionem Romanam cum copijs percurrente, ſuosq; milites opimis ſpolijs collocupletante, Baſilius etiam captus eſt à Bulgaris, tamquam auicula quædam prædita uenuſtis alis ab aucupe diro. Quũ autem è ſæuis Bulgarorum laqueis euaſiſſet, intra fines Romanorum reuerſus, ceu pauper operas alijs ſuas pro mercede locabat, in quo uitæ genere uarias ærumnas pertulit, & labores magnos exanclauit. Tamdem animaduerſo, ſe ſuos hoſce labores in ſterile ſolum ſpargere, propinquis ſuis relictis è patria diſcedit, rectà Byzantium contendit, urbem ingreditur. Heic uerò mihi conſilium artificioſiſsimum uide, quo pacto radices rerum multo antè iecerit, & quàm ueneranda res ſit imperiũ. Fortè cubabat alicubi cõſopitus Baſilius, nõ refecto corpore, laceris pannis obſitus, capite conuoluto & tecto. Cubabat autem in pauimẽto quodam latericio, uicino diuini Diomedis ædi. Secundum hæc ſomnium ædituo ſanè felix offertur, eumq; ſimiliter quieſcentem excitat, & imperatorem intrò iubet deducere. Tum de lectulo ſuo deſilit æditus, & ad fani ueſtibulum

Origo Baſilij.

Oreſtias deinde Adrianopolis.

Baſilius pro mercede ſeruit.

Conſtantinopolim uenit.

Viſum nocturnum æditui S. Diomedis.



Ayuntamiento de Madrid

ſtibulum rectà deſcendit: Baſilium tenuiter iſtic dormientem inuenit, humi ſtratũ, pedibus illotis, ueſtibus ſordidis & pannoſis obſitum. Itaq; pro quodã errore uiſum hoc oblatum ſibi ducit, & inde diſcedit. Rurſus obdormiſcenti prius illud uiſum ſemet offert, idq́; uice tertia. Vix tãdẽ æditUus rem intelligere cepit, Baſilium ſuas in ædes deducit, & conueniente cura reficit. Erat autem Baſilius pulcer, generoſo uultu, manibus giganteis, pectore lato, robuſtis lacertis præditus. Ex eo tempore paullatim robur ſuũ declarans, in ore magnatibus uniuerſis erat. Quid multis & ſuperuacaneis uerbis opus eſt? Etiã Michaelo innotuit, ac primò quidem curatoris equorum dignitate cohoneſtatur: deinde fit accubitor, quæ dignitas apud Romanos ingens eſt: tamdẽ creatur imperator, ex quo iam tẽpore ſemper eodẽ in contubernio cũ Michaelo degebat. Quũq; damnaſſet eũ, ceu uinoſum ac temulentũ, gladio uiſcera traiecit, & ante tẽpus imperiũ rapuit. Initio Photiũ eccleſia pellit, & Ignatio thronũ reſtituit. Quũq; liberalis in ciues pecunijs erogandis eſſe uellet, perquiſitis ærarijs, quæ pri' ingentes pecuniarũ copias continebant, quũ omnia ſquallere cerneret, nec hauriri quidquã ex eis poſſe: dolebat, rẽ grauiter ferebat, inops conſilij hæſitabat, quid futurũ eſſet ignorabat, undiq; coarctabatur. Nã egens imperator, & magnis ab opib. deſtitutus, reapſe nihil eſt aliud, quàm aquila ſenio cõfecta, ſpoliata pariter alis, unguibus, & roſtro. Nimirũ Michaelus imperator exhauſtis omnibus, & in mimos, colluſores, cõpotores profuſis, nõ gryphes tantùm aureos cõflauerat: uerumetiã platanũ illam, in qua omnis ge eris auiculæ conſidebant, & nõ aliter cantillabant, atq; ſi linguas uiuas haberent, auditoribus ad earum uoces obſtupeſcentibus, machinamq́; nouam & inuſitatã admi-

In aulam Baſilius peruenit.

Michaelum interficit.

Egens imperator aquilę ſeni ſimilis.

Platanus aurea conflata.

Ayuntamiento de Madrid

admirantibus. Lubet etiam aliud quiddam lacrymis & lamentatione dignum exponere. Princeps ille philoſophorũ, & infinitis eruditus diſciplinis Leo, Theophilo imperatori, Michaeli patri, planè inuſitatũ confecerat inſtrumentum horologij, per quod imperatori agenti in regia ſingulis horis ſpectandũ exhibebat, quidquid noui uel apud Arabes, uel apud Syros tẽtaretur. Fortè Michaelo curules ludos peragẽti ſignificatũ eſt à quodã, Syrorũ copias domo profectas eſſe cũ impetu graui atq; uehemente. Qua re Michaelus audita, ueritus ne multitudo ꝑturbata hoc nũtio, theatrũ deſereret: mox ipſam machinã cõfringi iuſſit. Heu quanta fuit hæc imperitia, quanta dementia: proh qualem Romanis theſaurũ perdidit impurus homo, bibax, pecuinus. Et hæc quidem ſatis iam deplorata ſunto. Ceterùm Baſilius imperator animaduerſo, fortunã Romanã (eheu) prouolutã in genua labaſcere, iamq; illo in periculo uerſari, ut in os miſerè collaberetur, uel rectius ut loquar, animo quaſi defectã, ſpiritus extremos ducere: regia ſibi utendũ ſapientia ſtatuit, & eius ſaluti conſulendum, quæ tantùm non eſſet mortua, iamq; ſepulcro condenda. Quapropter ex eo tempore nil niſi perpetui labores, ſollicitudines, moleſtiæ, thoraces circa pectus, arma ferrea, bella cruẽta, galeæ, haſtæ, oculi ad ſatietatem ſomno minimè recreati. Atq; hoc modo rem Romanam reſtituit, & fortunã imperij iam ſeneſcentẽ, ac rugas contrahentẽ, rurſus inſtar puellæ uegetam & uenuſtam effecit. Agnouere tum barbari feram, quæ prius ſopita, ſtrenuè nunc aduerſus iniuriarum auctores euigilarat. Iccircò territi latebras ſubiere, potentia Romana rurſus inualeſcente. Quum aũt liberatus uitæ procellis Ignatius, ad placidos iam cæli portus appuliſſet: aſtutus ille Photius, numquam non throni

De horologio Leonis philoſophi.

Baſilius imperio labaſcenti ſuccurrit.

Ignatij mors.

cupi-

Ayuntamiento de Madrid

cupidus, in hoc totus incumbens, ut eccleſia rurſum potiretur, huiuſmodi quiddam ſanè uerſutum ac prauum molitur. Solas primas litteras nominum imperatoris, liberorum eius, & Auguſtæ ſumit, atq; inde * Beclas componit, eoq́; declarato, quū eius ætatis hominib. litteratis negotij non parum exhibuiſſet: uiſus eſt imperatori uir eſſe magnæ doctrinæ ac ſapientiæ, ideoq́; ſolium ei patriarchicū redditur. Sedenim mortalium mentes plurimum errāt, & naturalia fata quædam homines comitantur. Nam imperator hic ceteroqui prudentiſsimus, à uafris quibuſdā hominibus perſuaſus, qui fraudes nectunt, & machinationes ſtruunt, cariſsimosq́; liberos à parentibus dijungunt, à matre filiam, ſponſum à ſponſa, quorum erat è numero infelix ille Santabarenus, Leonem filium ſuum in carcerē compingit, quaſi qui mortis laqueos patri texeret: quum is reuera doctrinæ ſtudioſiſsimus eſſet, omni ſcientia copioſè inſtructus, omnibus diſciplinis à puero excultus. Atq; hæc ſanè calamitatum fornax, & malorum conflatorium, Leonem probarunt auro ſimilem eſſe, cui nihil æris ſubeſſet. Hinc orti ploratus & eiulationes matris ſortem filij lamentantis, & apud patrem pro eo deprecantis. Sed erat durus, & inſtar ſaxi molliri non poterat: immò æquè parum, ac adamas, ab amore naturali erga filium flectebatur. Adhibebantur mulierculæ lamentatrices, quæ præficarum in morem nenias quaſdam lugubriter accinerent, & calamitatem Leonis acerbè deplorarent. Domus uniuerſa nihil erat aliud, quàm luctus. Aderat et canora quædam auicula, quæ frequenter uoces illas lamentabiles audiens, & eas edocta, cum mulierculis adoleſcentem, expreſſo Leonis nomine, deplorabat. Hanc auiculam quum aliquando Baſilius loquentem audiret, ac in ore nomen Leo-

* Compoſitū ex his nominibus: Baſilius, ἐλένη, Conſtātinus, Leo, Alexander, Stephanus.

Santabarenus Leonem patri ſuſpectū reddit.

Auicula Leonis calamitatem deplorat.

Ayuntamiento de Madrid

Leonis ferentem,ſimulq́; uideret eos, qui aderant, lacrymas profundere:ilico de ira nonnihil remittit,durum animum emolliri patitur,reueritus (uti quidem apparet) ne fortè natura magis expers eſſe commiſerationis, quàm auicula,uideretur. Quapropter è carcere filium educit, & paterno mitiq́; uultu adſpicit. Moriturus autem hunc ipſum imperio præficit. Quum Leo quodam tempore proceſſum inſtitueret, iamq́; perueniſſet ad * Mucij martyris ædem:uir quidam immanis,ijs ſimilis,qui malis à genijs agitantur,tam geſtibus,quàm uultu inconſtans,in imperatorem proſiliēs, claua in caput eius impacta, letale uulnus inflixit.Compræhenſus autem, coactusq́; tormentis ad indicationem eorum, quos facinoris conſcios haberet:nihil dicere poterat,morbo grauiter hominem uexante.Heic quum uir quidam ſanctus,quiq́; diuino ſpiritu futura proſpiceret, ac uarijs donis ornatus eſſet, nomine Marcus,imperatorem graui dolore correptum cerneret, exiſtimantem aliquid amplius mali conſequuturum: uerbis medicinam ei faciens,tamquā mitigante dolorē pharmaco,uaticinium huiuſmodi edidit:Noli quæſo, imperator,appetijſſe tibi uitæ finem arbitrari, nec animum tuum cogitatio de morte ſubeat.Nam tibi tam uitæ, quàm imperij decem adhuc anni cæleſti à manu conceſſi ſunt.Hæc ille fatus,obticuit. Neque multo pòſt imperator & animi dolore liberatus eſt,& ex uulnere conualuit. Marci quidem uaticinium minimè fuiſſe uanum,euentus comprobauit.Fuere Leoni uxores omnino quatuor,quas ordine duxit,non à libidine uictus:ſed ingenti procreandæ ſobolis deſiderio, quo liberos ex ſe natos conſpiceret. Tamdem ex quarta & ultima filium purpurigenam genuit,cui nomen Conſtantini datum. Sedenim hoc Leonis factum Dei mini=

Leo V,philoſophus,imp. an.XXVI.

* al.Mocij.

Leoni uita longior prædicitur.

Leonis V uxores.

Ayuntamiento de Madrid

*miniſtris abſurdiſsimum uidebatur, progredi uidelicet im peratorem quartas ad nuptias, & incorruptam puramq́; Chriſti ſponſam, eccleſiam polluere. Quamobrem paſtorum princeps Nicolaus os aperit, libertatem loquendi uſurpa, uatis uerbum implet, Dei teſtimonium coram regibus exponens, nec minas ullas eo nomine reformidans. Sic*

Nicolaus patriarcha Leonem reprehendit.

» *Dei metus longè timorem abigit à uiris potentia præditis,*
» *& rerum potentibus incuſſum. Itaque Nicolaus à grege ſuo pellitur, & ſolum uertere iubetur: ſubſtituitur autem ipſius loco quidam alius, ſacrarum rerũ peritiſsimus, qui à teneris unguiculis & ætate prima ſolitariam in Olympo Myſiæ monte uitam egerat, & dono uaticinandi præditus erat. Hic de mandato diuino eccleſiam ad unitatem reduxit, multipliciter diſtractam ac diuiſam, propter delictum Leonis, quartas ad nuptias progreſsi. Quum autem doctiſsimus hic imperatorum morbo correptus periculum minitante, adminiſtrato iam per XXVI annos Romanorum imperio, mortem imminere ſibi cerneret: Alexandrum fratrem, & Conſtantinum filium, imperatores creat, hoc ſolo in extremis reſpirationibus pronuntiato: Alexandrũ etiam (proh parcũ malignumq́; tempus) poſt XIII menſes uideo. Volebat autem ſignificare, regnum Alexandri tantillum temporis duraturũ: quæ ſanè Leonis uox minimè uana fuit. Nam Alexander uoluptatibus & compotationibus indulgens, nec ulla re tanto imperio digna uel opere, uel uerbis perfecta, uel animo deniq; concepta, ceu flos ſolis efficacitate marceſcẽs extinctus eſt, & à morbis celeriter abſumtus. Itaq; ſolus imperiũ Cõſtãtinus obtinuit, ætatis adhuc teneræ puer, qui gubernationi parũ aptus eſſet, annos ſcilicet id tẽporis ſeptẽ modò natus: quæ res multis malis occaſionẽ præbuit, mirificeq; imperatorẽ*

Alexãder II cum Cõſtantino VII imp. an. I.

Vaticinium Leonis.

Conſtantinus VII, purpurigena, imp.

*adſti-*

Ayuntamiento de Madrid

adflixit, tametſi felicẽ exitũ tamdẽ habuerit. Quẽadmodũ enim arbor recẽs plãtata, quæ frigidã hiemẽ perferre nõdũ poteſt, nec uentorũ impetus, nec imbres uehemẽtes, nec æſtus, nec grandinẽ tolerare, ſi ab ortis alicũde uentis aut grãdine uexata, nihilo minus euadat illæſa, multo fit exploratior, quũ arbor à uẽtis & ſole exercita plurimũ à natura roboris habere perhibeatur: ſic etiã Cõſtantinus hic, Leonis F. in prima pueritia cõſequutus imperiũ, poſteaquã uix multis elapſis annis de cõtinuis calamitatibus, ærumnis, adflictionibus euaſiſſet, prudentiã lõgè ſolidiorẽ ceu fructũ quemdã nactus eſt, inſtar nautæ grauib. procellis iactati, & uix tranquillũ in portũ delati. Nam primùm fortiſſimus ille Cõſtantinus, quẽ natũ aiunt Andronico Duca patre, magna manu coacta præclarè armatorũ hominum, imperatorem ſubitò inuaſit, puerili nimirum eius ætate contemta. Verùm enimuerò fallax res eſt, uti Dauides canit, ad ſalutẽ equus ferox, agilis, uolucer, fremens. Quippe Conſtantinus etiã de ſella equeſtri excuſſus, in terram præceps corruit, & gladio cõfoſſus eſt. Vbi uix grauis illa tẽpeſtas præteriiſſet, alia lõgè grauior exorta fuit. Etenim Leo Phocas, dignitate Magiſter, uir proceritate corporis ac robore inſignis, cui Romani exercitus omnes erãt crediti, quũ receptum ab imperatore uideret Romanũ Lacapenum ſeniorem rei naualis Drungariũ: iam olim tyrannidem parturiens, impetuq; propterea repreſſo, quòd necdũ ſe offerret occaſio, tum demũ opportunitatẽ nactus (uti quidem arbitrabatur) cõmodam fetum illũ ſuũ in lucem edidit, & uiperam enixus eſt. Etenim præ ſe ferens omnia nomine imperatoris ab ſe ſuſcipi, & eius ad utilitatẽ referri, qui à Romano artificioſè ac aſtutè circũſcriptus eſſet: copias undiq; coegit et inſtruxit, è Lycaonia, Thracia,

Conſtantinus Andronici F. Ducas, imperiũ adfectat.

Leonis Phocæ motus.

Quas cauſas Leo prætexuerit.

Col-

Ayuntamiento de Madrid

Colchide, Iberia, Pamphylia, Myſia, Syria, Cilicia, numero ſanè maximo, quo continebantur milites egregiè ſtrenui, armati præclarè, ignem in prælijs ſpirantes. Hinc ad Chryſopolim caſtra metatur, ſitam eregionè Conſtantinopolis, (quam non abs re quis Vrnapolim, hoc eſt, urbem cæleſtem appellauerit) & campos uiris bellicoſis replet. Totum eius regionis ſolum ex haſtarum ære fulgebat, galeæ reſplendebant, ſcuta ſonū efficiebant, aer ab haſtarum cuſpidibus coruſcabat. Aderant milites ſcutati, aderant ſagittarij, equites, loricati, uniuerſis ferrum geſtantibus. Vel ipſis gigantibus eiuſmodi caſtra formidini fuiſſent. Leonē autem cupidum regni contra imperatorem omnia fuiſſe molitum, obſcurum eſſe demum haud potuit. Id quidem tēporis Romanum occaſionis loco nactus, aduerſus eum ſe bellum gerere ſimulabat, & copijs ampliſsimis inſtructus, etiam nefariè uulpinam adſuebat, leonina pelle non prorſus ad omnia ſemet extendente. Quippe Romanus ſenior, claſsis præfectus, ideoq; non exigua poteſtate præditus, animaduerſo, imperij ſtatū hinc & illinc fluctuare ceu nauim, quam hibernæ tempeſtates grauiſsimæ ſuccutiunt, adeoq; res Romanas collabi miſerè, uti quæ in pueri teneræ admodum ætatis manu ſitæ forent: in amicitiam eorum imperatoris miniſtrorum & cubiculariorū ſemet inſinuat, qui præcipua complecti beneuolentia imperatorem uiderentur. Cum his communicatis occultis conſilijs, req; deliberata, & fraudulenter inſtructa, tyrannidem aperta ui moliri ſe ſimulabat, & ad inuaſionem eius claſſem uniuerſam adducere. Quo factum eſt, ut rumor dirus in aulam deferretur, & uniuerſi grauiſsimo terrore percellerētur. Donec tamdem rerum humanarū uiciſsitudo, quæ omnia ſolet immutare, Romanum ad aulam imperatoris traduxit,

Ipſa belli cauſſa.

Ayuntamiento de Madrid

xit, uelut ad tranquillum quemdam portum. Nam imperator à præcipuis cõſiliarijs ſuis, uel potius inſidiatorib. perſuaſus, Romanũ tamquã amicũ ſuũ ad familiaritatẽ admittit, eumq; tam uitæ, quàm imperij ſui cuſtodem ac defenſorem renũtiat: crocodilus ſcilicet trochilum, pinna cancrũ. Nam ita nõ ineptè nec ineleganter quis de hoc facto pronuntiauerit. Itaq; Leo Phocas, cuius mentionẽ modò faciebamus, intellecto, imperatorẽ à Romano regi ceu mancipiũ quoddã: præ ſe ferebat, quaſi eam rem moleſtè ferret, animoq; beneuolo copias eius defendendi cauſſa ſecũ adduceret: quũ reapſe imperium ſibi quæreret. Sed enim is, qui callidos in uerſutia ſua capit, & cõſilia inuertit, ſecretaq; cognoſcit, molitiones Leonis in cõtrariũ uertit, ideoq; Leo fruſtra rẽ aggreſſus, hiãti lupo ſimilis factus eſt. Nam Romani conſilijs obtemperãs imperator, litteras rubrica ſubſcriptas ad exercitũ mittit, quib. apertã Phocæ tyrannidem accuſabat, & egregiũ Romano teſtimoniũ perhibebat. Tum uerò magna inter milites oriri perturbatio, & Leo Phocas mox graculus ille plumis alienis ornatus fieri. Quippe uniuerſi litteras imperatorias (ut arbitror) recueriti, miſero Phoca deſerto aufugiebãt. Venit ergo uiuus in hoſtiũ poteſtatẽ, & oculis ſpoliatur. Ex eo tempore cũcta per Romanũ adminiſtrari, qui recepta in ſe iuuenis cuſtodia, tamquã ſi mater eius eſſet, ſubitò ſe nouercã hoſtilem probabat: & (quod prouerbio dici cõſueuit) lupos terrebat & abigebat, ut ouẽ ipſe dilaniaret ac deuoraret. Imperator enim ratus cupere ſibi Romanũ quàm honeſtiſſimè, adeoq; uirũ illũ imperij ſui patronũ & conſeruatorẽ eſſe: primò Magiſtrũ creat, & magnũ ſocietatis præſidẽ. Deinde huic dignitati maiorẽ aliã adijciẽs, deq; humili conditione Romanũ ad uerticẽ rerũ euehens, patrẽ & cuſtodẽ imperatoris

Aſtutum Romani conſilium.

Leonis excæcatio.

Ingratitudo Romani erga imperatorem.

k pera

Ayuntamiento de Madrid

peratoris nuncupat. Deniq; arctiori amoris uinculo ſibi hominē adiungēs, ſponſalia cum eius filia cōtrahit: iamq́; nuptias celebraturus, ſocerū imperatoria corona redimit. Hæc imperatoris erāt in Romanū beneficia, quibus eū ſe putabat ad amorē ſui excitaturū. At occulto præditus animo Romanus, multa ſuo corde tegēs, & ab omni parte ſibimet imperiū ſtabiliēs, ut qui iam imperator eſſet, ac imperatoris ſocer: natū in Purpura generū tamdē auito patritoq; imperio deijcit, & ſolo imperatoris illi nomine relicto, gubernationē uniuerſam in ſe transfert. Itaq; Romanus imperator omnibus erat in ore, Conſtātinus nemini: cui ſcilicet aduerſaretur fortuna, quēq; nō aliter obſcuraret, atq; nubes ſtellā occulere ſolet. Quinetiam Romanus hac ambroſia fruens ad ſatietatē uſq;, nequaq̄ heic animi ſui libidini modum ſtatuere uolebat: ſed alieno pane toto quaſi prærepto ſuos paſcebat, eſurire cogēs illū, ad quē is reapſe pertinebat. Filios enim ſuos, & cū eis Chriſtophorū ex primogenito nepotē, imp̄atores renūtiauit: quodq́; dolorē gignere maiorē poſſet, ipſumq́; cor & oſſa penetrare, tā in præconijs publicis, q̄ litteris & cōſeſſibus, oēs ante Conſtantinū collocabat. Quo fiebat, ut hydra multorū capitū eſſet in regia, quaſiq́; ſeges imperatorū haud aliter enaſceretur, atq; olim ſatos illos terrigenas prouenisſe fabulæ perhibēt, hominib. ex draconis dentib. qui ſparſi fuerāt in terrā, ortis. Miſera uerò purpuræ ſpica in horū medio premebatur, quemadmodū à ſpinis roſam ſuffocari uidemus. Quū aūt omnia Romanus iā ſatis ſe muniſſe crederet, ac ædificij Semiramidis fundamēta iecisſe, uel quamdā quaſi Chalanes turrim à gigantib. exſtructā, ex aſphalto cōdidiſſe: collapſus in occiput, etiā tergū fregit, imperioq́; deiectus miſer, in præceps corruit. Quippe Cōſtanti-

Romanus Lacapenus imp.

Romanus filios & nepotem imperatores creat.

Romanus imperiū cū ſuis amittit.

Ayuntamiento de Madrid

ſtantinus ubi uirilẽ ætatem attegiſſet, qua prudẽtiæ fax in homine collucere ſolet, uiris bonis in cõſiliũ adhibitis, uti nimirũ Hercules Iolaũ, Theſeus ſibi Perithoũ adiũxit, ſerpẽtina hydræ capita reſecuit, & ſatis illis terrigenis inter ſe cõmiſſis effecit, ut alter alteri mutuũ exitiũ adferret. Deinde denſa & caliginoſa nube pulſa, radios imperij puriores emittit. Primùm igitur Romanus, iam ſenio confectus, longo tẽpore potitus imperio, totis nimirũ XXV annis, omnib. ſibi per munera beneficiaq; deuinctis, à ſuiſmet filijs traditur, & throno deijcitur, nõ aliter, atq; priſcus ille Saturnus à Ioue regno ſpoliatus fuiſſe fertur. Quo facto, Cõſtantinus imperator natus in Purpura filios Romani lõgè nequiſſimos cõpræhẽdit, et quamdã in inſulã relegauit. Atq; hoc primùm tẽpore uidit imperiũ, anui ſimile, tamquã puellã auro luxuriantẽ, & uniones geſtantẽ, elegante ueſtitu fulgere, ſibiq; tum arridere, tũ familiariter adeſſe. Bardã Phocã exercitibus præficiebat, creatum Scholariũ (ut Romani loquũtur) Domeſticũ: Baſiliũ uerò eunuchũ, qui Lacapeni filius naturalis erat, Accubitorẽ fecit, & imperatorij lecti cuſtodem. Extincto autem propter ſenectã in Barda feruore, quem prælia poſcunt, & impetu celeri ad res gerẽdas: in Nicephorum Phocam copiarum gubernationẽ tranſtulit, hoc eſt, à leone in eius catulũ. Nactus eã felicitatem, ut filium ex ſe atq; Helena Romani filia natum uideret, eum ipſum Romanum appellauit. Vbi iam adoleuiſſet, ac pubes factus eſſet, uxorem ei dedit: ex quo filij coniugio nepotem uidit Baſilium, principem longè uictorioſiſſimum. Tamdem uitæ finem facturus, Romanum filium imperatorem renuntiat. Is uerò poteſtatem uniuerſam malis & imbellibus eunuchis tradens, capiendis feris & uenando miſerè occupabatur. Hoc imperante

Filij parentẽ regno deijciunt.

Filiorum relegatio, & Cõſtantini ſolius imperium an. V.

Nicephorus Phocas.

Romanus II, purpurigena, imp. an. XIV.



Ayuntamiento de Madrid

*Cretam Arabes ceperunt, & receptaculo in ea firmo collocato, mare paßim infeſtũ prædis agendis reddebãt. Qua propter Nicephorus Phocas, uir acris in bello, & tam animo, quàm manu promtus, claßis imperator & belli dux cõſtituitur: qui mox nauib. uniuerſum mare complet, & contra belluas pedeſtres pariter ac marinas ablegatur. Pugnã inde cũ hoſte conſerit, eumq́; magno prælio uincit: piraticas Arabum naues demergit, ipſum principem prædonum, hominẽ audaciſsimũ, capit. Hinc è Creta ſplendidißimis cũ tropæis ſoluens, triumphos magnificos & læticiæ plenos peragit. Eodem tempore nobilẽ ac pulcrã urbẽ Antiochenã Iſmaelitæ ceperũt, & in ſeruitutem redegerunt. Quapropter rurſum Phocas ille uictorioſißimus in hoſtẽ mouet, ac Romano imperio uiciſsim Antiochẽã reſtituit. Dũ iſtic bellũ gereret, Romanus imperator è uiuis exceßit, uxori Theophanoni & liberis, quos ex ea ſuſceperat, imperio relicto. Cuius rei fama Phocas ad ſe pͣlata, itinere celeri Cõſtantinopolim proficiſcitur, ibiq́; rurſus exercituũ Orientis dux declaratur, ſacramentis horribilib. imperatrici policitus, numquam ſe Romani liberis inſidiaturum: quo facto, ſuum ad munus ſeſe confert. Sedenim quieſcere non poterat inuidia, bellua ferox, urſo conſimilis, hominũ corda depaſcenti. Nam quidã ex eunuchis aulicis, qui eo tẽpore res imperij ſolus arbitratu ſuo tractabat, aduerſus Phocã inuidiæ ſpina quaſi quadã pũctus, quòd celebritatẽ nominis eius, atq́; felicitatẽ æquo animo ferre nõ poſſet: litteras ad Ioannẽ Zimiſchã penna nõ exaratas mittit, iiſq́; cohortatur, ut interfecto Phoca Byzantiũ, futurus imperator Romanorũ, properaret. Hãc epiſtolã ubi Zimiſches accepiſſet, tamquam infeſtus improbitati, & uir bonus, eam Phocæ tradit, eunuchi conatũ aperit,*

Nicephori Phocæ res contra Saracenos geſtæ.

Antiochea capitur à Saracenis.

Theophano cum liberis imperat.

Molitio contra Phocam.

Zimiſchis ingenuitas.

*eiusq́;*

Ayuntamiento de Madrid

eiusq; ſanguinarium animum abominatur. Erat autē hic Zimiſches formoſus, facie, colore, capillis uenuſtis: tolerās, miſericors, fortis & uirilis animi, pugnator inexpugnabilis, copia celeritateq; conſilij pollens, liberalis, caſtus, mitis, haſtarū uibrandarū, & arcuū tendendorū peritus, ingenuus, alienus ab ira diuturna: ut paucis deniq; multa & prolixa complectamur, uiuus quidā paradiſus gratiarum erat, ipſis Dei manibus conſitus, & aureis ſancti ſpiritus riuis irriguus, in quo uirtutū cœtus uniuerſus choreas uelut agitabat, Gratijs ex aduerſo illis cantando quaſi reſpōſantibus. Talis ac tantus uir quum Zimiſches foret, Phocam hoc tempore comitari decreuit, legati munus ab eo conſequutus. Et cōſanguineus erat Phocæ, prognatus eodem genere. Poſteaquàm ſcriptum Eunuchi manibus ſuis aperuiſſet, ac eo cōpræhenſa percurriſſet: omnibus ad copiarum imperatorem renuntiatis: Proh miſeram, inquit, Romanorum ſortem & fortunam, imperator. Quouſque tamdē imperiū adminiſtrabunt eunuchi muliebres, fecundi ad malitiam, ſordidi, facinorum inſtrumenta, rerū nefariarum tubuli, canales improbitatis? His auditis, animus ducis excandeſcit, & leo prius quieſcens oculos aperit, ac rugitum edit, ob quem formido luſtra, ſaltus, montes eſt peruagata. Mox imperator renuntiatur, Conſtantinopolim occupat, urbē abſq; periculo ingreditur, à ciuib. cōſpicitur, eosq; cōſpectu ſuo recreat. Simul obuiā ei ſe offert urbana multitudo, patriciorū ordo, prætextati, ex officinis operarij. Ante oēs alios imperatrix cū ſacerdotibus hominem ſupinis manibus excipit, iamq; decreto cōmuni omnium ordinum Nicephorus imperator creatur. Erat enim artis bellicæ peritiſſimus, audax, robuſtus, ærumnis haudquaquam cedens, incudis in morem labores

Nicephorus II Phocas, imp. an. VI.



Ayuntamiento de Madrid

res conſtanter perferens. Secundum hæc imperatricem Theophanonem ſibi matrimonio copulat, & erga Romani liberos adfectionem quamdam animi paternam declarat. Præcipuè uerò probabat in imperio uirilitatē pectoris, & in prælijs ardorē. Quippe generoſi erant in Phoca impetus animi, ſuæq; conſtantiæ documenta ſtatim ab initio dabat, iamduдū oſtendens, ſe artificem eſſe, peritū agendi equi. Sed dum facultas agendi penes alios adhuc eſſet, ipſe generoſitatē animi ſui corde imo comprimebat: nō aliter, atq; ſi quis titionē, quaſi quoddam ignis ſemen, opertū cinere conſeruet. At ubi opportunitatē, & rei gerendæ facultatem nactus fuiſſet, translato in ipſum imperio: preſteris in morē cum impetu maximo ferebatur, & barbaras nationes uniuerſas circūcurſitabat, inſtar ignis in ſiluoſum quemdam ſaltum delati, qui à uento concitatus, omnes depaſcit arbores, & ſaltus exurit. Itaq; metuebant eū Arabes, Syrus ſe ſummittebat, Cilix fugiebat, Phœnix animū contrahebat: omnes deniq; reſtituebant ea, quæ Romanū ad imperiū ſpectabant. Adeò ſe Phocas aduerſarijs inuictum probabat, abſoluta uirtute præditus, omnibusq; dotibus ornatus, robore corporis, animi fortitudine, prudentia, māſuetudine, caſtitate. Sed enim mortalium in terris nemo planè labis expers eſt, etiamſi quis ad ſummum uirtutis uerticem perueniat. Nimirum uictorioſus ille Nicephorus Phocas ceteris tam corporis, quàm animi bonis atq; dotibus inſigniter lucebat, & uſqueadeò ſtudioſus erat pulchritudinis internæ, ut ueſte ſpinarū in morē pungente corpuſculū ſuum adfligeret, ſub purpura tunicam prorſus aſperam tegeret, à carnibus in uictu abſtineret. Deniq; rebus in alijs erat inſtar facis, clariſsimè per diem ſplendentis. Verùm ut homo, qui terreſtrem & cor-

Nicephorus barbaros uincit.

poream

Ayuntamiento de Madrid

poream carnem geſtaret, quaſdam etiam labes habebat, quibus homines offenderentur, ac ſi maculæ ueſtem mundam fœdent, quæ difficulter elui poßint. Nam ut priſci rerũ geſtarum ſcriptores tradunt, quãuis imperatrici ſpirituali cognatione iunctus eſſet, nihilo tamẽ minus eã matrimonio quoq; carnali auſus eſt ſibi copulare. Præter hanc labem, accedebat & alia, prorſus indigna uiro principe, nimirum auaricia. Quippe aberat omnis liberalitas, uelut oculus à corpore, à terebintho folia. Per hãc cauſſam uirtus omnis atq; pulcritudo Phocæ plurimũ deformabatur. Nimirum ſi abſit oculus à corpore, totum hominis tabernaculum caliginoſum eſt: & quum terebinthus foliorum honorem amiſit, tum rami gratiæ uenuſtatisq; nihil habent, tũ ſtipes inutilis eſt. Atq; hoc loco lubet indicia quædam auariciæ Nicephori promere. Premebat aliquando fames ſubiectas Romanis prouincias adeò, uix ut medimnus aureo numo cõparari poſſet. Qua de re monitus Phocas, dolere ſe illo nomine ſignificans, & medicinam malo facere ſtudens, horrea publica iubet euacuari, duosq; medimnos uno aureo uendi. Tam ſordidum ſe in frumenti uenditione declarabat, quum quidem horrea ualde multa frumento referta paßim haberet, in quæ ſuperiorum annorum, qui fertiles fuerant, fruges erãt repoſitæ: nequaquam inſignem illum maximeq; regium imperatorem Baſilium Macedonem imitatus. Nam quum is populum Conſtantinopolitanum fortè triſtem uidiſſet, eiusq; mœroris cauſſam famem eſſe didiciſſet: huic malo remedium ſollerter inuenit, graui bellua uiolentis quaſi pugnis contuſa. Iußit enim medimnos XII ex horreis publicis aureo ſaltẽ uno uẽdi. Sed enim de his quiſq; ꝓ animi ſui libitu ſtatuat. Ceterũ Phocas ſuſpicione quadã de imperatrice cõcepta,

Vitia Phocæ.

Nicephori ſordes in fame.

Baſilij Macedonis liberalitas.



Ayuntamiento de Madrid

Contra Zimiſchẽ Phocæ conatus.

quòd eſſet amore Zimiſchis capta, quodq́; conſuetudo quædam inter eos clandeſtina intercederet, ac præterea cognito, Zimiſchẽ ſingulari libidine imperij flagrare: poteſtatẽ & magiſtratũ ei abrogat, uitamq́; priuatã agere iubet, nihil aliud in eum durius ſtatuens. Verùm imperatrix grauiter moleſteq́; ferens, Zimiſchẽ ab aula remotũ: perſuadet Phocæ, ut hominẽ reuocaret, eiq́; dignitatẽ priſtinam reſtitueret. Quapropter ille reuertẽs animo læſo & uulnerato, ſpecie quidem tenus ſe adfectionũ expertẽ atq; triſtem fraudulẽter ſimulabat: ſed dira ſecũ ipſe mala machinabatur, & animo ſuccenſebat. Hos laqueos & occulta conſiliorũ retia Phocas nõ animaduertens, inſtar aquilæ per aera ſubuolabat, & ad uirtutem contendebat. Nimirum in ore melleos Dauidis hymnos habebat, humi duris in ſtragulis cubabat, lectos purpureos aſpernabatur, à re uenerea, præſertim ſuperflua, ſic ſemet abſtinebat, ut ne per ſomnũ quidẽ de ea quidquã imaginaretur: deniq;, ſicut ille ait, argumẽta uoluptatum animi uelut in cælo capiebat. Quãobrẽ ab hominib. lõgè ſe remouebat, quaſiq́; fuga quadã inita ſemet domi cõtinebat, in morẽ ſolitarij paſſeris, et inſomnis cuiuſdã cicumæ: quæ res atq; ſtudia nõ placebãt imperatrici, uenereos amplexus requirẽti.

Phocæ cõiux inſidiatur.

Quapropter opportuno tẽpore Zimiſchẽ ſibi adiungẽs, cuius amore tota flagrabat, grauiter imperatori ſuccẽſentis: clã hominẽ cũ multis armatis in aulã intromittit, et quaſi uenatores quoſdã ad cubiculũ Leonis deducit, toriq; cõſortẽ (proh facinus improbũ) hoſtib. prodit, ut illa ſanguinaria Dalida Samſonẽ, ut Helena maritũ heroem, præliatorẽ inſignẽ. Quæ nã leæna tale quippiã fuit auſa facere? quæ tigropardalis? quæ urſa? quæ bupreſtis? quæ zygæna? Nimirum canes illi Phocam indagantes intrò currunt,

*currunt, reperiunt eum cubantem humi tenuiter, diuina quædam uerba pronuntiantē interſiciunt.* Hoc modo iu-*ſti uiri ſanguis in terram profundebatur, ut* Abelus *olim à* Caino *fratricida necatus eſt, & ad* Deū *querelas lamentabiles emittebat. Secundum hæc* Zimiſches *coronā imperatoriam ſibi uindicat, & rurſum copias aduerſus* Arabes *educit, rurſus enſem* Syri *efficacem guſtant, rurſum* Phry-*giæ gentis princeps fuga ſibi conſulit.* Etenim *hic imperator gladio contra hoſtes uibrato, barbariſq́; finitimis* Ro-*manorū imperio territis, oēs ferociam animi ſuperbiamq́; deponere coēgit, ac plurimū* Romanis *finibus, qui ab hoſtibus ualde coarctati fuerāt, adiecit: caſtris ad* Tigrim *amnē uſq; promotis.* Metuebāt *robur eius* Ciliciæ *præſidiorum munitionumq́; principes: manus rei militaris gnaras* Phœnicū *natio fugiebat:* Syri *cū pallore bellū reformidabant.* Conſpexit *hunc imperatorē* Edeſſa, *conſpexerūt* Eu-*phratis campi: cuius amnis aquas* Romanorū *equi hauſerunt, & ea loca paßim ſuis hinnitibus repleuerūt.* Conſpe-*xit eumdē* Danubis *fluuius, cōſpexerunt* Iſtro *uicini* Scy-*thæ cædentē hoſtiū agmina, duces nationū perrumpentē, occidentē, perſequentē, anteſignanos in fugam cōijcientē, non aliter, atq; leo delatus in boues, eos ipſos mactat atq; dilacerat.* Amniū *aquæ in ſanguinē tunc cōmutatæ fuerūt, ipſo etiā* Iſtro *cruentato.* Percurrebant Romani *uicinas ei planicies, barbarorū animis formidine perculſis.* Talis *nimirum paſtor erat* Zimiſches, *qui belluas perſequebatur, pro ſuis pecudibus excubias agebat, nec ſomnū oculis uidebat ſuis, in hoc incumbens, ut immaniū ferarū maxillas contunderet.* Rurſus *idē pacis tempore mitis, ſuauis, urbanus erat.* Oculos *habebat amabiles, uultus meram uoluptatem ſtillabat, facie lætißimus, manu munificentißimus,*

Ioānes Zimiſches imp. an. VI.

Res ab Zimiſcha geſtæ.

Tales oportebat eſſe reges uniuerſos.



Ayuntamiento de Madrid

*corde magnanimus & planè magnificentiſsimus: erat deniq; paradiſus quaſi quidam nouus, è quo fluuij quatuor promanabant: iuſticia, prudentia, fortitudo, temperantia. Quòd ſi* Phocæ *imperatoris cæde ſemet nõ cõtaminaſſet, reapſe fuiſſet inſtar ſideris luciferi.* Poſteaquã *naturæ debitum perſoluiſſet, exactis poſt* Phocam *in imperio ſex annis: efflorеſcere cœperunt* Baſilius *&* Conſtantinus *purpurigenæ,* Romani FF. *qui pridem rebus præfuerat, patre* Conſtantino *natus*. Hi *patritum & auitum imperium aliquamdiu prorſus obſcuratum, & tam* Phocæ, *quàm* Zimiſchis *annis interruptum, rurſus in lucem extulerunt, quaſiq; interpolatum continuarunt, aurea cathena quadam colligatum*. Nimirum *accidit hiſce purpurigenis eiuſmodi quiddam, ac ſi arbor, quæ hiberno tempore marcuit, rurſum uenuſtate ueris periucundè quaſi arridente refloreſcat: uel ſi pulcherrimi ſplendoris ſidus occultetur à nube, ac rurſum diſsipata re, quæ luminibus eius officiebat, effulgeſcat. Maior aũt è fratribus natu* Baſilius *abauũ ſuum* Baſilium Macedonẽ, *laborisq; tolerantiſsimũ* Herculem *imitatus, ac uoluptatib. repudiatis, otioſam mollemq; uitam peroſus, aſperitatẽ ac duriciem armorũ, loricas, galeas, enſes, tela cuiuis nectari præferebat*. Hoc *ſtudio ductus ueſtitũ mollem, menſas delicatas, lectulos purpura cõſtratos, unionũ geſtationes oderat: è cõtrario, ſcutorũ colliſiones, & curruũ ſtrepitus maioris quàm quorũuis inſtrumentorũ melicis numeris animos oblectantium illecebras æſtimabat, adeoq; calcaribus, & tibialibus ferreis, & bellicis haſtis gaudebat*. Sed *enim fortuna inuidis eũ contuens oculis, feruorẽ hunc impetũq; reſtinxit & inhibuit*. Quippe *concitato ad defectionem* Barda Duro, *magnæ potentiæ uiro, bellicoſo, audaci, arrogante, cognato imperatoris:*

Baſilius II, Bulgarorum exterminator, & Conſtãtinus VIII, Romani II, FF. impp. an. L.

Res à Baſilio II, geſtæ.

Bardæ Duri ſeditio.

*ris: uelut alterum quemdam Aderum commouit, atq; ita uitam imperatoris conturbauit, ut uentus proceloſus ex nube prorumpens nauigiũ ſuccutere ſolet. Dum hoc bellũ diutius duraret, ac de induſtria protraheretur à Duro, periculis inteſtinis imperiũ exagitantibus: Aſia per Arabes uaſtata eſt, fines Romani à Syris coarctati, uicinæ Iſtro regiones cũ Thracia finitima Bulgarorũ excurſionibus uexata. Medius inter hos imperator, tamquã in mari nauicula, fluctuabat: auiculæ pullo in ore draconũ ſimilis. Verũ mox hiemis loco uer effulſit, & pro tempeſtate proceloſa ſpirare cepit aura iucunda, tranquillitatẽ rerum omnium ſecum ferens. Nam Bardas imperatoris ſe uirgæ ſummiſit, & omnes clam regnum adfectantes ſemet repreſſerũt. Ab eo tempore mox imperator Arabum ditionem, Phaſidi uicinam terram, Phœnicen preſteris in morem inuaſit: quo factum, ut Iberi atq; Tauroſcythæ uehementer expaueſcerent. Ita celeriter uniuerſam Aſiam percurrit, neque ſuis oculis quietem ſomnúmue conceßit ullum, donec laceratores ouium lupos exterminaſſet. Senſerunt & Bulgarorum optimates potentiam ipſius, campis eorum ſanguine tinctis, & cadaueribus paßim quercinorum truncorum more ſparſis, quaſiq; ſiluam quamdam efficientibus. Milites Romani tam grauis quàm leuis armaturæ per Thraciam liberrimè tum uagabantur, examinatim proſtratis non minus ubique Bulgaris, atq; olim Troiani paßim cæſi iacebãt, Achille ipſos trucidãte. Quapropter de ferocia ſua nonnihil remiſit barbarus, qui ſuorũ militum robur extinctũ cerneret. At eodẽ mox clamores bellicos edẽte, claßicũq; tollente, Baſilius quoq; gladio ſemet accingebat, aheneumq; ſcutũ Martis inſtar quatiebat, cãpis armatorũ multitudine cõpletis. Nõ. n. ſolebat*

Bulgarica bella.

regijs

Ayuntamiento de Madrid

regijs in thalamis cubare, more delicatæ ac teneræ puellæ, quæ uirorum conſpectum fugit: ſed matutini rores cincinnos ipſius plerunq; madefaciebant, qui olim unguẽtis imperatorijs perfundebantur. Rurſus ergo pugnæ ancipites atq; cædes occipiebantur, & barbari animi ferociam barbarus oſtentabat inſtar apri, qui haſtæ cuſpidẽ ſuam et intra uiſcera furens adigit. Iam ab utraq; parte milites ad prælium armari: omnes iram pugnamq; ſpirare: omnes loricis ferreis, ſcutis æreis, haſtis grauibus ſeſe munire: tuba mauortium ac bellicum quiddam ſonare: haſtæ denſari ac inhorreſcere: clamores tolli: cuncta in utroq; exercitu apparari. Quum ad manus uentum eſſet, leonum & ſpumantium aprorum more concurrebant: enſes furebant: manus haud ceſſabant, ſed cadentium cruore polluebantur: ſcuta cum haſtis comminuebantur, terribilemq; ſtrepitũ excitabant. Interim ſuos imperator obire, tamquam celeriter uolans accipiter, & aduerſus hoſtes irritare. Tamdem Bulgarorũ copijs terga dantibus, Romani fugientes perſequi, poſtremum quemq; cædere, cadentem pedibus proculcare, principem gentis indagare, neruos equorum incidere, caſtra hoſtium diripere, ſpolijs opimis potiri. Sic Bulgarorum faſtum imperator coërcuit, & ſupercilium illud elatum depreßit: ſic agitatos fato quodam canes ſuis à caulis & gregibus abegit: ſic ſuperbos miſeros, ſic feroces timidos, ſic ex liberis ſeruos, per uarias ærumnas effecit. Sed quando nemini parcit Orcus, etiam Baſilius ad mortis delatus eſt portas: quæ fulcrum illud Romanorum inſtar frumenti triturarunt. Accidit tamen hoc illi ma ura prouectaq; iam ætate, quum imperio L. totis annis præfuiſſet. Poſt eum regia poteſtas ad fratrem ipſius Conſtantinum deuenit. Sed uerum erat in hoc omnino

Victoria de Bulgaris.

Cõſtantinus VIII, ſolus imp. an. II.

uer=

Ayuntamiento de Madrid

uerbum illud uulgo iactatũ: Ex eadem argilla pelluuium & poculum, ex eodem ligno uas coquinarium & ſcopa. Nam horum fratrum uitæ modis infinitis & ex diametro pugnabant. Baſilius ſpretis uoluptatibus, omnem uitam in rerum bellicarum exercitatione conſumebat, uiros equeſtres, armatos, loricatos, ad bellum comparatos magni ſemper faciens: ediuerſò Conſtantinus tibialium calcaria cum tunicis ferreis ne adſpicere quidem ſuſtinebat, curruum ſtrepitus ne per ſomnum quidem audire, bellicæ tubæ clangores, uoces & tumultus martios ferre non poterat: uoluptatibus lautisq; menſis perpetuò deditus, ac delectationem capiens ex conſuetudine impudicarum mulierculàrum, ſaltatricum, tibicinarum, ridicularum, citbariſtriarum, tametſi iam decrepitus ſenex foret. Idem formidoloſo corde præditus, nuda et leui plerũque calumnia perpellebatur, ut complures oculis ſpoliaret, tamquam fraudes defectionis occultè ſtruentes. Quũ filias tantum duas haberet, deq; illis ſollicitus eſſet, ac monitus à quibuſdam foret, imperio poſt ipſum quemdã ordinis ſenatorij uirum, cui nomen eſſet Romanus, cognomentum Argyropulus, potiturum: ui hominem adegit, ut uxore prima repudiata, Zoen filiam ſuam in Purpura natam matrimonio ſibi iungeret. Atq; his ita conſtitutis & ordinatis, uitam cum morte commutauit: quum perpuſillo tempore, ſolo nimirum biennio, rebus præfuiſſet. Inde Romanus in ſolio regio collocatur, uir ſapiẽs, religioſus, diuinas res ſtudioſè perueſtigans, libris plerumque ſemet oblectans, & nocturnis ſtationibus. Virgini deiperæ delubrum magnificentiſsimum exſtruxit, quod Periblepta ſiue Spectatiſsimæ templum nuncupant. Ceterùm imperatrix ætate uigens, & tentationibus corporeis incaleſcens, ac Ro-

Fratrũ diſsimilitudo.

Romanus III, Argyropulus imp. an. V. menſ. VI.

Ayuntamiento de Madrid

ac Romanum interea uidens ſuis intentum rebus uiuere, qui mulieri ſe iunctum nõ recordaretur, & quidem iuueni: prauis & improbis quibuſdã cogitationibus mirè diſcruciabatur. Erat autem quidam adoleſcens, forma uenuſta & elegante, nomine Michaelus, patria Paphlago, in quem uerſantem in aula coniectis imperatrix oculis, animaduerſoq; uultus ſplendore ac gratia, (genas enim delicatulas & teneras habebat, colore præditus optimo, uenuſtus, cute candida, rubicundus, meros amoris rores ſtillans) non ſolum exardeſcebat, uerumetiam cum eo conſuetudinem habebat, & oculos ſuos frequente Michaeli contuitu paſcere ſolebat. Tamdem aliquando Romanum imperatorem, balneis ſe recreantem ac fouentẽ, adorti uiri quidam facinoroſi, draconum ritu collum eius cõſtringentes, ſuffocarunt: incertum quo pacto, & per quos ad hoc ſcelus impulſi: uel annuẽte (ceu uulgo perhibẽt) Zoë, uel prorſus ignara. Nihil enim heic, quod dicam, habeo. Sic ille uitam & imperium reliquit, annis eo quinq;, cum ſex menſibus, potitus. Extincto Romano, Michaelus imperare occepit, paullo antè obſcurus ob generis humilitatẽ, mercedem hanc furtiuæ conſuetudinis nactus. Erat autem Michaelus non forma ſolum præſtante, uerumetiam uirtutũ donis fulgebat, quæ animi ſunt exornatrices, ac mentis faces. Nam uti uir prudens intelligebat, ac ſecum ipſe conſiderabat, ex quàm humili ſorte maximam ad ſublimitatem perueniſſet. Propterea facilis ad eum patebat aditus, hominem faſtus expertem, modeſtum, ad miſericordiam procliuem, miſerantem calamitoſos, egenos ſubleuantem, pauperes beantẽ, ab inopiæ gelu læſos uiciſſim quaſi calfacientem & fouentem, ſitientes aureo potu rigantem. Nemo in conſpectum eius admiſſus, lacrymans abibat: nemo pe-

Zoës laſciuia.

Romanus ſuffocatur.

Michaelus IIII, Paphlago imp. ann. VII.

Michaeli uirtutes.

Ayuntamiento de Madrid

mo petens aliquid, ægro diſcedebat animo. Sed enim grauiſſimo quodã morbo laborabat, ut Saulus olim, à genio malo uexatus: quo fiebat, ut uitã calamitoſam & periculis obnoxiam ageret, uel corporis ſuccuſſionibus hominẽ perturbantibus & proſternentibus, uel graui ſcelerũ uindice genio cum ipſo colluctante. Quippe frequẽter amiſſa uoce humi collabebatur, ore ſpumam ſaliuamq; copioſam reijciens, & labris nigricantibus, oculis diſtortis, ſonos quoſdam horribiles, obſcuros, brutos emittẽs. Quòd ſi qui opem laboranti non ferrent, caput ſuum tamquam alienum parietibus allidebat. Quoties malum nonnihil remittebat, longè acrius & ardentius uirtuti ſtudebat, internamq; ualetudinem curabat, ſolitariæ uitæ cupidiſſimus. Habebat autem fratres, uiros improbos, fucos rapaces, intractabiles, belluinos, inſolentes: qui apud porcos ætatem exegerant, & bubulci opilionesq; fuerant, hircum redolentes, glandium & aliorum ſilueſtrium fructuum collectores. Et horum princeps ſceleribus erat is, qui etiam ætate reliquos antecedebat, iamdudum caſtratus, uir moribus nequiſſimis, ferox, ſordidus, præfectus ijs ædibus, in quibus ſenio confecti curabantur: qui ſanè imperij negotia ſurſum deorſum uolutabat, & imperatorem ita tractabat, ut belluas ſuas leonum curatores ſolent. Hic etiam auctor fuit, ut Michaelus quidam, imperatoris ex ſorore nepos, ab imperatrice Zoa adoptaretur. Igitur imperator hunc quidem adoptandum dat coniugi, & hominem planè brutum ac porco ſimilem Cæſaris corona cingit: ipſe uerò morbo conſueto preſſus, indumentum purpura melius, ueſtitum ſcilicet nigrum ac ſpiritualem, pro turbulenta uita tranquillitatem amplexus, ſumit: quum in imperio ſeptem annos exegiſſet.

Michaeli morbus.

Fratrũ imp. nequitia.

Secundum

Ayuntamiento de Madrid

*Secundum hæc gubernationis curam in ſe transfert impe ratrix, & mariti ſui nepotem ex ſorore* Michaelum *non rectè ſignis imperatorijs exornat, hominem diabolicum, belluinum, à natura procliuem ad quæuis facinora, & ob iuuentutis inſolentiam pullo conſimilem, frenum reſpuenti, & inſultus ac recalcitrationes petulantes ei pro nutricationis præmio reddenti, quæ ipſum uelut uberibus ſuis aluerat, poſteaquàm ſcilicet mammam eius ſuxiſſet, & ad ſatietatem ab ea paſtus fuiſſet.* Atq; *hac quidem in parte nata in* Purpura Zoe *commiſit ex ignoratione quiddam, quod ærumnarum ei uariarum origo fuit: quæ nimirum ſerpentem in ſinu ſuo fouerit, & imperij mammam draconi præbuerit.* Etenim *poſteaquàm tantarum rerum adminiſtrationem aggreſſus eſt homo iuuenis, expers conſilij, ferox, contumax, muſti recentis in morem feruens & ebulliens: fortunæ propitiæ benignitatem ferre non potuit: ideoq; confuſum ac profundũ in præcipitium prolapſus eſt.* Nam *proſperitas eſt (ut aiunt) conſimile quiddã graui plumbo, & ſi hominem robuſtum nõ nanciſcatur, qui oneri ferendo par ſit: pronum in terram præcipitat, & proterit.* Primum *igitur* Michaelus *imperij proceres & conſiliarios principes barbaricum in morem genitalibus exſectis multauit, quo facto à prima quaſi linea ſe improbum declarauit.* Quippe *ſceleratos homines, & ad malitiam ſollertes, uel uno quis die (ceu dici conſueuit) agnouerit.* Deinde *iuuenibus puerilia conſilia ſuggerentibus adiunctis ſibi, ac primorum in conſiliariorum numerum relatis, perinde ac* Roboamus *olim,* Solomonis F. *ſeſe gerebat:* Zoen *&* Theodoram *reginas eiecit, & raſas quamdam in inſulam relegauit.* Ea *res grauiſſimas miſero turbas dedit, non aliter, atq; ſi uentus in mare incumbens,*

[Margin: Michaelus V, Calaphates, imp. mẽſes IIII.]

[Margin: Ingratitudo Michaeli erga Zoen.]

[Margin: Zoe cũ Theodora relegatur.]

Ayuntamiento de Madrid

bens, totum ab imo cõmoueant. Animaduertere tum erat ex certis rerum argumentis, quanta res ſit beneuolentia plebis erga principem, & quantæ ſint eius uel regis, uel magiſtratus, uel bellici ducis uires, qui animo erga ſubditos paterno adfectus eſt, & uiciſsim ab eis tamquam liberis ſuis diligitur. Poſteaquàm enim auditione populus ea, quæ geſta fuiſſent, accepiſſet, nimirum reginas ab imperatore ſolum uertere iuſſas, inuitè raſas, nigris ueſtibus indutas: ingenti furore percitus, mox lapides, ligna, quaſuis res ſemet offerentes, glebas, clauas, gladios corripit, ipſis etiã mulierculis radios haſtarum armorumq; loco uſurpantibus. Deinde magno cum clamore ad imperatorem currunt, manibus & animis reginas ab eo repetentes, & ipſum Michaëlum uocibus immaniſsimis cõuiciando proſcindentes. Ille uerò prius draconi terribili & leoni ſimilis, nunc inſtar leporis feminæ uel chamæleontis formidoloſus conſpici, de ferocia remittere, celeribus nauigijs reginas adducere, gubernationem & imperium eis auitum patritumq; reſtituere. Nihilo minus de integro fax ſeditionis accenſa fuit aduerſus hominem abominandum. Quapropter ineuitabili ui perſpecta, quum inſtar urſi à canibus cincti ſe undique circumdatum cerneret: uitam fuga conſeruare nititur, & (quod uulgo dici conſueuit) lepus ad rupem ſeſe proripit, ad menſam myſticam perfugij loco tendens. Verùm populus ſæpenumero ad furorem uſque accenſus, ignem ipſum uincere ſolet. Nam quum intra ipſamet adyta ſacra curſu perrupiſſent, inde miſerum auellunt, & clamanti, gementi, lacrymanti oculos nouaculis eruunt, eadem pœna etiam * patruo ipſius irrogata, qui uir erat moribus improbis, nequam, ſceleratus, [illegible] appetens. Imperij guſtum non

Populi ſeditio.

* Zonaras et alij, auunculo.

non ultra quatuor menſes percepit. Secundum hæc rurſus imperatrices adminiſtrationem rerum in ſeſe recipiunt, & traditum à maioribus imperiũ uſurpant. Quare procul expulſa uexationum tempeſtate, iam dulcis fauonius ſpirabat, & ſerenitas quædam ſuauiter arridebat. Ceterùm regina Zoë, quum ſtatuiſſet imperium Romanum uirilis imperatoris opera indigere, ſimulq́; ſucceſſores ex ſe natos conſequi cuperet: (quippe tametſi cuiuſdam arboris inſtar à duobus hortulanis rigata fuerat, tamen periculum erat, ne abſque germinibus & folijs arida maneret) elegantem quemdam uirum, cui Conſtantino nomen eſſet, Duellatori cognomentum paternum, è Lesbo celeribus nauigijs arceſsiuit. Nam relegatus in hanc inſulam fuerat à Michaelo, qui non ita pridem regnauerat, propter imperij cupiditatem, quod ad ſe rapere conatus fuerat, uti nonnulli tradunt, (diuerſi enim hac de re rumores emanarunt) adfirmantibus alijs, quorum aliena putatur à mendacijs lingua, propter occultam cum imperatrice Zoë conſuetudinem exſulatum abire iuſſum in eam, quam diximus, inſulam: quum parum abfuiſſet, quin oculos etiam amitteret. Nunc autem contrariam in partem lapſa fortunæ teſſera, & aliter conuerſis quaſi teſtis illius, imperator & rerum dominus renuntiatus eſt, qui antea condicione ſeruus erat, & exſilio multatus, & in cuſtodiam datus. Neque multo pòſt Zoën imperatricem matrimonio ſibi iunxit. Ita

Tertium Zoës coniugium.

Cõſtantinus IX, Monomachus, imp. a. XII.

" nimirum uerſatur in incerto uita mortalium, ita rerum
" humanarum rota ſurſum deorſúmque currens, omnia uo-
" lutat, & confuſè inuertit. Accepimus autem fama, Duellatorem hunc, rerum quidem militarium fuiſſe prorſus imperitum, ceteroqui uerò magnificum, liberalem, ur-

banum,

Ayuntamiento de Madrid

banum, magnanimum, moderationis & æquitatis ſtudioſum, ac præſertim ita munificum, ut eſſe liberalitatis quoddam quaſi mare uideretur, cuius fructu multis frui contigit, emittentis quaſdam quaſi uenas, & ſcaturientis in morē auriferi Pactoli, Niliq; argentiflui. Quippe munificas ipſius manus expertæ ſunt nationes integræ, templa, pauperes. Erat enim fluuius ubique ſemet effundens, & munera copioſiſsime diſtribuebat in ærumnoſos, tamquam in tubulos & canales haud perfoſſos. Superbus quidem ille Xerxes, Perſarum rex, quum æſtiuo tempore ſub platano pulcerrima recubuiſſet, arborem ornamentis inanimis uiciſsim coboneſtauit: at huius imperatoris beneficijs continuis ſcopuli, arbores, inſulæ, prata rigata ſunt. Tam magnum animum, támque locupletem habebat. Quòd ſi quis eius magnificentiæ cupit argumentum habere, fidem illi faciet domus illa ſplendiſsimè conſtructa de fundamento, in honorem uictorioſi teſtis Chriſti Georgij. Sed enim qui adeò fulgebat bonis ſupra cedros, & qui uirtutibus florebat, tamquam omnibus durans ætatibus Phœnix, corpore admodum erat languido & adfecto. Nam podagra laborabat, conſtrictis quaſi per compedes quoſdam pedibus. Quamobrem in lecto decumbere coactus, ægros & diſcruciatos pedes curabat. Hinc tot in ipſum tempeſtates & ærumnæ ſunt concitatæ. Notus eſt acerrimus ille Maniaces, giganteo more bellicoſus, manu promptus, cædibus gaudens, audax, fortis, animoſo cordis impetu feruidus. Is quum egregias militum copias coegiſſet, quaſi nubes quædam horrida caput imperatoris operuit, quæ non pluuias uehementes & aquoſas, ſed fluxus ſangui-

Conſtantini liberalitas.

Maniaces adfectator imperij.

*nis minaretur.* Hinc *caſtellis & opidis captis, ira feruens progrediebatur, centauros inſolentia ſuperans, ut* Capaneus *magnificè ſemet efferens, ut* Antæus *cum faſtu ſemet oſtentans.* Et *quis eiuſmodi ſe malum euitaturum ſperaſſet?* » Enimuerò *quiſquis* Dei *manibus cuſtoditur, gigantes non formidabit, belluas non metuet, non ferrum, non os ardentis camini timebit.* Magis *enim habet opitulatorem* Deum, *quàm* Pantarbes *lapis, uel ferarum ad* Tigridem *perſequutor ille* Midas. Poſt *haſce turbas lætos ſol uiciſſim radios emiſit, & illunem illam noctem atque nubem diſſipauit: ut iam & imperator, & urbes lucem caliginis expertem cernerent.* Quippe *immanis illa bellua cæſa eſt, & uniuerſi crudeles ipſius maxillas euitarunt.*

Tornicij ſeditio,

Rurſus *autem aliud malum enatum eſt, nimirũ* Tornicius, *alia beſtia, quam olim conſpexit* Danielus, *omnia proculcantem, comminuentem, pedibus atterentem, & reliquias dentibus confringentem.* Verùm *hunc quoque uindicta citius telis ſuis ineuitabilibus confixum abripuit.* Quo *facto, tranquillitatem nactus eſt imperator ſolidam, & tempeſtatis expertem.* Tamdem *grauibus morbis confectus, natura debitum ſuum exigente, rebus ſuis ex animi ſententia conſtitutis & ordinatis, uitam cum morte commutauit, imperio* X I I *annis adminiſtrato.*

Theodora imp. an. I.

Conſtantino *mortuo, ad* Theodoram Zoës *germanam ſororem, quæ dudum obierat, imperium rediјt.* Non *diu rebus præfuit,* X I I *uidelicet menſibus: quumq́; ſe migraturam è mortali corpore depræhenderet, etiamnum uirgo, ceu perhibent, uirum quemdam ætate prouecta, ſenemq́; prorſus capularem in locum ſuum ſubſtituit.* Ei *nomen erat* Michaelo, *prorſus decrepito, cum cornicibus annoſitate certanti, conſequutoq́; rude donandam ætatem:*

Michaelus VI, militaris, imp. an. I.

Ayuntamiento de Madrid

tatem: qui tamen alioqui grauis & optimus eſſe uideretur. Sed enim cordis ſui quaſi germina producere in lucem, & ſpicam in imo latentem extrudere non poterat. Quippe famuli Theodoræ poteſtatem uniuerſam uſurpabant, contemto Michaelo, ueluti braßica ſucci experte, folijs nudata, iam putreſcente. Præterea terribilibus ſacramentis ſemet obligauerat, policitus ſe ceſſurum ipſis quibuſuis in rebus. Quapropter umbra tenus & uerbo tantum imperator erat: cetera per eos adminiſtrabantur, quos diximus Theodoram Michaelo reliquiſſe, tamquam pueri curatores, cuſtodes, patres. Bis enim pueri ſenes, ut eſt in prouerbio. Hinc uſuueniebat, ut quicumque palpos iſtis obtrudebant, frequenter adibant, in omnibus eorum nutui parebant, beneficijs multiplicibus adficerentur. E' diuerſo, uiri militares, rerum bellicarum periti, familijs illuſtribus prognati, nobilibus & heroicis orti parentibus, tamquam uas aliquod fictile nullius pretij reijciebantur. Eius rei certum præbet argumentum Iſaacius ille Comnenus, qui ex præclarißimis facinoribus nomen atque famam celeberrimam conſequutus erat, uir manu promtus, & bellicis in rebus exercitatus. Is Michaelo conuento, quum fructus laborum uberes ſe percepturum exiſtimaſſet, ſpe ſua fruſtratus, ac non tantum non decerptis roſis, uerumetiam à peßimis illis imperij gubernatoribus ſpinis iniuriarum punctus: immenſo dolore percitus, ad tyrannidem ſpectare cepit. Quumq; Conſtantinum Ducam & multos alios opulentiſſimos ac nobiliſſimos homines ſocietate ſibi deuinxiſſet, ac militum copias ex Aſia collegiſſet: rectà imperatorem inuaſit, ſolio eum deiecturus. Eius rei fama trepidus ille ſenex Michaelus ad ſe perlata, ſtatutoq;, potius eſſe, ut obſcurus ageret in

Mala rerum administratio.

De Iſaacio Comneno.



Ayuntamiento de Madrid

ætate tumulo uicina: paratus erat imperio cedere,idq; Comneno permittere. Verùm ij, quos diximus, adminiſtratores imperij non ſolum nõ cupientes publicæ rei ſaluti conſulere, ſed potius eam longè adflictiſsimam grauiſsimis fluctibus demergere ac obruere cogitantes, repugnantem ac tantum non planè ſepultũ ad bellum gerendum & opponendũ hoſti aciem incitabant. Hinc inteſtino exorto diſsidio, manus & haſtas Romani cum Romanis conſeruerũt, ſanguineq; cognato polluerunt, diuiſi & commoti aduerſus ſe inuicem ueluti per noctem lunæ expertem, fratribus in fratres exacerbatis. Tamdẽ Comnenus prælio ſuperior euaſit, & Michaelus inuitus amiſit imperium, quod annũ unum obtinuerat. Itaq; Comnenus celeriter occupata urbe principe, ac imperatoria corona ſumta, rempublicam arbitratu ſuo adminiſtrare cepit, ſeq; pro maieſtate erga quoſuis, propinquos, remotos, cum poteſtate rebus præfectos, gerere: toto pectore adulationibus infeſtus. Eam ob rem grauior aliquato nõnullis, & ferocior, quàm par eſſet, uidebatur. Vbi non longo tempore, nimirũ biennio, potitus imperio fuiſſet, ac uti prouerbio dicitur, inſtar graminis floruiſſet, paulloq; pòſt ex diris morbis emarcuiſſet: Ducam quidẽ inſignibus exornat imperij, qui ſuos ei theſauros aperuiſſet, ac inuadendæ tyrannidis conatum adiuuiſſet: ipſe uerò uitã aſperam & Deo placentẽ amplexus, ueſtitũ nigrũ induit, & uarijs diuturniſq; laborib. exhauſtus, ſanè quàm laudabili fine uitam in terris ſuam clauſit. Poſt eũ Ducas occepto imperio, tanta id æquabilitate moderatus eſt, ut neq; neceſſariũ in rebus gerendis impetum prorſus inhiberet, ſed gradatim ac pedetẽtim progrederetur: neq; præceps rueret, ſed audacem iracundiã cathena quaſi quadam conſtringeret, nec opinatis præcipitijs & periculis

Iſaacius Comnenus. imper. an. II.

Cõſtantinus X, Ducas, imper. an. VII.

Ayuntamiento de Madrid

periculis euitatis. Quũ domum ſuam ſeptẽ liberis ceu colũnis fulciſſet, iamq; uitã & res humanas relicturus eſſet: infinitis & cõtinuis curis animũ diſcruciabatur. Amabat imperatricem, & uolebat quidem illam manere liberûm ſuorũ curatricem, regniq; participem: ſed uiciſsim delicatam & teneram eius ætatem ſuſpectã habebat, futurumq; metuebat, ut illa ſecundas ad nuptias tranſiret, (nec enim flammarũ & tentationũ carnis expers erat) ac poſt obitum ſuum ex alio liberos gigneret: unde forſan conſequeretur, ut ex ſe nati uelut euaneſcerent, imperio ad illos alteros tranſeunte. Huiuſmodi cogitationum fluctibus agitatus, imperatricem ab hoc inſtituto reuocare conabatur, & liberum ſuis imperium relinquere, tutoribus eis & curatoribus alijs, tamquam impuberibus, conſtitutis. Sedenim quod futurum eſt, quauis re potius & ualentius eſſe, « ac mortalium ratiocinationes & corda uincere uidetur. « Quippe quum hæc imperatrix odoraretur, & totum mariti conſilium animaduertiſſet: ſeipſam terribilibus ſacramentis, quaſi quibuſdam uinculis, adſtrinxit & obligauit, policita numquam ſe ad alteras nuptias progreſſuram, ſed liberis communibus imperium conſeruaturam. Secundum hæc Ducas in fata conceſsit, & terrenam mortalemq; molem depoſuit, imperio ſeptem annis adminiſtrato. Succeſsit ei coniux Eudocia cum liberis, in qua ſtatim ab illius obitu ſæuientes carnis libidines procellam quaſi quamdam excitarunt. Quid autem rei acciderit, indicare uera narratione libet. Erat dux quidam copiarum, Romanus, cognomento Diogenes, natione Cappadox, uultu uenuſto, pulcro corpore, lacertis robuſtis, forma regno digna. Hic quum rempublicam adminiſtrari cerneret à muliercula fuco pingente faciem,

Eudocia cũ Ducæ FF. imper. menſ. VII.

Romani Diogenis motus.



Ayuntamiento de Madrid

ciem, & imbellibus pueris: draconis in morem ſibilo contra paſſerculos implumes edito, matrē unà cum pullis deuoraturum ſe minabatur, ignorans homo ſtolidus, ſagitta etiam aquilam aëra permeantem in terram deijci, & furculis per lineas plagas connexis urſos capi. Quum ergo Thraciæ uicinas urbes obiſſet, quodam uelut apum examine collecto progredi cepit, & ſeditionem concitare, hortorū uinearumq; cultores lædere, prædæ ſubijcere, quotquot armati ſem. i opponerent. Non multum intercesſit temporis, quum bos ille mugiens & ingentis pectoris à canibus capitur, & ad luendas facinoris pœnas abducitur.

Inſperata fortunæ uicisſitudo.

Ad eius conſpecti pulcritudinem imperatrix obſtupuit, amore capta eſt, perpetratum à Romano facinus pro nihilo duxit, ſacramentis illis horrendis planè ſpretis in amplexus captiui ruit, pro carcere ſponſalem ei thalamum aperit, pro numellis ueſtes unionibus ornatas largitur, pro toro ex agreſtibus frondibus humi parato lectum regium præbet, imperatorē deniq; renuntiat eum, qui iam iam orco tradendus fuerat. Hi tui ſunt, ô uitæ rota, luſus.

Romanus IV, Diogenes, imp. a. III, m. II X.

At Romanus, ubi tantum ad faſtigium rerum præter ſpem ueniſſet, ab ipſo limine primoq; curſu oſtendit, quàm uirilis animi foret. Non enim corporeis uoluptatibus inhiabat, non aurea purpureaq; ueſte delectatus, inſtar miſelli uermis, è terra paſtum quærentis, uiuebat obſcurus, regijs in cubiculis abditus, hoſtes fugiens, prælia detrectans, aduerſus improbos & nefaria deſignātes gladiū non uibrāst ſed excitato aduerſus Agarenos animo, uindice gladio in eos ſtricto, terra cadaueribus ipſorū ueluti manipulis cōſtrata, undis eorū ſanguine tinctis, quæ Romanorū fortitudo ac uirtus foret, & quos lacertos in prælijs haberent, oſtendit. Quòd ſi ſtrenuum magnanimumq; uirū inuidiæ

malum

Ayuntamiento de Madrid

malum nõ impediſſet, nec improbitatis uipera momordiſſet: ne quidem calonum quiſpiam gladium eius ultorẽ euaſiſſet. Sed enim malitiæ ſpina & inuidiæ ſtimulus eum punxerunt acrius, quàm quiſquã ſcorpius, ipſis etiã oculis eruẽtis. Erat enim aliàs Romanus à natura ferox, cõtumax, ſuperciliosus, faſtoſus, amans ſui, iudicij proprij tenax: & hoc tempore magis etiam purpuræ cauſſa inflatus erat, quodq; imperator Romanorũ eſſet, animos maiores ſumſerat. Præterea quædam acceſſerat mentis inconſtantia, mores uariabiles, erga quoſuis tam familiares, quàm alienos & extraneos diffidẽtia ſuſpicax, quaſi omnes ipſi inſidiarentur. Has ob cauſſas grauis & acerbus eſſe uidebatur non optimatib. modò: ſed etiã cõiugi, Ducæq; liberis. Hinc ſequuti clandeſtini ſuſurri, molitiones, doli, ſuorum odia, caſſes, laquei, meditantum, quo pacto citra laborem omnẽ & periculum imperatorẽ hoſtibus proderent. Eius proditionis poculũ Cæſar, Conſtantini Ducæ frater, cuius filius Andronicus id tẽporis exercituum dux erat, miſcebat. Igitur cũ filio ceteriſq; copiarum ducibus conſiliũ ſuũ cõmunicat, quo periculoſum rete miſero nectebatur, & ueſtis letifera texebatur. Iam Diogenes in aduerſum Byzantio litus tranſiecerat, totis uirib. inuaſurus & mactaturus lupos, in ſacrarum & Chriſtianarum ouium caulas proſilientes ac graſſantes: quum columba quædã alicunde aduolans placido alarũ motu, ad ipſius genua ſeſe demiſit, non qualis ad arcæ tectum quondam conuolans, finem appetiiſſe diluuij nũtiabat, & allato oleæ ramo abditum in arca Noam, alterum humani generis auctorem, ſolabatur: ſed augurium prorſus infauſtum, malorum indicatrix, nuntia ſiniſtra, uates aduerſi caſus infelix. Eam alitem imperator, ratus augurium lætum eſſe, ad impera-

Quantũ malum ſit inuidia.

Cõſilia proditionis.

Augurium.



Ayuntamiento de Madrid

» tricem mittit. Nam quæ ſibi euenire quiſque deſiderat,
» ijs ſe potiturum opinatur: adeóque cuncti mente conci-
» piunt ea, quæ uoluntate appetunt. Sed enim eo nihil eſt
» ærumnoſius homine, qui hoſtes domeſticos & eiuſdem
» tecti participes habet. Si domi aduerſarios alas, non te
» periculis eripere muri Babylonij queant, non Semira-
» midis turres, non pyramidum craßicies. Si proditor a-
» nimus magno cum malo tuo tecum uiuat, etiamſi cum il-
» lo degas in caſtello quopiam inexpugnabili, nihilo ta-
» men minus & munimentum illud occupabitur, & urbs
» quantumuis inſtructa defendi non poterit. Nunc Dioge-
nis caſus narratione complectamur. Graue ac ingens
prælium utrimque mouebatur, nimirum inter Roma-
nos & * Perſas: duces utrimque magna ira concitati
proruebant: mars hominum pernicies circumcurſita-
bat undique, cruore reſperſus, & in eo manus abluens:
quum quidem integra ſanguinis maria cuperet exſorbe-
re. In hoc rerum ſtatu hoſtes imperator inuadebat, late-
ra cædens, perſequens, haſtarum ictibus eorum uiſce-
ra paßim effundens: dixiſſet aliquis, uelocem accipi-
trem, & uitæ auicularum infeſtum, pullos teneris alis
præditos magno cum alarum ſtrepitu inuolare. Nimi-
rum ardentis preſteris in morem, ex aere nubéq; delapſi,
in hoſtes uidebatur irruere. Manus ſanguine tinctas ha-
bebat, dextra & gladius cædes ſtillabant, ueſtes cruore
cæſorum reſperſas & rubentes geſtabat, perinde ac ſi leo
quiſpiã timidũ nactus animal, eius latera diſcerpat ungui
bus, & ſanguinem promanantem hauriat, indéque cru-
entata labra oſtentet. Non centimanus ille Briareus hu-
iuſmodi facinora deſignauit, Sirenum cantus ſuperan-
tia, & Typhonis audaciam. Nimirum cædes impera-
tor

* hoc eſt, Saracenos ſiue Agarenos.

Ayuntamiento de Madrid

tor cædib. cumulabat, fortia facta patrabat, indefeſſus adamãtis in morem erat. Dum hæc ita gererentur, ad Romanos uictoria poſt tempus haud exiguum pugnatæ iam pugnæ ſpectabat, eiſq; læto & hilari uultu arridebat: quũ ecce barbariſſimus ille liuor, & ſcelerata improbitas, & nubes quaſi quædam inuidiæ diẽ tam ſplẽdidum deturpat & obſcurat. Nam ubi Cæſar primus initium fugæ feciſſet, uniuerſi relicto imperatore ſemet in pedes cõijciebãt. Hoc modo imperator denudato graculo conſimilis factus, hac & illac circumſpectabat, ſeq; ſolum intra laqueos inextricabiles delatum uidebat. Secundum hæc præcipui barbarorum proceres in eum ferociter irruunt, unà currentes, alter alterum anteuertentes, inter ſe decertantes, quis'nam ex omnibus Diogenem uiuum ſuam in poteſtatem redigeret. Ad extremum (eheu) barbarorum in manus imperator uenit: leo furentum pantherarum præda fit: auratas alas habens aquila capitur à noctuis. Quid deinceps euenit? quo pacto res geſta? quem exitum habuit? Barbarus ille gentis princeps, qui Diogenem uiuum ceperat, præter omnium ſpem animum inſolentem ac barbarum cum miti commutat, & imperatorem perhumaniter intuetur. Quippe hominis etiam « barbari mens erga regem aduerſis iactatum caſibus com « miſeratione tangitur. Itaque uir ceteroqui terbarbarus cognatos imperatoris & Romanos, extraneus ciues, & gentiles proditionis coarguit: maiorem eius curandi fouendique cauſſa ſollicitudinem ſuſcipit, quàm ipſimet familiares & propinqui: fœdus cũ eo ferit: gratiã mutuam conciliat: manus auxiliares porrigit: cum ſuis ad recuperandum imperium ablegat. Hoc pacto Romanus belluæ alicuius in morẽ è carceribus, ut è laqueis aquila eua-

Diogenes proditur à ſuis in curſu uictoriæ.

Romanus Diogenes à Saracenis capitur.

Barbari humanitas.

Ayuntamiento de Madrid

la euaſit, ut acipenſer hamo ſemet expediuit, rurſus imperij faſtigio ſe potiturum ſperans. Verùm has quoq; ſpes irritas ei fecit inuidia. Nã litteræ celerrimis nuntijs ad quaſuis regiones erãt miſſæ, quib. denuntiabatur, ut Romanus uniuerſis urbibus excluderetur. Hinc factum, ut miſer ille deſertus ac ſolus obuagaretur, ab amicis deſtitutus, egens opis & auxilij, nouus quaſi quidã Bellerophontes, ſic nimirum imperio deiectus & excuſſus, ut ille Pegaſo: quum eo trib. tantùm annis frui cõtigiſſet. Verùm ne ſic quidẽ inuidiæ flamma potuit extingui. Nã Michaelus Ducas, Conſtantini F. qui iam adoleuiſſet, ac primã barbæ lanuginem in malis oſtẽtaret, opera patrui Cæſaris uſus, itẽq; reliquorum procerum & ducum militarium, paterno ſemet in ſolio collocauit, & matrem grauiſſimè plorantem, ſuasq; uices deflentem, & reluctantem auguſtis ædibus expulit, uitæq; ſolitariæ tonſis capillis, quos antea Charites ipſæ unguentis delibutos irrigarant, & aureo ueſtitu cum nigro cõmutato, addixit. Præterea cõperto, Romanum de integro regnum adfectare, deq; imperij, quo ſemel excidiſſet, recuperatione cogitare, ac pugnacem illum ſtimulũ in morem ſcorpij rurſus erigere: miſit qui bellum ei facerent, hominemq; cõpræhenderent. Hoc modo miſerrimus iterum in laqueos incidit, uiuus capitur, oculis ſpoliatur, in ſterilem ac durã inſulam deportatur. Ceterùm Michaelus terroribus & periculis liberatus præſentibus, imperioq; iam tranquillo potitus, bellicos tumultus, armorum geſtationes, claßica militaria, labores, pericula, ne per ſomnum quidem imaginabatur aut tractabat: ſed libris incumbens, totas noctes inſomnes exigebat. Alius ſcilicet Demoſthenes quidã erat, aliùs ue Didymus Alexãdrinus, cognomẽto Chalcẽterus, ſic aheneis ab inteſtinis nũcupatus pro-

Diogenes à ſuis excluditur.

Michaelus VII, Parapinaces, imp. ann. VI.

Michaeli ſtudia imperatori non cõuenientia.



Ayuntamiento de Madrid

pterea, quod mirificā è litterarū ſtudijs uoluptatem capiens, in multos dies cibis caruerit. Eam ob rem accidit, ut Barbari paßim irruerēt, ac undiq; rurſum procellæ ſe cōmouerent, grauesq; turbas & ſtrepitus excitarent. Nec enim præfectus aliquis nauium ad manum erat, qui in hiſce tempeſtatibus ſuorum ſaluti conſuleret, eas'que compeſceret. Itidem è terra germina quædam herbæ'que malæ prouenieba nt, quòd cultor agri teſtudinis uitam ageret, rarò in publicum prodiret, mox ſe uiciſſim ex hominum conſpectu ſubduceret, domi tamquam intra teſtas occultatus lateret, prorſus uti pinna degens in fundo, hominis egens opera, pungendo ad negotiorum imperij procurationem exſtimulantis, & in memoriam ei reuocantis, quòd Romanis cum poteſtate præeſſet. Hinc rurſum dracones hiantes prodiere, qui fines Romanos ceu uolucris pullum deglutiebant. Erant ergo querelæ graues de imperatore, cunctis cum dolore uidentibus, res Romanas non tantùm in genua, uel ipſum in os collapſas: uerumetiam planè diffluentes ac marceſſentes. Tamdem magno quidam principéque loco natus, iam prouecta ætate, Neſtori Pylio æqualis, cui nomen erat Nicephorus Botaniates, uir bellicis in rebus experientißimus, toto paßim corpore cicatrices ferens, uti qui à puero multis in prælijs fortiter cum hoſte pugnaſſet, iamq; mauortias olympiades complures attigiſſet: hic ergo tamdem manum ſibi quamdam opitulatricem adiungens, Nicæam occupat, & litteris ad imperatricem perſcriptis hortatur, ut uolens imperio ſibi cederet abſque ſanguinis effuſione, ac uitam ipſe, bellorum præliorúmque rudis, quietam & à negotijs immunem ageret. Quid multis rem com-

Botaniates Nicæam occupat.

Nicephorus III, Botaniates, imp. an. III.

commemorem? Byzantinam urbem Botaniates occupat, & purpura quidem ipſe auro intertexta & diſtincta exornatur: Michaelus autem, non ita pridem imperator, in monaſterium detruſus ueſtitu nigro induitur, quum ei ſex annis imperio regio frui contigiſſet. Sedenim Botaniates ille multo ſenio grauis, non ſui tantum, uerumetiam prouectæ ætatis oblitus, anteceſſoris Michaeli coniugem legitimo ſibi matrimonio copulat, ſenex mulierem teneram & delicatam, capularis & funeri deſtinatus uegetam atque iuuenem. Qúmque ſortem ſuam ægrè moleſtéque ferret ac deploraret Michaelus, Epheſinæ urbis paſtor ab imperatore conſtitutus eſt. Secundum hæc Nicephorus, omiſsis laboribus bellicis, auro grauis ſedebat, ornatus ueſtimentis, quæ aureos quaſi quoſdam rutilantes'que radios de ſe ſpargebant, felicem beatam'que ſenectam lauacris, & conuiuijs, & uoluptatibus fouens. Non abs re quis dixerit, eum fuiſſe conſimilem cygno alis aureis exornato, & affabrè pictum referenti, qui iam moriturus & obruendus ſepulcro, hilaritati ſeſe dat, & uitæ ſtudio tenetur. Quippe ſenecio delicatæ uitæ ſemet addicebat, luxui deditus, ac planè uoluptarius. Interim publicorum negotiorum procurationem committebat hominibus linguas barbaras uſurpantibus, rectè loqui neſcientibus, totos dies in crapula & ebrietate conterentibus: quorum & familiæ, & parentes, & aui maximè ſeruiles erant, tam animo quàm iudicio barbariſsimi, linguis Scythicis, intellectu pronuntiatúque difficilibus garrientes. Quibus ſanè rempublicam adminiſtrandam credens, non aliter agebat, ac ſi quis ingentem nauim onerariam gubernato-

Secordia Botaniatæ.

Mali præfecti à Nicephoro conſtituti.

ribus

Ayuntamiento de Madrid

ribus imperitis, ineptis, nullius uſui committat. Ipſe uerò (ceu dictum modò) delectationem capiens ex fulgentibus auro ueſtibus, déque byſſo confectis, & propter unionum copiam grauibus, ac purpureo colore tinctis pallijs, quibus per uices alijs atque alijs utebatur, ſublimibus & argenteis in ſolijs conſidebat, quoſuis accedentes præfecturis & officijs publicis ornans, nimirum excuſores, materiarios, foſſores, mercatores, agricolas, crepidarios, funarios, fullones, uimitores: uulgo proſtituens, & fœdè polluens res ueneratione dignas & ſplendidas, eamq; beneuolentiam erga ſordidos opifices declarans, quam ſuperiorum ætatum imperatores impertiri ſolebant, quaſi præmium fortitudinis & rerum præclarè geſtarum, non quibuſuis, ſed claro tantum ſanguine prognatis. Huiuſmodi ergo rebus occupabatur, planéque intentus erat. Quòd ſi nulli uentitarent, qui dignitates ampliſsimas peterent: cum indicatione magni doloris, damnum quaſi quoddam facere ſe putabat. Cetera uelut acceſſoria, próque nihilo ducebat, ſiue fines imperij Romani à barbaris arctiores redderentur, ſiue bellicis machinis urbes oppugnatæ diriperentur. Hoc modo tribus annis imperio potitus, uitam cum regno reliquit. Enimuerò deinceps oratio noſtra in ſilentij portum ſeſe conferat. Nam mare quaſi quoddam mihi præclarorum facinorum rerum'que fortiter geſtarum à generoſis imperatoribus aperitur, à uiris inquam heroicis generis nobilitate præſtantibus, ſtrenuis, magnanimis: quorum ſemitas ne linguæ quidem quaſi nauigio permeare licet. Quippe ſecundum hæc ſpectandos ſeſe præbent imperatores fortiſsimi Epilogus.



Ayuntamiento de Madrid

Comnenio-rum princi-pum ſucceſ-ſio.

*tiſſimi Comneniadæ, qui traiecere ueluti quædam integra uictoriarum & tropæorum maria, quæ uix acer ille Hercules emetiri potuiſſet. Quapropter heic ſanè rudentem, remis inhibitis, uelisq; collectis, alligemus.*

» *Nam quæ ultra Gades ſita ſunt, uti prouerbio di-*
» *ci conſueuit, transfretando non fas*
» *eſt adire.*

ANNALIVM CONSTANTINI MANASSIS FINIS.

*IMMORT. ET OPT. MAX.*
DEO GLORIA.

Ayuntamiento de Madrid

# ORACVLVM DE RESTITVTIONE CONSTAN-tinopolis, antiquo in libro repertum.

## ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΣΟΦΩ-τάτου βασιλέως.

Βυζαντὸς αὐλὴ, ἑστία Κωνσταντίνου,
Ῥώμη, Βαβυλὼν, καὶ Σιὼν ἄλλη νέα,
τρὶς τρὶς ἑκατὸν καὶ σὺ συνάρξεις κράτος,
μιᾶς ἐν αὐτοῖς ὑστερήσεις εἰκάδος.
ὡς χοῦν ἀθροίσεις τῶν ἐθνῶν τὸ χρυσίον,
καὶ πάσας ἄρξεις τὰς περὶξ φυλαρχίας.
ἀλλά σε πυρίστατον καὶ ξανθὸν γένος
πᾶσαν τεφρώσει, καὶ τὸ σὸν λύσει κράτος.
ἔσῃ πάλιν γὰρ, ὥσπερ οὐδ᾽ ἀρξαμένη.
ἕως θεοῦ δάκτυλος ὀφθεὶς ἐξ ἕω,
χειρὸς ῥυάσης δακτύλους λύσει δύο,
αἰχμὰς φέροντας, αὔρας ὡς ἐκ καμίνου,
οἷς τὸν πατρῷον ἐκδικήσουσι μόρον.
ἥξουσι δ᾽ αὖθις κύκλωθεν τὰ σὰ τέκνα
εὐθέως, ὥσπερ ἐκ κύκλου πρὸς κεντρίον,
ἐφ᾽ οἷς δικαίοις ἐκβιβάσει τὴν δίκην.
καινὴ τὸ λοιπὸν ἡ καινὴ πάλιν ἔσῃ,
καὶ κρεῖττον ἄρξεις τῶν ἐθνῶν, ἤπερ πάλαι.
δόξης γὰρ οἶκος σοῦ θεοῦ χρηματίσεις,
τοῖς ἴχνεσί σου προσκυνούντων τῶν πέλας.

m LEONIS

Ayuntamiento de Madrid

## LEONIS SAPIENTISSIMI doctiſsimiq́; imperatoris uaticinium.

*Byzantis aula, pij Conſtantini domus,*
*Roma, atq; Babylon, & Sion quædam noua,*
*Regno ter & ter centenis tibi fas frui,*
*Saltem uicenis annis deficientibus.*
*Ceu puluerem aurum collectura es gentium,*
*Simul uicinis imperatura omnibus.*
*Sed te peruſtum ab igne, te flauum genus*
*Totam incinerabit, & regnum euertet tuum.*
*Eris quaſi non umquam fuiſſes antea.*
*Donec ab oriente conſpectus digitus Dei*
*Digitos manus iam perditæ implebit duos,*
*Haſtas gerentes, è camino auras uelut,*
*Fatum quibus paternum ulturi ſunt graue.*
*Tunc liberi uenturi ſunt tui undiq;,*
*Recta uelut ad centrum de circuli ambitu.*
*Ius exſequeris per quos iuſtos, ceu decet.*
